ſit probabilis,quia remiſsibilis,& habens fundamentum
de præſenti, non quod generaliter, vbi à caſu & fortuna
dependet non ſit cõſiderabilis, quia hoc eſt contra text.
in l.ſi iactum retis.ff.de acquit.empt.Et in §.item habeo
alleg. per Aret. Idem eſt quia loquitur in actione legis
aquiliæ quæ habet oculos retro, & ad futura non perti-
net.vt ibi per gl.& Bald. per Bart. & alios in d. l. ſi iactũ.
Item quod fideicõmiſſum pendente conditione habeat
ſpem probabilem,& conſiderabilem, patet. quia poteſt
petere à grauato cautionem de reſtituende fideicom-
miſſo adueniente conditione, aliàs ſe mitti in poſſeſsio-
nem bonorum l.cum Arthemidoram vbi ſcribentes no-
tant.j.vt in poſſeſ.l & toto titulo vt l.no.ca.ſecũdũ Mod.
Taur. hic col. 12. ſed prius id dixit Bart. in d. l. is poteſt
col.3.quia non agitur, inquit Bar.de hæreditatẽ viuẽtis,
ſed de hæreditate mortui.Item & tertio, quia pendente,
conditione,niſi à teſtatore facta ſit remiſſio, fideicom-
miſſarius poteſt à grauoto petere vt conficiat inuentariũ
de bonis hæreditarijs, nec non & de fructibus quãdo
in quartam eſſent imputandi, vt per Lan. Gallia in repe-
titione l.Centurio.col. 37.ff.de vulga. Mod.Tau. hic col,
7.Alex.conſi.40.col.ſi.lib.3.& Soz.conſi.51. in 3.volumi
ne. Ex quibus clarè cõſtat ex conditionali fideicommiſ-
ſi ſpem conſiderabilem, & à iure approbatam oriri ac
competere. Prædicta tamen reſpõſio Decij nõ ſatisfacit,
nec procedere poteſt, quia ante conditionis euẽtum (vt
dixi) orta non erat actio nec obligatio l. cedere diem.&
§.ex conditionali præallegat.omneſque fatentur, ergo
per pactum impediri potuit ne oriretur, per regulam di
ctæ.l.patre furioſo.& per tex. in terminis. in d.l. lecta. in
verſi.ſed cum fortis. Et ſic licet fundamentum Aquen.&
ſequacium quod quamuis ciuilis obligatio ipſo iure per
pactum tolli non poſsit, impediri tamẽ ne oriretur poſ-
ſet,concludenter non probatur in d.l. ſi tibi ſubtilizan-
do terminos, vt ſcribentes præallegati faciunt, attamen
probatur in tex.dicti verſi.ſed cum fortis.l.lecta,vt per re
gulam.l.patre furio.prout etiam dixere Iaſ.& alij,in d.§.
ſi tibi.& Aqu.hic col.2.& l.petens,col. 7.j. eo. Et ad hoc
non reſpondet Deci. Nõ obſtat quod ſubeſſet ſpes ortus
& natiuitatis,purificandiq; fideicommiſſum, quia ſub-
erat ſimiliter in d. l. lec. & tamen per pactum impedita
fuit:prætereà vt dictũ eſt, facilius impeditur quid in eſſe
produci, quàm iam productum tollatur. Magna. n. eſt
18 dñia † inter ius in re,& ius in ſpe,Primũ difficilius tolliĩ,
quam ſecundum legem filius paciſcendo cum not infra
eo.c.ſi.de conce.præbẽ.lib.7.& c.de præb.in eo. Dec.pul-
chrè in conſi. 1047.colu.2.& 609. cir.ſi.Nimirum igitur
ſi ius de futuro ſpe de præſenti exiſtente cõpetens facil-
lius tollitur.Et ſic ne actio oriatur ipſo iure,pacto citius
fit quàm vbi re ipſa ac de præſenti cõpetit. Cur. & Ripa
hic nolentes diſcedere ab opin. Raph. Comenſ. & diſ-
ficultatem vrgere videntes, argumentum ad oppoſitum
factum,& quandam conſiderationem Pau. de Ca.hic in
2.col.ſeq.dicunt,poſſe difficultatem ſolui per. l. quoties
ff.de noua.& l.ſub conditione.ff.de ſol.videlicet quòd li-
19 cet ſpes ſit per pactum finita,† non tamen eſt finitum fi-
fideicom.quia etiam per puram ſtipulationem nõ noua
tur conditionalis ſtipulatio ante conditionis euẽtum le
gib.præalleg.Et per conſequens inde poſt cõditionis euẽ
tum fideicõmiſſum purificatum tolli nõ poterit per pa-
ctum,niſi ope exceptionis per regulam.d.§. pactus ne pe
teret. Sed dicant mihi precor quid aliud eſt ſpes prædi-
cta,quam dubium & incertum, grauamenque & deniq;
ipſum conditionale fideicommiſſum?Certè nihil, vt pa-
tet ex hac.l.noſtra,cum gl.& in 1.not.dixi: ſublata ergo fi
nita prædicta ſpe, ſublatũ erit ipſum fideicom. corruũt
ſuperædificata,ſublato fundamento.c. principatus. & cũ
Pau. 1.q.1.Idque dicere voluit legiſlator. in l.cum propo
nas.la.1.infra eo.dum ait, remiſſa ſpe fideicõmiſsi perſe-
cutio ceſſat. Tanta eſt igitur inter prædicta differentia,
quanta inter quinque ſolidos, & ſexaginta denarios, (vt
aiunt) allucinatiq; fuere.Pau.de.Ca.Cur.& Ripa in arg.
ſumpto ex.l.quotiens.& l.ſub conditione præallegatis.vo
lentibus obligationem cõditionalem non nouari per pu
ram,niſi poſt euẽtum conditionis,quia nouatio fieri nõ
20 poteſt,† ante conditionis euentum,quum adhuc nõ ſub
ſit obligatio quæ nouetur, ſitque nouatio prioris obliga
tionis in aliam tranſlatio atq; trãsfuſio.l.1. ff. de noua.de
clarat Pau.de Ca.in d.l.quotiens col.1. Sed huiuſcemodi
rõ in oppoſito noſtro ceſſat,quia non fit tranſlatio obli-
gationis (vt diximus) bene poſsũt impedire.Nec ob.tex.
in l.1.in §.ſi parens.ff.ſi quis a parẽ.fue.man.ibi exceptio-
ne doli appelletur, ergo nõ ipſo iure tollitur obligatio ꝑ
pactum.Quia reſpondetur vt hic per Mod. Tau.col.5.&
21 melius per Aquenſ. 2. † quòd intelligitur de exceptione
intentionis,& facti, quæ contra agentem de facto, & ſi-
ne actione competit.l.qui ſe debere, vbi gl.& doc.notãt
ff.de cõdi.cau.da.l.nec intẽtio.j.11.t.tradit latè Are.inſti.
22 de excep.col.4.Fel.& alij in rub.de excep.† de intellectu
verò d.§.ſi parens,vide Alex.conſ.242. in 3.dub.lib.2.&
in l.illud.col.2.vbi ẽt Cor.Cale col.Ex prædictis apparet
opin. Raph. Comenſ. & ſequacium non poſſe de iure
procedere,& contrariam veriorem eſſe precipuè per tex.
noſtrum ibi finitum eſt. ſecundo per d.l.cum proponas.
ibi fideicommiſsi perſecutio ceſſat. Tertio per text.
in dict.le.lecta,in verſ. ſed cum fortis & regulam d.l. pa-
tre furioſo.

Tertiò,

13 Tertiò, noto ex secunda parte legis † quòd si contractus à principio deceptionem non continet propter dubiũ & incertitudinẽ futuri euentus, prout in casu isto, an Philinus suscepturus esset liberos, vel non, licet posteà ex sublecutis appareat, contractũ esse contrahenti damnosum, nõ rescinditur, quod est no. ad materiam præcipuè l. secundæ ʒ. de rescin. vend. ſm Soz. Rimi. Ias. & alios, & vt ante omnes dixit Salycet. si remittens conditionis incertum prædicto casu esset minor, quia non restitueretur ad rescindendum contractum. l. de fideicommisso. ʒ. tit. t. quæ tamen loquitur in reciproca remissione fidei-
24 commissi vicissim iniucti: probatur tamen ratione † qa vbi aliquid potest se habere ad lucrum & ad damnum, ex euentu qui sequitur, remissio iniusta, nec læsio taliter apparens consideratur. d. l. de fideicommisso in ratione, l. si ea. ʒ. de vsur. l. si pater. ʒ. de inoffic. testa. plura. n. propter dubium futuri euentus tollerantur, quæ alias nõ admitterentur, dictis legibus vbi Bal. Pau. de Ca. Rimi. Ias. & alij, multas notabiles decisiones accumularunt. Et Co. in cons. 423. Bolog. inter consi. Alex. 4. volumine consi. 53. col. pen. Dec. in l. si emancipati col. 7. ʒ. de colat. in consi. 123. col. fin. & 175. col. 5. Hæc est ergo natura contractus, & dispositionis quæ fit super dubio euentu: vt licet
25 ex eo † nihil sequatur, & deficiat conditio, si sub cõditione erat non repetatur datum, nec rescindatur cõtractus: vt hac. l. ſm scribentes. Hic tamen remissio incertæ spei secuta est pro datione sextantis, licet spes ex post irrita fiat, deficiatque conditio. Datum ergo Frontoni pro remissione incerti seu ĩcertitudinis fideicõmissi conditionalis, tpe quo Philinus filios non habebat, nõ põt repetti qũuis liberi superuenerint, & cõditio defecerit, quia non defecit remissio incertæ spei per Philinũ facta, accedat. l. si iactũ. ff. de ac. emp. & l. nec emptio. ff. de cõtrahẽ. emp. quæ ad prædicta faciunt, secundum Alex. & Rimin. hic.
26 Secus esset quãdo id datum fuisset † pro remissione fideicommissi qđ cõtinget deberi hoc expressũ, quia tũc repetitioni locus esset. Ale. hic. col. 1. & Mod. Tau. pen. q; videtur indubitati iuris, tanq̃ causa ob quam datio præcessit non secuta. ff. de conditio ob causam per totum.
27 Et quia materia remissionis fideicõ. sest valde vtilis & practicabilis, & malè enucleata, pro intelligentia articuli sic distinguendo dicas; aut loquitur in remissione fideicommissi facta per maiorem, aut per minorẽ, primo casu, aut ab vno facta est, aut reciprocè, si ab vno, aut recipientis gratia tm̃, & sic animo donandi, & valeret, ſcdm Bal. hic col. 1. vers. sed si esset & Mod. Taur. & faciunt vulgatæ regulæ, de quibus per Ia. & Cur. & l. quæritur. in §. si venditor. ff. de ædil. edic. quod remittẽtibus actiones suas non est dandus regressus cum acumulatis per Deci. cõs. 551. Et si quæras an possit rescindi ex remedio. l. si vnq̃. ʒ. de reuoc. do. dicã in sequentibus. Et an requiratur insinuatio ante extimato dubio euẽtu res quingẽtos aureos excederet. Dicendum quòd sic, alias vsque ad summam illam tãtum subsisteret. l. sancimus. tradit Ias. in l. 2. in §.
28 ex his col. pen. ff de verbo. oblig. †. nisi interuenisset iuramẽtum quod insinuationis defectũ supplet. Deci. plenè consi. 488. & 536. & Cur. iunior. consi. 141. col. fi.
29 Aut remissio facta fuit, † dato aliquo, seu mediãte pecunia & valet tex. est hic in principio legis, nec est rescissibilis, ẽt quòd ille cui facta est remissio liberos non suscepisset. Sicque purificatum est fideicommissum p dubium euentum, vt supra diximus, nam arguendo à correlatiuis iuxta. l. fi. ʒ. de idi. viduit. tol. sicuti ex parte Philini dantia sextãtem nõ potest rescindi, licet susceperit filios, defeceritque conditio, pariter non debet posse rescindi per Frontonem recipientem sextantem, licet postmodũ purificetur fideicommissum, ratione prædicti dubij euẽtus & effectus causæ consumati, vt dictum est supra, quia vt etiam. ʒ. col. fi. inquit Bal. nõ consideratur euentus. sed præcipuus, effectus quo tpe læsio apparere non poterat: ergo contractus firmus remanere debet, si tñé considerato dubio euẽtu ex tali remissione remittens reperiatur læsus vltra dimidiam iusti prætij, rescindere illa poterit beneficio legis secundæ. ʒ. de rescin. vend. vt hic per Cur. & Mod. Tau. col. 3. & Rimin. in d. l. de fideicommisso ad finem. dispositio enim illa locum haber etiam in contractu transactionis ſm magis receptam sententiam doct. in d. l. 2. Si verò remissio fuisset reciproca, tunc etiam facta vno nummo non potest rescindi secundum Baldum Rimin. & alios, quum cessat læsio, propter vicissitudinẽ remissionis. d. l. de fideicommisso & probatur in d. l. cũ
30 proponas, ibi fideicommissi persecutio cessat. † Secundus casus principalis est, de remissione facta à minore, q̃ si fuerit reciproca non rescinditur, ẽt ope restitutionis in integrum, quia in pari cõditione mutuæ remissionis, læsio aliqua intercedere non censetur, casus est ſm omnẽs, in d. l. de fideicommisso, nisi conditio fratrum remittentium portionẽ inæqualis esset, quia vnus esset cũ liberis, aut aptus ad suscipiendũ, alter sine liberis, & impotens vel inhabilis ad susceptionem liberorũ, tũc minori remmittenti fideicommissum succurrendum esset via restitutionis in integrum, quia nõ fecit quod quilibet diligẽs pater familias fecisset. ergo restituitur. l. fi. ʒ. de in integrum resti. min. læsus. n. tunc fuit. Et ita tenẽt Aret. hic Deci. col. 5. & Cur. 3 & Deci. in d. l. de fideicõmisso post Raphael. Comen. & ita est tenẽdum quicquid ibi subdubitantes scribserint. Lanc. Dec. & Aquens. constante videlicet ex prædictis de læsione: propter quam minori conceditur in integrum restitutio, potest etiam aliter læsio in minore considerari, vt per Commensem in præallegato consil. 114. in tertio dubio, quẽ sequitur Deci. hic col. 5. Curt. & Moderni Mediolanenses.

Aut remissio facta fuit ab vno tm̃. Et tunc aut aliquo dato mediantẽue pecunia. aut liberaliter, & ex cã donationis. Primo casu si minor, ex remissione facta forte p̱ modico respectu bonorum fideicom. subiectorum grauiter reperiatur læsus, sine dubio in integrum restituendus erit. l. fin. præallegat. & probatur etiam in d. l. de fideicommisso, vbi dr̃ fideicommissi; remissionem rescindi non posse, quia reciproca fuit, & in pari considerabili nõ datur læsio, secus ergo in remissione ab vno tm̃ facta, data cõsiderabilli læsione etiam quòd remissio iurata esset per ea quæ tradunt Deci consi. 180. cum sequẽti. & 616. Cur. iuni. consi. 53. & 101. Soz. iunior cons. 144. in prima
31 parte † cum alijs quæ (Deo fauente, adducam in d. l. 2. ʒ. de rescind. vendit. immo si in bonis fideicommisso subiectis fuissent immobilia, remissio quantũ ad illa inualida esset, & minor ipso iura tutus, & extenditur prædicta cõclusio ad remissionem fideicommissi factam ab administratoribus ecclesiæ, vt post Bal. ponunt hic Mod. Taur. col. 4. si verò liberaliter & animo donandi facta fuerit remissio, minori succurrendum videtur argumento. l. s. ʒ. si aduer. dona. secundum Mod. Taur. hic col. 3. & 4. extẽdentes ad remissionem factam ab administratoribus ecclesię vel minorum, quum tales donari nequeant. l. pactũ
32 curatoris. ʒ. eodem. † Ego autem dico absque restitutione in integrum, minorem tutum esse, vbi sub fideicommisso immobilia erant, tex. est notabilis in l. 2. ʒ. si aduer. don. respectu vero mobilium seruanda est, dispositio. d. l. 2. vt ibi per Salycet.

Sed si remissio roborata ac confirmata esset per iuramentum, tunc conualidaretur donatio, nec restitueretur
33 minor aduersus donationem, † modo donatio pura sit, simplexque & sine dolo, alias, secus, vt per Corne. consi. 147. col. 4. volumine 1. Cur. iuni. cons. 141. & Ripá lib. 3. respon. consi. 15. & Sozi. iunio. consi 144. lib. 1.

Ex prædictis infertur, quod datum ob defectum libe-
34 rorum non reuocatur per illorũ superuenientiam. † Et hoc quia à principio gratia vtriusque id factũ fuit, secus si gratia recipientis tm̃, vt post Bal. sic volunt Ias. Dec. & Alij. Subtilius tamen considerando, dicas quod liberorum defectus fuit causa impulsiua dationis finalis, p̱pter

remissio-

remiſsionem incerti & cōditionalis fideicommiſsi: quæ
quidem cauſa finalis videlicet remiſsio conditionis incer-
ti nō ceſſat, licet poſteà nati fuerint liberi. Ita Accurſi. in-
frà in verſi. 5. hoc pactum Salicet. Alex. Rimi. & alij hic,
& ſuper dicta particula gl. dictumque eſt etiam in ſupe-
35 rioribus. Proceditque prædicta cōcluſio, † etiam ſi dictū
fuiſſet id dari, quia dans liberos non habebat, nā talis cau-
ſa de præterito, vel de præſenti impulſiua cēſetur, vt poſt
Alber. concludunt hic Aquenſ. & Mod. Taur. col. pen. &
36 finali. Cognoſcitur autem cauſa finalis, † ab impulſiua
multis, modis, vt per Fel. in c. poſtulaſti. col. 3. de reſcrip.
Iaſ. in aucten. quas actiones. col. 4. ſupra de ſacr. ſanct. ec-
cle. Dec. in c. cum ceſſante col. 1. de appel. & ante eos om-
nes, per Pau. de Caſt. poſt. Bar. in §. fi. l. ſecūda. ff. de dona.

37 Sed conſidera tu † quia in terminis prædictis defectus
liberorum, vt verba cōtractus indicant, fuit cauſa magis
proxima dationis quam remiſsio fideicommiſsi, quum
expreſſe, dictum fuerit, do tradoque, quia liberos non ha-
beo, quo caſu deficiente cauſa proxima obligationis, lo-
cus eſt repetitioni, ita voluit hic Bal. in vlt. col. Rimin. 5.
& Curt. penulti. Et hanc doctrinam Bald. ſequitur Alex.
in l. ſi pecuniam, in principio in vlti. colu. ff. de cond. cau-
ſa data ergo &c.

Datum ergo ob defectum liberorum non reuocatur
per eorum ſuperuenientiam, quod videtur contra tex. in
38 l. ſi vnquam. C. de reuo. donat. † vbi donatio omniū bo-
norum, vel alicuius partis facultatum alicui facta per nō
habentem liberos, reuocatur per ſuperuenientiam filio-
rū et quod donator non expreſſerit id facere, quia nō ha-
bebat liberos, præſumit enim lex, quod ſi de liberis po-
ſteà natis cogitaſſet, talem donationem non feciſſet, ideò
in terminis l. noſtræ dicendū videbatur, nato Philino ſex-
tantem Frontoni datum reuocabilem eſſe, poſt mortem
Paulini patris. Cuius oppoſitum hic dicitur. Communis
ſolutio eſt, quod. d. l. ſi unquam locū habet in donatio-
ne ſimplici & propria. Sed datio ſextantis hic fuit ob cau-
ſam remiſsionis incerti, id eſt fideicōmiſsi conditionalis,
vt poſt Bal. voluit hic Ia. Aquēſ. Dec. Mo. Taur. col. 11. &
fi. Cur. & Ripa. aliter ēt ad d. l. ſi vnquam reſpondent, vt
per eos, ſed pro veritate, vt hic in 2. col. inquit Rip. Iaſ.
que id volunt, Cur. Aquēſ. & plures alij. hic nō agitur de
donatione, ſed datione ob cauſam, ac de pacto & conuē-
tione, & verba textus cantant, propterea nil mirum ſi nō
reuocatur per ſuperuenientiam liberorū, eſſet. n. abſonū
cōtractus & conuentiones reuocari & irritari, per ſuper-
uenientiam liberorum iuribus vulgatis, oēs tamen con-
cludunt, Bal. ſequentes quod d. lex ſi vnquam, nō habeat
locum in donatione ob cauſam, quæ non eſt proprie lar-
gitio, de qua loquitur lex ſi vnquam, & ſic habetis vnam
limitationem ad. d. l. ſi vnquam, ad q̄ plures alias limita-
tiones, & declarationes aliàs ordinaueram poſt Sozi. &
alios hic. ſed quia in præſentia, eleganti repetitione, illā
dotauit Rip. paucis contentus ero. Ea propter ad ſecun-
dam limitationem Soz. hic de venditione modico pre-
tio facta: vide vltra in dictis locis accumulata Sozi. hic.
col. fi. & conſil. 215. lib. 2. & conſil. 22. volum. 4.

Ad tertiam limitationē Soz. vt nō procedat in quæren-
dis, ſequuntur communiter doct. vt hic per Dec. pulchrè
ducentem legem illam, & Rip. loco præallegato, quæ-
ſtio. 31. Certo tamen modo diſtinguentem, ſed pa-
ſtirum placet.

Quamuis tā ius quærendum facilius tollatur quam
ius quæſitum: tamen lex ſi vnquā, fundata eſt ea ratione
quia ſi pariter de filijs poſtmodum natis cogitaſſet, nō fe-
ciſſet talem donationem, quę ratio procedit & militat ēt
in iure quærēdo, ergo & diſpoſitio per iura vulgaria. Et
ita tenēt hic Mod. Taur. ad fi. 13. col. Sed reſpondeo quod
licet mēs donatoris talis fortè fuerit, ita qđ per ſuperue-
nientiā liberorū reuocata, mutataque præſumptiue ſit,
tā eam non concomitatur legis diſpoſitio, immo repu-
gnant verba d. l. ſi vnquam, dū loquitur de omnibus ſuis
bonis, vel de parte aliqua facultatum; & per verbum, re-
uertatur, pōderando, vt hic per Dec. in 2. col. ideo nimi-
rum ſi non procedit in q̄rendis, ſed quæſitis & radicatis.

Limita etiam, vt non procedat in naturalibus tm̄, ſed
ſolum in legitimis & naturalibus, vt per Alex. in cōſ. 40.
col. fina. lib. 4. Soz. conſi. 226. col. penul. licet Alex. de natu-
ralibus dubitet; Rip. ibidem, quęſtio. 26. contrariam par-
tem amplectitur, vt procedat ēt in naturalibus tantum,
quod verius eſt, quum lex ipſa, vt diximus, fundata ſit in
præſumpta voluntate donatoris verſus filios, quæ ratio
ſimiliter procedit in naturalib. tm̄. §. ſi quis rogatus. l. ex
facto. ff. ad Trebel. cum ibi notatis: facit notabilis deciſio
relata per Picum in repetitione. §. Titia. ff. de lega. 2. col.
45. in. 12. quæſtio. quod cōſuetudo Bulgari, de qua ibi ex
quo fundata eſt in præſumpta voluntate teſtatoris locū
ſibi vendicet, etiam in filijs naturalibus tm̄, quod verò
naturales tm̄ propriè dicantur filij, declarat Alex. in d. §.
39 ſi quis rogatus. col. 11. verſi. ſed licet. † Et quū per ſuper-
uenientiam filiorum naturalium reuocetur donatio, ſi-
militer, fortiuſque reuocabitur per ſuperuenientiam filio-
rum legitimorum, quam materiam examinant oēs in §.
Et quid ſi tantum. l. gallus. ff. de lib. & poſthu. Soz. præ-
alleg. conſi. 125. Ripa loco præal. vltra quos vide Dec. cō-
ſi. 52. col. 1. 85. col. fin. 155. col. 2. Et cōſi. 366. & Ioā. Crot.
in d. §. & quid ſi tantum col 40. Et tenet ibidem (ſub du-
bio tamen) Ripa loco præallegato, ad finem q. 32. hoc nō
procedere in filijs naturalib. natis ante donationem, &
legitimatis etiam per ſubſequens matrimonium, quum
de illis iam potuiſſet pater cogitare, & fuit opinio Bal.
quam videtur ſequi Deci. præalleg. conſi. 366. col. 4.

Ego contrarium verius puto, & quod quemadmodū
per ſuperuenientiam filiorum legitimorū reuocatur do-
natio, ita pariter per ſuperuenientiam legitimatorū ma-
ximè per ſubſequens matrimonium, eſto quod tempore
donationis nati eſſent, quia ſm̄ diſpoſitionem iuris cō-
munis, maior eſt fauor, ac prærogatiua legitimati, quam
naturalis tm̄. l. 1. cum ſequenti, & aucten. licet. infra de
naturalibus liberis cum accumulatis per Deci. loco præ-
allegato, & ſcribētes in d. §. & quid ſi tantum, maiorque
affectio patris ad legitimatos, per quos honor decuſque
domus & familię conſeruat̄, quam ad naturales tantum,
vt neminem later, propterea magis retraheretur à donā-
do, ſi haberet filios legitimos, aut legitimatos, quam ſi
naturales tantum, quibus non ſunt neceſſaria tot bona,
quot alijs ad ſuſtentationem honoris domus, & familię,
facit quod pulchrè dixit Cor. in conſi. 4. l. 3. quod iudex
animaduertere debet, an naſcatur maſculus vel fœmina,
quia filia non ſolet ita retrahere patrem à donando, quē-
admodum maſculus, quum tot bonis non indigeat fœ-
mina quot maſculus, propterea non ſequitur non cura-
uit tēpore donationis de naturalibus tūc natis, ergo nec
de ipſis legitimatis, quum vt oſtendi inter ipſos diuerſa
ſit ratio, ergo & diuerſum ius. l. à Titio. ff. de fur. l. Papi-
nianus exuli. ff. de minoribus.

Datur alia limitatio ad l. ſi vnquā, ſuper qua conſiſtit
maximum pondus præſentis materiæ, vt nō procedat in
qualibet parte ſeu re particulari donata, ſed requirit, q̄
ſit pars vel res notabilis æſtimationis, quā donator veri-
ſimiliter non fuiſſet largitus, ſi de liberis cogitaſſet, quic-
quid hic dicāt Ia. Cur. & plures alij, de qualibet minima
parte, aut de ſexta parte bono. Et iſta eſt receptior ſnīa,
à qua nō eſt diſcedendū, vt hic plenè per Aquen. De. col.
2. & 3. & in d. l. ſi vnquam. per Rip. quæſtio. 7. & 8. Aquēſ.
in l. ex facto. in princip. in 2. col. ff. de vulg. Cur. conſi. 25.
col. 4. lib. 1. & conſi. 4. lib. 3. Sozi. conſi. 22. & 59. vol. 4. &
in repetitione l. cum auus. col. 18. ff. de condi. & demonſt.
vbi conſultum vidiſſe dicit per ſolennes doctores Senen-
ſes & Peruſinos, quod diſpoſitio. d. l. ſi vnquā procedit,
quādo donata ſunt talis valoris & æſtimationis quod do-
nator veriſimiliter id non feciſſet, ſi de liberis cogitaſſet,
inſpiciq; debere in cōſiderando veriſimili prędicto, qua-
litatem

litatem personæ donantis reique donatæ liberorumque numerum, vt etiam per alios scribentes in locis prælegatis. Nec est super hoc nunc vltra dubitandum, nec tempus conterendum, quia (vt dixi) veritas sic se habet, vt etiam asserit Decius in præallegato. consi. 366. col. 4. & Sozinus iunior in consi. 14. lib. primo.

Discutienda est alia dubitatio magni momenti, vtrum procedat lex illa, si vnquam, quñ in specie illi renunciatú fuit, prout quotidie nunc instrumentis donationú fieri solet, multi Excellentissimi viri consuluerunt, quod nó; quia cum edita sit fauore filiorum: ideo pater nó debet posse illi renunciare. Sed dico † dispositionem dictæ legis fundatam esse in præsumpta voluntate donatoris, præsertim mente lege, quod si de filijs cogitasset, non donasset, quæ præsumptio eliditur per expressam renunciationem quæ fieri potest, quum in fauorem patris ex præsumpta illius voluntate procedebat, Ita Bart. in l. Titia in §. imperator. col. 2. ff. de legatis secundo. Idque probant verba d. l. si vnquam ibi, reuertatur, mansurum in arbitrio ditioneque donatoris, secundú doctri in d. §. imperator. sokpe. col. fi. referunt repetitiones, & prius Dec. in d. l. pen. col. 3. Et hæc est receptior, communisque scribentium sententia, vt per Rip. loco præallegato, qu. illo 51. Miror quod nó citaue rit Modernos ita concludentes & attestantes. Videte Iason in l. penul. col. 3. vbi inquit se pro quodam nobili Mantuano ita consuluisse, & reperio illud cósi. in primo volumine ad numerú 125. sequitur Dec. in l. penul. col. 2. & sequenti. Corne. in consi. 15. vol. primo Ioan. Crotus in repetitione legis, nemo potest, col. 22. ff. de lega. 1. & Mod. repet. in d. §. imperator, car. pen. Non procedit ergo illa lex si vnquam, quñ in specie fuisset illi renunciatú; quia renunciando satis cogitatum creditur de liberis, sed quid si fuerit renunciatum omni legum auxilio cú iuramento? Ripa ibi in quæstione. 52. & præfat. repe. in §. imperator, fol. vlt. col. 1 tenent. Illam tunc procedere, & non limitari hoc casu, vt per eos. item præcedens limitatio de speciali renunciatione augetur, quñ donans vel renuncians sterilem habebat vxorem, ita quod non suberat spes suscipiendæ sobolis, & ideo donauit ac renunciauit, nam si postmodú moriatur vxor illi sterilis, donator que ex alia liberos suscipiat reuocabitur donatio, vt p Sozi. in consi. 126. lib. 3. & Ripam ibidem quæstione. 50. cú seq. & repetentes, in d. §. imperator, loco præalleg. Verum tamé in casu præcedentis limitationis, filij postmodú nati ad reuocandam donationem à patre factam inofficiosæ donationis, querelæ remedio, auxilioque iuuantur, per quod reuocat à patre donata in totum, vel vsque ad eorum legitimam, secundum distinctionem doctorum in locis præallegatis.

Cui remedio pater renúciare non potuit, quú in fauorem liberorum fuerit introductum, secundum scribentes præallegatos, de quo per Ias. in d. consi. 125. colu. fin. Roma. sublimitantem, nisi filius approbasset patris iudicium in consi. 26. col. fin. & Mod. repeten. in d. §. imperator loco præalleg. Et si filij post donationem nati moriantur, vtrum donatore qui donatio aliter non reuocauit, vtrum censeatur reuocata ipso iure, vel confirmata, vide post Deci. & Galliau. Ripam in d. l. si vnquam q. 38. & prælatos moder. repeten. in d. §. imperator, car. vltima.

41 Quintò nota ex isto texti: quod grauatus restituere hæreditaté, si sine liberis decesserit, potest in præiudiciú futurorum liberorum bona fideicommisso subiecta alienare, patet quia Philinus filius hic nó potuit sextanté hæreditatis datú Lucio Frontoni reuocare, & sic filij in códitione positi non censentur à testatore vocati, alias Philinus filius alienatú sextantem reuocare potuisset. §. sed quia l. fi. infra communia de lega. & secundum Imo. in l. Lucius. ff. de hær. insti. est hic casus pro famigerata gl. fi. d. Luci' quod filij in conditione positi non censentur substituti, 42 ab intestato vocati. † Articulus disputabilis est, vt hic p Ripam, latius per Alex. in cósi. 185. lib. 2. & in §. ex facto, etiá in alijs infra allegádis per omnes scribentes, poteris videre si volueris Roma. consi. 32. in 2. du. & 343. col. fi. Alex. vltra præallegata in consi. 92. in 4. volu. & 64. ad fin. in 5. vol. Corne. consi. 146. lib. 2. & 273. in 4. Bar. consi. 55. volum. 2. Sozin. consi. 116. lib. 3. & 33. ac. 73. lib. 4. & in repetitione. Lcum auus, in tribus vltimis car. de códitio. & demon. Ludouicum Bologni. consi. 9. & inter consilia Alex. 4. vol. consi. 54. Curt. iuniorem consi. 14. 48. 86. Dec. cósi. 270. 287. 318. 545. cum seq. 674. & 655. col. fin. Aqu. hic & in l. ex facto in § ex facto ff. ad Treb. & in l. Centurio col. pé. de vulgar. vbi laté Galliaula car. 24 cum sequen. & Ripam. col. 50. cum sequen. Paritium consi. 31. 12. & 86. lib. 3. Ruinum consi. 111. col. penul. 130. col. 2. & 140. col. 6. lib. 1. & consi. 115. & 126. vol. 3. compatrem meum Alexandrinum in consi. 16. & 120. & Sozi. iuniorem nuper vidi, in conf. 5. 12. 18. 19. in 1. parte, in quibus locis doctores attestantur. gl. fi. dict. lege. Lucius, esse communiter approbatam.

Et licet hæc lex non probat illam conclusionem, quicquid dixerit Imol. quum multipliciter possit hunc legi responderi vt hic per Alex. & Rimi. col. fi. Soz. Ial. Cur. & alios, & soluto Rimi. cuius dicta tacito auctore, pro maiori parte retulit Deci. de legitima, & Treb. det. ahédis; per filium grauatum restituere hæreditaté sub conditione si sine liberis decesserit, est optima qua capiebat sextantem suæ partis hæreditaris & vltra. de quo poterat libere disponere, quia sub fideicommisso non includebatur, ideo alienare potuit, nec reuocatur per substitutum, & sic filius Philini qui non erat vocatus ad illas quartas, nó potuisset iuridice reuocare. alia solutio Decij quod Philinus erat hæres patris; & propterea non potuit contrauenire facto defuncti est diminutiua, nec textus in hoc se fundat, sed eo quia fuit bene datus & conuentione tali finitum fideicommissum.

43 Prædicta tamen conclusio gl. d. l. Lucius ratione, & lege meuita biliter, vt breuitati inseruiá, probatur, † ratione considerata per omnes scribentes præallegatos, quod ea quæ sunt in conditione non censentur esse in dispositione, lege siquis sub conditione dandorú. 10. ff. si quis om. cá. test. filij in q̃lione prædicta códitionaliter sunt positi in substitutione, ergo &c. vide alia ad istud propositú cumulata per Alex. in consil. 24. lib. 3. vltima col. & in l. Centurio. col. aute pen. Aquen. in l. si pacto quo pœnam. col. fin. infr. eo. Ias. in l. siquis eom in §. primo. col. 2. ff. de vulg. & in d. l. Gallus in princip. in 9. col. & postremo videte pulchre. Bal. in l. si, lures col. fin. infra de códi. infer. vbi limitat qn conditio haberet implicitam dispositionem, per legem fideicommissa. in §. cum esset. ff. de legat. 3. lege vero clarissimé probatur dicta conclusio. in §. ex facto. l. ex facto. ff. ad Treb ibi, filij in conditione positi cócepti ante deportationem grauati, licet faciant deficere conditionem substitutionis, tñ non impediunt, quin fiscus omnia cósequatur, excludatque tam substitutos; quia deficit códitio propter susceptioné liberorum, quá etiam ipsos filios, ex quo apparet nó fuisset vocatos ex testaméto granatis, aliás exclusissent fiscum, sed venire ab intestato, qua via nó possunt ad prædicta bona per fiscú propter delicta patris confiscata, aspirare, vt post Alex. in d. §. ex facto, scribit etiam Soz. iunior, in præalleg. consi.

44 118. col. 3. & Rip. in d. §. ex facto col. 2. † vbi dicit esse casum ineuitabilem pro gl. l. Lucius, quod filij positi in conditione non censentur ex testaméto grauatis, vocati, sed ius succedendi ab intestato illis reseruatum est, & per cõ sequens pater grauatus restituere hæreditaté si sine liberis decesserit, non censetur grauatus ipsis filijs hęreditaté restituere, sed ab intestato sunt vocati, & sic succedét patri ab intestato tñ, vel ex testamento si pater illos vocauerit faciuntque deficere conditionem fideicommissi; vt dicit tex. d. §. ex facto, & si dicas, quod ille textus videtur oppositum probare, dum in fine dicit, fiscum védicare bona cum sua causa vt fideicommissum præstet, ergo

filij

filij erãt ad bona illa vocati. Respõdeo quod loquitur de susceptis post deportationem tanquam ab alio nouo homine, & tunc isti non faciunt deficere cõditionem, si deportatus decesserit sine liberis, tãquam ab alio susceptis, & sic nõ prosunt fisco; quia fingit decessisse sine liberis, ideò fiscus capit bona cum sua causa, vt videlicet illa substituto restituat, quũ deportatus fingatur sine liberis decessisse, vt ibi per omnes scribentes, & ad tex. l. Lucius in

45 fine ibi prætulit † qui videtur velle q testator filios vocauerit, præferendo illos substitutis, vt hic per mod. de Ripa, col. 4. Respon. vt per Alex. in d. §. ex facto. col. 2. & in præalleg. consi. 185. col. 4. vel clarius quòd ibi Lucius Titius dicitur substituto prætulisse filios fratris, conditionaliter non dispositiuè, excludendo substitum per superexistentiam filiorum, quos in cõditione posuit, & si dispositiuè, præferre voluisset, vltra processisset disponendo, illosque ad hæreditatem vocando, vt fecit fratrem, sed satis ei visum fuit conditionaliter præferendo, vt conditionem fideicommissi deficere faceret, reseruando illis ius succedendi eius patri ab intestato. quæ responsio scripturæ illi apta est, & conueniens, quum verba secundum subiectã materiam intelligãtur l. si vno infrà loca. l. insulam infra de præscr. verb. cum multis alijs quæ cumulauimus in l. semper in obscuris infra de re. iur.

46 Vtilitates resultantes ex prædictis † an ex testamento censeantur filij sub conditione vocati, vel reseruatũ duntaxat sit eis ius succedendi ab intestato, multæ sunt, & magni ponderis, vide post alios Lan. Galliaulam in repetitione dictæ legis centurio, car. 24. & sequen.

Sed quia fideicommissum ex coniecturis inducitur, &

47 quibuscunque verbis, † etiam ex tacita voluntate testatoris, ac nutu, lege cum proponebatur in fi. ff. de leg. 2. & §. fratre l. peto eo. ti. l. querebat, in fi. ff. de milit. test. cũ multis acuumulatis per Soz. in l. 1. col. 4. in 7. limit. de vulga. Deci, consi. 15. 38. 365. & 480. Lud. Gozad. consi. 32. & 102. Lan galliaul. repetitio. d. l. centurio col. 86. cum sequen. Ripam in rub. ff. de vulg. col. 2. & in l. 1. numero. 39. eo. titulo, Paris. consi. 85. col. 4. lib. 3. cum similibus.

Solent consulentes in fauorem filiorum in substitutione nominatorum, inquirere & cõsiderare aliquas coniecturas, ex quibus arguant, fideicommissum imunciũ, seu positos in cond. substitutos fuisse, & ex mente testatoris coniecturata ad bona & fideicõmissum vocatos. De quibus certa doctrina dari non potest, ideò videndum in locis præallegatis, & etiam per Ruinum in consi. 168. lib.

48 2. & 128. lib. 3. sed inter cæteras † illa principatum tenet, qñ testator substituit, si institutus sine masculis decesserit, isto casu masculi ex testameto grauantis ad fideicõmissum vocati censentur, & substituti, nec procedit tunc conclusio gl. d. l. Lucius s'm Guidonem Papæ in quæstione 184. quia propter expressionem masculinæ qualitatis dispositio censetur habere caput inclusiuum, ita vt substitutio dispositionem cõtineat in persona filioru masculorum, qui propterea substituti cẽsentur per not. decisionem Bar. in l. liberorum col. penul. ff. de verb. sig. & in l. 2.

49 §. videndum. ff. ad Trebel. † concludentis, quod statutũ disponens filias non debere succedere stãtibus masculis, duplex caput habere censetur, vnum exclusiuum feminarum, aliud inclusiuum masculorum, & sic continere dispositionem in persona masculorum, vt succedant masculi, & non fœminæ, & verba conditionalia ex mente proferentis dispositionem inducunt. l. fideicommissa. §. cũ esset. ff. de lega. 3. nil mirum ergo in casu nostro si verba prædicta, si sine liberis decesserit, inducunt dispositionem in persona masculorũ, ita vt masculi vocati censeatur, & per eos necessario exclusæ fœminæ, quum vnius, exclusio, alterius sit inclusio, & econtrà. l. cum prætor. ff. de iudi. c. nonne de præsumpt. cum ibi plenè notatis, nec mirum si testator sic disposuit, quia per masculos, & nõ per feminas conseruatur agnatio. l. pronunciatio in fine. ff. de verb. si. & prædictam decisionem Bart. sequuntur communiter scribentes, vt per Brunum in tractatu super prædicto statuto, quod stantibus agnatis. 27. in 13. articulo principali, Are. consi. 27. proponitur & 158. viso colu. pen. Soz. consi. 28. & Deci. in l. filiæ post dotem col. fi. in ij. de collat. prædictam notabilem decisionem Guido. papæ, in pluribus locis commendando, quàm consulendo secutus est Deci. vt hic in 5. col. & in consi. 270. 318. 545. cum sequenti 574. ad fi. & 55. col. fi. efficacissima ratione s'm eũ, veritate id esse subnixum ostendens, quia in casu dictæ legis Lucius cum gl. dicet, filij in conditione veniunt solũ ab intestato, cum eis admittantur simul filiæ fœminæ. l. maximum vitium infra de lib. præter. & in auctentica. de hæred. ab intest. in principio, nec offenditur testatoris voluntas, sed potius seruatur. verum cũ à statuto vel à testatore, vocati sunt solum masculi & non fœminæ, non potest dici testator voluisse eis reseruare ius succedendi ab intestato, quia in via intestati, vt dictum est, fœminæ, simul admittitur cum masculis, quod esset cõtra mentẽ & voluntatem testatoris, qui non curauit de feminis, sed de masculis: necessarium igitur est dicere ex testamento illos esse vocatos, nec refragatur, q expressio facta de masculis facta videatur, vt aliqui dicebant, prout tacitè inest, per viam successionis ab intest. quo casu expressio nihil debet operari. l. 4. de legatis primo, quia respõ. Deci. in d. consi. 574. expressionẽ hic aliter factam videri quã tacitè inesset, nam expressio tñ masculorum facta fuit à testatore, tacitè verò tam de masculis q̃ de fœminis intelligebatur, vt ab intestato succederent, vnde expressio limitatè facta de masculis, aliquid operari debet, ita vt secundum Deci. sit necesse fateri masculos ad exclusionẽ fœminarum ex testamento in quo hoc disponitur, vocari, & includi, vt verba aliquid operentur, & nõ sint superfluò posita, contra legem si quando, cum notatis de lega. tis primo, & secundum ipsum Decium in d. consi. 546. est verissima conclusio, nec cõtra communem, quicquid alij dixerint, quum in istis terminis non sit, qui contradicat secundum eum. Ego infrà id à veritate lõge alienum esse ostẽ.... & hanc sententiam sequitur Cur. hic col. 3. dicens se ita consuluisse in ciuitate Brixiæ, & secundum eius responsum iudicatum fuisse, & sententiam inde confirmatam per Illustrissimum cõsilium Venetum, Consi. Cur. reperies numero. 87. vbi eadem verba dicit, quodq; iam antea ter ita consuluerat in ciuitate Brixiæ, & ego pariter sępe ita consului, & obtinui in arduis causis, iudicio doctissimorum virorum, in consilio Illustrissimi Principis mei astantium, in dictam sententiam inclinantiũ; & inuenio ẽt in plenius Soz. iuniorẽ prædictã conclusionem approbantem, & cõsulendo sępe secutum fuisse opinionem Guidonis papę, & Decij, confirmando maximè in consi. 114. col. 4. 159. col. pen. & 126. col. 7. in prima parte & Gozad. bononien. idem fecisse vt patet ex consi. suo. 26. col. 3. & ex consi. 64. multisque rationibus prædicta opinio probatur, quemadmodum ex prædictis colligi potest, & primo per decisionem Bart. in d. l. liberorum & in d. §. videndum. secundo per rationem quã Decius efficacissimam semper arbitratus est, quod si masculi nõ essent vocati succederent cum eis feminæ, quod refragaretur mẽti & voluntati testatoris, qui masculos vocauit & non fœminas. tertiò quia expressio facta de masculis nihil operaretur, essetque superfluo posita, contra legem si qñ de lega. 1, quia ab intestato tam de masculis, quàm de fœminis intelligitur. l. cum auus. ff. de condi. & demõ. l. cum acutissimi. infra de fideicom. quarto quia per expressionẽ masculinę qualitatis, testator videtur cõsiderasse conseruationem agnationis, & bonorũ in agnatione. §. cęterum. & §. media insti. de agn. leg. suc. & §. pẽ.

50 l. 1. ff. de ve. in spi. † quæ est causa exclusiua fœminarum, per quas destruitur agnatio, quę per masculos conseruatur l. pronũciationẽ in fi. cũ not. ff. de verb. sig. tradit Io. Andrę. in addi. ad Spec. in rub. de testa. Are. consi. 27. col. 2. Soz. cons. 106. col. 4. & Dec. cons. 127. cum vulgaribus.

51 Quintò & vltimo † quia quādo aliquis remouetur à lu-
cro contemplatione alicuius personæ, illud lucrum appli
cari debet illi personæ, cuius gratia & cōtemplatione fit
depositio, & aufertur lucrum. §. amittere. l. post legatum.
ff. de his quibus vt indig. l. si legatarius infra. de lega. l. si de
functus infra. de suis & legit. tradunt Bar. in d. §. videndū,
Are. & Sozi. in consi. 5. allegato, Roma. pulchrè in lingu.
660. incip. regula est.

Contrariam opinionem indicando amplexum fuisse le
gimus amplissimum Delphinatus Senatum, reiectis per
Guidonem papę adductis, vt ipse Guido papæ refert in
quæstione. 600. sequuntur hic Moder. me. & Ripa, & la-
tius idem Ripa in l. cēturio. col. 53. dicentes communem
opinionem esse contra Decium vt patet ex consi. Alex,
24. lib. 3. Sozin. 62. & 116. vol. 3. idem consulendo voluit
Alex. consi. 105. lib. primo. & consi. 185. lib. 2. Sozi. in re-
pet. d. l. cum auus col. 65. cum sequen. in versi. sed hic ca-
dit pulchra. Dec. met. consi. 218. col. 2. & 291. col. fin. & Pa
risi. consi. 13. & 86. lib. 2. vbi testatur hanc esse communē
contra Decium, quòd non inducitur fideicōmissum, nec
per dictam qualitatem masculinam importari dispositio
nem in prædictis terminis; ex quibus potes perpendere q̃
grauiter errauit acutissimi ingenij vir Decius, asserens di
ctam opinionem verissimam, & non habere contradicē-
tem, vbi facta substitutio expresse illa qualitate masculina
ista opinio cōtra Guidonem & Decium in pręsentia gra
nius mihi pedem figenti, verior videtur, & amplectenda
& in quam inuenio inclinare nuper Soz. iuniorem sibi cō
trarium in consi. 128. col. 5. lib. 1. licet postcà subsistat, &
se nihil firmare dicat & ita etiam consuluit Ludo. Goza-
dinus in suo consi. vlt. & Ruinus in consi. 141. libro. 3. &
in consi. 185. col. fi. lib. 2.

Et ad ita tenendum moneor, in primis quia habens re
gulam pro se, rem certam habere dicitur, & intentionem
fundatam, itaque alleganti exceptionem incontrarium
incūbit onus probandi. l. 2. cum ibi notatis. ff. siquis in ius
vocatus non ierit, & dixi latè in l. 1. ff. de reg. iu. sed regula
est, & communis, approbataque conclusio, quòd filij in
conditione positi, non sunt in dispositione, nec ex testa-
mento vocati censentur, vt dictum est supra, ergo &c.

Secundo quia illa masculina qualitas, vt verba apertè
ostendunt, vocationem masculorum nō sonat, sed substi-
tuti exclusionem per masculos, non per fęminas, quæ ita
exclusissent sicuti masculi, si solum dictum fuisset, si sine
liberis decesserit, vt declarant Pau. de Cast. & alij. in l. 1. in-
fra de cōd. inser. Dec. cōsi. 270. & 415. & Parisius, in pręal-
le. cōsi. 86. sed ideò opposita fuit qualitas masculina vt so
li masculi excluderent substitutum, non est ergo à verbis
recedendum. l. non aliter de leg. 3. & consequenter dicen-
dum masculos in condi. positos, esse ad exclusionem sub-
stitutorum, non autē quòd fuerint ex testamēto vocati.

Tertiò & vltimò, quia vt probauimus hæc est commu
nior scribentium sententia, & à communi ratione funda
ta, prout est ista pars in indicando & consulendo non est
recedendum iuribus vulga. ergo &c. Non obstant modo
quæ pro contraria opinione adducta fuere, & primo do-
ctrina Bart. in l. liberorum & in §. vidēdum. quia illud ta-
le statutū expresse continebat caput exclusiuum fœmina
rum, disponendo quòd stantibus masculis fœminæ non
succederent, vt declarant, ac ostendunt clarè verba, & tra
dunt Aret. & Soz. in consi. præalleg. & consequenter con-
stat ex verbis quòd masculi vocantur à statuto tanquā ha
bentes potentius ius propter conseruationem familiæ, &
agnationis, quę ratio communiter mouisse dicitur statuē
tes ad ita statuendum, nimirum ergo si ibi excluduntur
fęminæ, & veniunt masculi tanq̃ vocati, vt declarat Aret.
in d. consi. 27. col. 2. sed in terminis quæstionis nostræ fę-
minæ non excluduntur expresse, cessatque vnica illa ra-
tio statuti de cōseruatione familiæ, nec ostendit voluntas
testatoris, imo secundum illam reseruatur masculis ius
succedendi ab intesta. excluso substituto. d. l. Lucius cum
gl. licet postmodum cum masculis beneficio ipsorū ma-
sculorum veniant fœminæ ad talem successionē non pro
hibitæ à testatore venire. Alijs etiam modis post. Pau. de
Cast. & Alex. Respon. Ruin. in consi. supra allega. secun-
do non obstat efficacissima illa ratio Decij, quæ fuit Soz,
in d. consi. 116. colum. 5. licet Deci. taceat. Sozin. & quam
secuti fuerunt præallega & multi alij, quia Respon. in ter
minis iuris communis, vt pulchre per Sozin. in rep. dic. l.
col. 65. versi. sed hic cadit, & Parisium in præallega. consi.
cum auus. 91. colum. 6. à veritate alienum esse, quòd fœ-
52 minæ succedant contra voluntatem testatoris, quia suc-
cedunt masculi excluso substituto secundum volunta-
tem testatrois, † & simul cum masculis fœminæ benefi-
cio masculorum argu. tex. not. in §. si sit agnatus. l. secun-
da. ff. ad Tertul. vbi soror aliàs exclusa matre sublata, illa
existente admittitur, cum ea, vt pulchrè per Aret. in dict.
consi. 27. & 8. & Sozin. consi. 28. lib. 3. nec subsistit ratio
Decij, quòd ad exclusionem fœminarum masculi sint vo
cati, sed bene ad exclusionem substituti, vt verba indicāt,
masculi ergo substitutum & fœminas excludeant: si grauā
tus id disponere voluerit, quòd si id facere non curauerit,
tunc secundum dispositionem iuris communis succedēt
masculi, & cum masculis fęminę, beneficio masculorum
vt dictum est, idque tenet etiam Sozi. iunior in præalleg.
consi. 128. col. 5. licet de filijs scribentes præalleg. non fa-
ciant mentionem & Gozadin. in præalleg. consi. vlt. col.
fi. & Ruin. loco præallegato.

Ad tertium Respon. quòd expressio plurium opera-
tur exclusionem substituti, videlicet per masculos tātum
quòd aliàs etiam per solas fœminas exclusi fuissent, vt in
secundo fundamento istius partis diximus, vt tradit Go-
zad. in loco præallegato.

Ad quartum Respondeo quòd non sumus in casu, in
quo appareat testatorem prouisione sua voluisse agnatio
ni fauere, & bona in ea conseruare, quia si hoc voluisset vl
tra processisset, sed satis habuit substitutum excludi per
masculos, sed quando per superuenientiam masculorum
substitutio expirauit, testator nihil disposuit, & licet forte
voluntas eius illa fuerit, non attenditur, quā in dispositio-
nem non transierit, & ex verbis necessario nō colligatur
53 l. quidam cum filium. ff. de hær. insti. † ita Soz. in prælle.
consi. 116. col. 4. & Parisi. in consi. præaleg. 86. col. 6. Ri-
pa in repet. d. l. centurio col. 53. cum sequent. & Sozi. iu-
nio. in præalleg. consi. 118. col. 6. & in alijs terminis etiam
in materia inducendi fideicommissum id determinant
concluduntque scribentes, vt attendatur testatoris volun
tas, etiam tacita quādo transit ad dispositionē, aliàs secus.

Ad quintum & vltimū posset responderi ex dictis So-
zi. in d. versi. sed hic cadit, sed quia non satisfacit propte-
rea dico in hac materia substitutionis, quòd illud cōmo
dum applicatur masculis ab intesta. s. quia illis reseruatur
ius succedēdi patri instituto ab intest. d. l. Lucius cum gl.
aliàs sequeretur quòd facta alicui substitutione, si sine li-
beris decesserit, superstitibus filijs, quorū fauore facta est
substitutio, & substitutus exclusus, quòd certitudinarie,
& infallibiliter liberis applicaretur, contra communem
scribentium sententiam, de qua supra dictum est, q̃ cen
sentur vocati ab intesta. tm̄ procedit ergo conclusio gl. in
d. l. Lucius, etiam quòd in substitutione fuerit dictum, si
sine filijs masculis &c.

Rursus conclusio prædicta quòd filij masculi positi in
condi. substitutionis de qua. s. non censeantur substituti,
nec ex testamento grauantis vocati sed tantum ab intest.
sine scrupulo procedit, quādo staret statutū prout in mul
tis locis, quod stantibus masculis ipsi soli succedāt, & filię
dotentur, tunc cessante illa efficacissima ratione Socin. &
Dec. de successione fœminarum, quæ fieret contra men-
tem testatoris, dicendum est masculos non esse ex testa-
mento vocatos, sed esse illis reseruatum ius succedēdi ab
intestato, quod ex dispositione statuti exclusis fœminis eis
competit secundum Sozi. in d. consi. 116. col. 3. li. 3. & in
d. l. cum

d.l.cum auus loco præalle.& sequuntur communiter do ctor.vt hic per Ripam,col.4. Parisi.in consi. 86.lib.2.Ruinum in consi.præal.& Sozin.iuniorem in consi. 118 col. 6.& 119.col.penult.in prima parte, nec aliter sentit Dec. in istis terminis.

Procedit etiam prædicta concl.secundum Moder.Mediola.hic,dato quod proprias filias à testa.in testamento exclusas proponatur, & substitutionem factam in proximiorem agnatum, filio sine masculis decedente, adhuc dicendum esset,filijs masculis non deberi fideicōmissum, quia verba à quibus non est recedendum,hoc nō dicunt. & credendum est testatorem ea condi. solum filiorum fauorem respexisse, quos in casu existentium masculorū liberauit secundum eos. Quod non est recipiēdum, quia tunc ex coniecturis testamenti saltem tacitè apparet de mente testatoris vocantis masculos in cōdi.politos, quū nec exclusis filiabus proprijs vocauerit proximiorem de agnatione decedentibus filijs institutis sine masculis,cui dubiū quòd magis voluerit vocare masculos ex filijs suis descendentes? aliàs sequeretur maximum absurdū,quòd agnatus proximior excluderet filias testatoris à bonis prędictis,filij verò masculi ipsius testatoris illas non excluderent,quod non est dicendum.Et ita communiter tenent scribentes, quicquid dicant præfati Mod vt per Cur.feniorem in consi.76.dominus Ludo.col.4.Soz.in d.l.cum auus,col. 48. versi. 4. quęritur de q. Ripam hic, & in d.l. Centurio, & Cur.iuniorem consi. 87.vbi Brixiæ ea præcipuè ratione sic consuluit,& Deci.consi. 270. col.2. & 4. Ita quòd ex talibus signis & coniecturis prædicta verba conditionalia nutum & intellectum testatoris ostēdunt nec ad dispositionem transeunt, vt per Alex.& alios in l. in legatis infra de lega.& omnes in d.l.Cēturio.& Cui sententiæ adstipulatur etiam Soz.iunior. in præall cōs. 118. col.pen.& ss.licet.S. per me citata non adducat, & Goza. in præall.consi.26.& 64.Iacias igitur de prædicta ampliatione limitationem. vt masculi prædicto casu substituti censeantur,ac ex testamēto vocati.sunt etiam aliæ coniecturæ,quæ colligi possunt ex testamento, per quas infertur positos in cōdi.substitutos, ac vocatos censeri,de quibus supra allegatis cōsilijs meminere doctores, ad quos me remitto.aliud autem certum est,† quòd quādo instituti non sunt de descendentibus testatoris vel de agnatione,sed extranei, & quòd tunc masculi in condi.positi nō censentur vocati ex testamento, sed verba formaliter, & conditionaliter,(vt iacent)accipiuntur, quia cessat ratio conseruationis familiæ, & agnationis per conseruationem bonorum in ea,vt per Soz.in.consi.33.col.2.& consi. 73.col penulti.li.4.Deci.in consil. 370. & Pari. consi. 85. col.penulti.lib.2.

Quinto noto ibi a factā diuisione secundum Rip.in 2. col.quod per simplicem diuisionem non tollitur fideicōmissum conditionale ampliando & limitando, vt per eū sed est materia.§.duo fratres.l.qui Romæ,de verb.obli.vt per scriben.Deci.in consi.267.& 394.& Ruinum in pluribus suis consilijs 2. volu sed hæc lex nō meretur in proposito allegari,quia hic fideicōmissum cōditionale penden te condi.finitum fuerat, vt in principio legis dicitur, postmodum deficit conditio per superuenientiam Philini filij,ita quod si non fuisset conuentione finitum, non potuisset locum habere,& in consideratione amplius nō fuisset,iuxta l.ex facto, in §. ex facto. ff. ad Treb. cum similibus,ita quod inepte ex isto textu colligit Ripa,quod per simplicem diuisionem non tollatur fideicōmissum conditionale. quamuis id verum sit in se, & illa verba facta diuisione, sunt verba Imperatoris relatiua facti p Philinum propositi. Respondet.n. quod post diuisionem factam iuxta formam conuentionis, & sextantem datum, vel remissum, licet, eo superstite decesserit eius pater, & sic conditio fideicommissi cessauerit,tamen repeti nō potest, quia non cessauit causa ob quam sextans datus fuit, videlicet remissio incertæ spei, nec erat aut poterat esse amplius quæstio, aut dubium de fideicommisso tollēdo, sed solum de repetit. sextantis dati, vel in diuisione remissi,vt ex.tex.apparet.

Vltimò noto ibi † te filio eius superstite, iunctis præcedentibus verbis,si sine liberis decederet,quod cōditio opposita in plurali numero,si sine liberis decesserit,verificatur in vno,qui facit deficere cōditionem,vt hic per Soc. Deci.& Cur.quod in casu prædicto nō habet dubium, tum quia liberorum appellatio, multitudinis numero, seu plurali proferri solet.l.1.inf.a de cōdi. inser.l. non est sine liberis,de verb.sig.pulchrè.Aul.Gel.lib.2. Noct.attica. tum quia negatiuè est prolata secundum Decium hic resoluentem,quod si dispositio est negatiuè prolata verificatur in vno,iuribus prealleg.secus si affirmatiuè,quia requirunrur saltem duo.l.vbi numerus.ff. de testi.quę solutio confunditur primo per textum in d.l. nō est sine liberis cum sequenti, ibi necesse est dicamus liberos habere, qui vnū filium filiamùe reliquit,secundo per ea quæ ipse dixi supra cōtra Fely.quòd si caueatur aliquo statuto, vt stantibus masculis filię fœminę non succedant,statutū locum habebit vno solo masculo stante, quia quādo est eadem ratio in vno,quę in pluribus,pluralitas resoluitur in singularitatem,vt cōcludunt Pau.de Cast.& alij communiter in d.l.prima infra de cond.inser.de quo articulo vide ipsummet Decium sibi contrarium, & sic concludentem in consi.15.50.270.277.370.480.495.570. Pari.cōl. 42.li.2.& quę ego scripsi.in l. singularia in quinto notabi h.ff.si cer.pet.vbi post alios adnexi conclusioni prædictæ, quòd quando est eadem ratio in vna quę in pluribus,tūc pluralitas in singularitatem resoluatur. Absoluta Paduæ. 14.Ianua. M D X L V I I.lectionibus Septem,nobilium, & doctißimorum virorum præsentia semper interueniē te,superuenientibus ferijs carnispriuij à lectione publica cessauimus, & quæ sequuntur pro complemento legis & materiæ,studio(vt aiunt)camerario scripsimus.

Gloss. prima vtrum bene interpretetur textum nostrum in illis verbis,cōditionis incertum,in primo notabili diximus,& est tenendus secundus intellectus, quòd hoc grauamē ad vnū tm se haberet,vt in princi.legis dixi.

Glo.in verbo in conuentione, idest pacto, vult quod hæc conuentio non fuerit transactio,sed pactum de quo dicam in gl.fi.

Glo.in verbo finitum est,exponens,idest finiri potuit: fuit Ceruotina, expositionem faciens cōtra textum,ideò reprehēditur hic per Ias. & bene, Imperator enim primo respondet iullis rationibus istud fideicōmissum inter fratres finitum esse,inde infert quòd pactum de aliquid dando pro remissione incertę spei fideicommissi conditionalis,tempore quo liberi non aderant, non potest iniquum videri,quamuis dans postea filios susceperit,& consequēter quum verbum finitum est,ad quæstionem per Philinum propositam referatur,de remissione illius incerti inter fratres pposita, apparet quòd stat propriè quia incertum illius conditionis remissum erat & finitum, malè ergo exposuit gl.finitum.idest finiri potuit.

Glo.in verbo sextante, dum intelligit text. de sextante hæreditatis patris Philini,non de sextante totius hereditatis,quicquid hic dixerit, Alex.in l.ex facto, in §.ex facto, el.1.ff.ad 1 reb.bene loquitur, vt pulchre per Rimi. infra in vlt.col.& Ias.3.ver.secundo & tertius.

Glo.in ver.Philini ad partem interrogantis, & querentis,referens interpretationem,vult prout etiam in præcedentibus dixerat, quod pactum factum fuerit inter Frontonem & Philinum fratres,lex vero ista ad interrogationem filij qui vt ex inscriptione ipsius legis apparet, Phil. similiter nuncupabatur.

Glo.magna,diuiditur in quatuor partes, vt per Ias.vel melius in quinque,vt per Ripam,quia pro veritate in versi.sed an cautio,formatur principaliter per glos.alia quæstio sicut in vers.præcedenti, Item an posset,sicq; duę sunt partes,non vna tantum vt Ias.diuidendo dixerat.

Super-

Superfluitas quædam videbatur in prin.istius glo.pro-
pter oppositionem formatam in versi.§.hoc pactum.ta-
men ad diuersa tendunt,vt post.Fulg.declarãt Lanc.Dec.
Aquens.& Curt.& secundum Alex.solutio glo.bona fuit,
clariusque declarant Alex.& Rimi.supra in 1.col.faciunt
quæ in 3.not.diximus.

Accurs.hic formando tot oppo.& quæstiones reddi-
dit hanc suam glo.valde notabilem,& subtilem, expediã
illam sequendo ordinem Bar.

In glo.igitur ibi in repudiatione,hic in pacto est nota-
bilis solutio ad iura in oppositum allegata, ꝙ ius de futu-
ro tollatur pacto,vt hic, non autem simplici renunciatio
57 ne,† vt in contrarijs, vt enim in rub.vidistis, pactum est
actus qui duorum consensu nititur, ideò reputatur for-
tior, potest confirmari,& exornari, vt hic per Aquens.in
3.col.facit illud vulgatissimum, ꝙ duo vincula magis li-
gant q̃ vnum,iuribus notis,& licet dicta ratio sit commu
niter approbata,vt hic per Bart.Rimi.& Lanc.Dec.col.2.
& 3.Ias.col.5.& Dec.5.melior tñ & fundamentalior ratio
est, quia repudiatio est abdicatio quædam quæ operari
non potest in eo,ꝙ non est nobis delatum.§.1.l.si ita scri
ptum.ff.de lega.2. sed ex pacto oritur obligatio ad nõ pe-
tendum in futurum,si id agatur,ideò nimirum si ꝑ viam
pacti renunciatur iuri de futuro, qđ adueniente condi.
tollitur: renuncians ergo iuri de futuro ius à se abdicare
intendit,qđ facere non potest,quum illud non habeat,&
priuatio habitum p̄supponat.l.decem.ff.de verb.obl.l.re-
mittit.ff.de iur.iu.& nõ entis nullę sunt causæ aut quahta
tes.l.pen.ff.si cer pet.sed Paris.vltra qđ ius illud ē, se abdi-
care intendat obligat se personaliter non petere in futu-
rum,super qua obligatione de p̄senti fundatur renuncia-
tio, ideò nimirum si tollitur potius pacto, q̃ simplici re-
nunciatione, & quicquid dixerit Dec.ista est nũc omnis
scribentium sententia. Ita enim hic cõcludunt Iac.Butr.
Bald.Salv.Pau.de Cast.Aret.Cur.& omnes Moder.Taur.
Papien.& Mediol.& Abb.in c.ex multiplici.de decim.

58 Sed mouetur pulchra dubitatio † vtrum prædicta pro
cedant qñ verba renunciationis tempus futurum respi-
ciunt. Deci.hic col.6.negatiuam partem amplexus est di-
cens, ꝙ in terminis nostræ legis si renunciatum fuisset fu
turo fideicommisso qđ sperabatur ita valuisset renuncia-
tio sicuti pactum, idem volunt hic Mod.Taur.in col.15.
in versi.& ex præmissis, inferentes tunc nullam esse diffe-
rentiam inter pactum & renunciationem,vbi verba respi
ciunt futurum, quia dispolino confertur in tp̄s habile,er
go debebit sublistere per regulam.l.in tempus.ff.de hæ-
red.insti.& miror ꝙ nõ allegauerit Alber.& Pau.de Cast.
ita tenentes,quos hic refert, & sequitur Aquens.in 3.col.
sed refragatur ratio cõmunis conclusionis supra relatæ,
cur ius de futuro tollatur pacto, renunciatione verò nõ,
quamuis.n.renuncians intendat à se abdicare in futurum
ius, id facere non potest si nullum habet ius.l.decem & l.
remittit.præalleg & consequenter lex resistit initio, ergo
renunciatio non tollit ius ipsum de futuro, & ita subtili-
ter ponderando voluit Bar.hic in a.col.in versi. sed si ver-
ba pacti, nisi prædicta renunciatio transiret in pactum,
vt quia facta esset parte p̄sente, & verisimiliter acceptan-
te,aut renuncians se obligaret ad non petendum in futu-
rum,vt hic pulchrè per Remi.in 3.col.Curt.& Ripam.6.
& Moder. Mediol.super verbo iniquum, tñ in prædictis
casibus essemus extra materiam & terminos renunciatio
nis,primo.n.casu data partis præsentia resultat pactum,
quia duorum consensus, & sic obligatio ad non peten-
dum.l.tale pactum in prin.ff.de pactis, vt ꝑ Curt in 6.col.
altero casu, quando renuncians se obligat nunc &c. ad
non petendum, & egreditur pariter naturam simplicis
renũciationis,& cessat ratio à doctoribus in materia sim-
plicis renunciationis cõiter considerata de qua supra.

59 Text.autem.† §.1.d.l.si ita scriptum, dum loquitur de
die certa, melius quàm sentiat Dec.declaratur, vt hic per
Curt.col.4.sequentem glo.ibi. Ad §.vero si parens in glo.
allega.bona est solutio gl.vt hic per Aquens.in 2.col.circa
quod vide quæ ad finem secundi notabilis diximus.

60 In eadem parte glo.† ibi sed error, licet Alex.sequatur
hanc solutionem vti veram, & notabilem, tñ non proce-
dit quum ibi potius esset ignorantia, & dubitatio quàm
error,quæ inter se valde differunt, vt hic per Mod.Taur.
col.15.ideò solutio gl.vnà cum solutione Bart. reproba-
tur hic per Lanc.Dec.& Aquens.col.2.& 3.tamen solutio
Bart.defendi potest, ꝙ ibi nec re nec spe ius competeret,
quia ex quo nepotes futuri hæredes ignorabant materte-
ram mortuam non poterant adire.l.hæres institutus,& l.
qui hæreditatem.de acquir. hær.quo cõsiderato apparet
ꝙ ibi non cũpetebat ius nec re nec spe,vt hic per Deci.&
Curt.col.4.& 5.Potest etiam defendi solutio Bart.intelli-
gendo de iure hæreditario, vt hic per Aquens.col.fin.so-
lutio tñ & magis realis,& communiter recepta ad text.d.
l.nec nos.est, ꝙ dubitabatur ibi de morte materteræ, de
cuius bonis agebatur,an capta, vel interfecta esset ab ho-
stibus.ideò sicuti non valet pactum de hæreditate viuen-
tis,similiter nec de hæreditate mortui, de quo tamen du
bitatur an viuat,vt hic per Bar.in 3.oppos.Dec.col.5.Mo
der. Taur.15.& alios Moder.non.n.sufficit, habere po-
tentiam paciscendi nisi paciscens se posse verè sciat.l.hæ-
res institutus,& l.qui hæreditatem infra allegatis.l.quero
ff.de eo qui pro tut.multum cum ibi notatis ꝑ Bar.& scri
bentes.ff.de condi.& demon.l.sed si de sua, de acqui.hęr.
cum notatis per Bar.& tradunt hic Lanc.Dec.& Aquens.
61 col.2.& 3.& vlterius ratio assignari potest, † quia cum
istud posset se habere, vt ad prohibitum, & vt ad permis-
sum,stat vt ad prohibitum, per tex.in l.1.in §.si pendeat.
ff.ad Macedo.facit lex si Rufinus cum not.per Alexan.&
alios infra de milit.testamen.vt hic per Aquens.col.3.&
Lancel. Dec.in l.edita col.6.supra de eden.

62 Contra prædicta tamen facit † qđ scribit Barba.consi.
11.col.8.lib.1.volens quòd beneficium clerici vagabun-
di,vel de cuius vita dubitatur, conferri possit per eum ad
quem collatio spectat,per tex.quem dicit singul.in l.libe-
ra peculij.ff.de pecul.& glo.in c.non oportet, el.a.in ver-
bo proficisci.de consecra.distin.vlti. licet igitur dubium
sit de vita,tamen iudicatur,vt de morte,quia beneficium
potest alteri conferri ac si ille mortuus esset, vos videatis
pulchre Fely.in cap.quoniam frequenter in §.porro.col.
penult.extra, vt lite contest.licet non faciat mentionem
de Barba.dubitat illa gloss.dicens nihil de ea potuisse re-
perire, & sic quamuis Fely.omnia vidisset, Barba.tamen
63 non viderat,& inclinat ipse Fel. † in contrariam partem,
per tex.d.l.nec nos, & bena.& ad d.l.libera peculij respon
det, quòd loquitur in seruo qui liberam peculij admini-
strationem amittit, ex quo dominus de illius vita dubi-
tat,quum æquiparetur ibi fugitiuo,qui prædictam admi
nistrationem amittit, abutendo concessione per domi-
num sibi facta, seruit in ꝑposito quod hic in 5.col. Dec.
64 tradit, † quòd stante dubio de morte emphyteotæ, non
potest dominus emphyteosim reuocare, nisi probet mor
tem,& fuit Ias.licet Deci.taceat, quem refert, & sequitur
Fely.in d.§.porro col.pen.

65 In ea.gloss.ibi.§. quod ait prætor, † solutio gloss. ad il-
lum text.ꝙ licentia magis accederet repudiationi quàm
pacto, quicquid inaduertenter hic dixerit Aquens.col.3.
communiter damnatur per doc.vt hic per Bart.Bal.Paul.
de Castr.Alex.Rimi.Dec.& Curt.subtiliter tamen consi-
derando saluari potest, vt hic per Saly.quem sequuntur
Mod.Taur.in 9.col.quia cum ibi consensus non sit obli-
gationis,sed licentiæ & permissionis reuocabilis, ac gra-
tiam sapiens, considerato fine à quo res diiudicari debet.
l.rem in fin.ff.de iudi.magis repudiationi videtur accede-
re,quàm pacto,qđ ad obseruantiam obligat. Ista fuit in-
tentio glo.quæ sentit id quod prefat.cõmuniter tradunt,
clarius explicantes, ꝙ ibi sit consensus permissionis,& li-
centiæ, non obligationis. Et ideò si verba per modum
obligationis in futurum concepta ibi fuissent, non proce

deret illius textus dispositio. ita pulchrè voluit Bar. §. in 3. membro principal. & extollit hic Cur. in 7. col. & ad opp. Rimin. in 3. col. quòd ex quo legatarius præsens ibi erat, quamuis mea renunciatio fuisset, ac repudiatio debuisset in vim pacti valere. l. tale pactum in princ. ff. de pact. Respon. quòd consideratio procedere posset, in renunciatio ne quæ, vt supra dixi, data præsentia partis in vim pacti transit, sed doc. in prædicta solu. loquuntur de simplici licentia & permissione, absq; animo paciscendi, siue obligandi interueniente, quæ à renunciatione differt, quicquid dicat Rim. ideò nimirum si non valet in vim pacti, facit regula vulg. l. non omnis si cer. pet. Nec obstat quod in oppositum hic in 6. col. Dec. adducit, quod licet in eo consensus esset licentiæ, tamē sufficiens erat excludere interdictum illud competens, contra occupantem legatum, contra voluntatem hæredis, quia quum adhuc non esset hæres, talis voluntas (vt ibi dicitur) sibi non nocet, consensus tamen (vt diximus) fuit ibi per modum licentiæ, & permissionis, aliam tamen solu. accommodauit hic Bar. quod ibi non competebat ius nec re nec spe, ideò nō potuit per pactum tolli, & illam defendit Alex. hic.

Nec obstat quod in contrarium Rimi. addnxit quòd imò competeret ius in spe ad interdictum quorum leg. ex quo apparebat de voluntate legatarij volentis auctoritate propria rei legatæ possessionem ingredi, ita vt cesset ratio Alex. quod non sit præsumendum legatarium ita facturum per vulgatam regulam l. merito, pro socio. quia iam constabat hæred. de voluntate ingrediendi, quia respon. quod legatarius volebat ingredi hæredis voluntate, nō propria auct. & sic militat ratio Bart. & Alexan. quod nec spe competebat ius, ex quo nolebat auct. propria ingredi, sed permissione hæredis. alio modo solu. Barto. impugnant etiam hic, Deci. col. 6. & Moder. Taur. 9.

Sed responde, & defende, vt hic per Aquens. 3. Fateor solu. Pau. de Cast. hic, quam sequuntur Rimi. Cur. & Dec. col. 4. 5. & 6. magis claram, planam, & realem esse, & fuit

65 Bar. in contrario, prout hic ait Lanc. Dec.† quare autem in §. quod ait. licentia illa non inducat aditionem hæreditatis quum sit actus qui fieri non potest citra ius, & nomen hæredis iuxta l. gerit. & l. pro hærede. ff. de acqui. hæredit. & per consequens actum licentiæ conualidet Rim. & Cur. col. 4. & 5. hanc difficultatem vti vrgentem insolutam reliquere, sed respondeo negando quod fieri non posit citra ius, & nomē hæredis, quum sit actus (vt de se patet) qui etiam per non hæredem fit.

Iuxta prædicta qualiter, & quando iuri de præsenti aut

66 de futuro renunciari posit.† Bar. hic pro perfecta declaratione notabilem distinctionem ponit, quæ secundum Lan. Dec. & Aquen. communiter approbatur, sed est diligenter aduertendum. nam circa primum membrum de iuribus competentibus spe, & re, Bart. de ineptitudine, & repugnantia arguitur, quod res, & spes, in eodem subiecto non cōsistat, vt per prælatos, & probatur in l. nec emptio. ff. de contrah. empt. ibi quia spei emptio est, & sic est spes non autem res, vbi ergo esset res cessaret spes, diuersimode Bar. nitūtur Scrib. saluare, vt hic per Dec. col. 6. Aquēs. 4. Cur. 5. Moder. Tau. 11. & Ripam. 6. ego credo lecturam Bart. fuisse corruptam, & superfluere illud verbum, & spe vt ex sequentibus dictis Bart. patet, reassumendo. n. ipsum primum membrum de spe verbum nō facit, sed de re ex quo datur intelligi, quod in præcedentibus de eo iure locutus est, aliàs reassumptio quæstionis propositæ non fieret secundum terminos propositos, quod dicēdum non est, & hoc modo melius saluabitur Bar. quàm per alias declarationes doc. secundum quas necesse est, aut valde impropriare dicta Bart. aut ipsum fuisse ineptè locutum. A reprehensione verò Mathesil. optimè potuit saluari Bart. vt hic per Dec. in 7. col. Aquens. 3. & Curt. 5.

Rursus contra Bart. doctrinam videtur text. in §. si sub condi. l. si ita scriptum de legatis secūdo, vbi legatum sub conditione certa repudiari nō potest, & tamen competit re absq;

facto nostro, Angel. Aret. In §. idem iuris col. 29. instit. de except. dicit quod in hac materia ille text. spiritum suum turbauit soluendo, vt per eum, quantum ad propositum nostrum oppositio optimè tollitur secundum intellectū & declarationem glo. ibi, vt hic per Cur. in 4. col.

67 Secundo in quantum concludit Bart.† quod iura tam personalia quàm realia quæ ex aliquo facto nostro nobis acquiruntur, & competunt, pacto tolli possunt, repudiatione non, excepto iure possessionis, approbatur communiter, declarando tamen vt hic per Dec. col. 7. Cur. 5. Mod. Taur. 12. Ripam. 6. & Felyn. in c. li cautio in 3. car. de fide instrumen. facit vulg. regula. l. pen. §. eo. & c. si diligenti cū vtrobiq; notatis, de foro compe. notandumq; diligenter est quod scribunt hic Dec. & alij Moder. quod si confiteor rem meam tuam esse nō perdo dominium, ex quo sine traditione in te non transfertur, vt etiā per Fely. loco præalle.

68 † Tangunt etiam Mod. quid de recognitione de quo latius per Rip. in l. si aliquam rem. ff. de acquir. possess. multa possem dicere, sed quia incidit tps, & non patitur omnia excuti, remittam te ad Pau. de Cast. in cons. 153. in antiquis Iac. de S. Georg. in tractatu feud. in verbo dictiq; vasalli promiserunt recognoscere. Ias. consi. 65. lib. 3. & 136. lib. 4. Deci. consi. 185. col. fi. 516. col. pen. & fi. Cur. Iuniorē in cons. 21. col. 3. & 140. Brun. consi. 1. & Ripā lib. 1. respon. c. 1. in quibus locis plura pulchra, & etiam vtilia inuenies.

69 Circa secundum membrum dist. Bart. quod ius de futuro in approbata spe cōsistens pacto tolli posit, sed non per renunciationem, doct. cōiter transeunt, prima pars conclusionis probatur per l. nostrā, secunda per §. si sub condi. l. si ita scriptum de leg. 2. rationem assignauimus. §. in prin. glo. prædicta conclusio quod ius de futuro in spe considerabili consistens non tollatur per renunciationē, mutilitariam limitatur, & primo vbi parte pſente sit, quia pacti vim obtinet. l. tale pactum. in princ. de pac. ſm Bart. & cōiter scriben. vt hic per Saly. col. 3. Alexan. Ias. Aquens. & Curt. & quāmuis l. tale pactum in cōsess. non in renunciatione loquatur, vt hic dicunt Bald. & Arēt. attamen in dictis libris tale pactum probat quod propter præsentiam partis quæ acceptare præsumitur, quum de illius commodo tractetur, dicitur pactum, & valet argumentum de confess. ad renunciationem, vt per Aquens. in l. postquam lib. col. 3. §. eo. attamen Io. de Imo. relatus hic per Alex. contrariam opi. tenuit, quia lex tale pactum, loquitur in iure de præsenti, non in iure de futuro, & hanc opinionem Imo. cōtra Bar. Alex. & præallegatos, sequuntur hic Dec. col. pen. & Mod. Taur. ideò quia rō quæ consideratur in renunciatione, cur, non proiudicet in iure futuro, quum ante ad nos ius non peruenerit. d. §. si sub condi. ilto casu similiter militat, & licet pars sit pſens, & taceat, repudiās ad futurum nō se refert, aut etiam acceptat, quum faciat animo à se abdicandi, iuxta naturam renunciationis, nō se alteri obligandi. vnde acceptatio partis non attenderetur, argumento legis nō omnis si cert. pet. ſm Picum hic, & Moder. Medio. Sed non est à Bar. & communi recedendum, quæ ſm Aquens. hic probatur optimè, in d. l. tale pactum inducendo, vt hic per Sal. & Alex. etiam quod verba in futurum non porrigantur, tacitè siquidem id includunt, nam lex illa generaliter loquitur, & propter præsentiam partis vim pacti obtinet, per quod pactum ius de futuro tollitur, vt hac lege, ideò &c. natura pacti est, vt obliget paciscentem ad non petendum in futurum, & per consequens etiam futurum tempus comprehendere, qđ concederem in dubio, secus quando verba renunciationis vel pacti expressè ad præsens tantum porrigerentur, & hoc casu opinionem Imol. & aliorum. 4. allega. sequerer rationibus supradictis, & per doctrinam Bart. sequentis membri, & sic fœdere prædictæ distinctio. concordarem opin. & prædicta conclusio Barto. procedit etiam quòd pars expressè non acceptauerit, quia sufficit sola præsen-

70 tia, ex qua præsumitur acceptatio,† quum de ipsius commodo agatur, quicquid hic in penul. colum. dixerit Paul. de Cast.

de Castr.& Ias.in l.postquàm liti.j.cod.vt hic per Alex.& Aquens.per Ias.in d.l.tale pactum col.2. Dec.in c.at si clerici,in princ.in 11.col.de iud.Deci.& Aquens.in d.l.postquam lit.col.2.& 3.

71 Rursus procedit prædicta conclusio † quando aliquis pro absente acceptasset renunciationem quæ posteà ratificata esset per ipsum absentem ante reuocationem, quia eidem prodesset, ac si fuisset expresse vel tacitè per ipsum acceptata, vt hic per Mode.Taur.col.10.per no.per Fely. post Imo.in c.olim col.3.de rescrip. & idem Fely.repetit in c.si cautio col.12.in 12.limitatio.de fide instru.Rip.tñ hic col.5.nititur hoc impugnare, quia licet confessio,dicit ipse,impugnari non posit per confitentem,renunciatio sic, à renunciante videlicet.d.§.si sub condi.sed nône est idem in côfessione,quæ potest impugnari si facta fuerit absente parte? certe sic l.certum.§.si quis absente.ff.de

72 confes.† & in hac materia valet argumentum de confessione ad renunciationem, vt post Bald.scribit Aquens.in d.l.postq̃ lit.col.3. vbi etiam Deci. si confessio per alium acceptata,& inde per absentem ratificata prædictum operatur effectum,ergo & renunciatio.& aduerte quia Fely. in locis præalleg.non loquitur ita generaliter, vt hic referunt prædicti Moder.in quolibet acceptante confes.vel renun.pro absente, sed in fideiussore vel negociorum gestore,& sic in habente potestatem acceptandi, secus ergo in alia priuata persona vulg.§.alteri.l.sti pu.ff.de verb.obl. & c.quemquam de vsuris in 6.per locũ à speciali, & sentit Aquens.in d.l. postquàm liti.col.3.in versic.alius casus est,inuenio tñ ꝙ Deci.de quo præfati Moder.nullam faciunt mentionem in d.l.postq̃ liti.col.pen. relata opinio Imol.Fely.& aliorum in confes.& renun.acceptata per fideius.aut negociorum gestorem, pro absente, subiungit imò idem esse generaliter in qualibet ꝑsona priuata pro absente recipiẽte,vt per Imo.in d.c.si cautio,pro quo adducit regulam legis soluen.ff.de neg.gest.ꝙ quilibet possit facere côdi.absentis,& igno.meliorem.q̃ legem prius ad hoc propositum allegauerat Fel.& alij in locis pręalle. eandem opinionem tenuit Dec.met.in cap.at si clerici in prin.in 11.col.de iudi.vbi respon.ad §.alteri, & ad c.quãquàm,vt per eum,qđ est diligenter notandum: quia opinio Imo.per prælatos approbata seruaretur in practica.

73 Secundò limitatur prædicta conclusio † per Bar.in renunciatione facta in iudicio, vt hic per eum, cum quo transeunt communiter scribentes, quamuis iuribus allegatis per Bar.responderi posit,vt hic per Mod.Taur.col. 10.Rip.5.& Dec.prius col.pen. sed pro defensione pręsentis limitationis eam intelligi dicatis,quando renunciatio facta esset in forma iudicij, & iudice, vti vna persona publica, pro parte acceptante: tunc enim iudex partis personam repræsentat, aliàs secus esset, vt hic per Aret.col.2. Rimi.3.Ias.5.Aquens.4.& Deci.in d.c.at si clerici.in prin. in 12.col.& sic vicem obtinet pacti per quod ius de futuro tollitur. Non obstat quòd renunciatio sit simplex abdicatio, quòd si de futuro sit adhuc non competit.d.§.si sub conditione, ergo &c.vt dicunt Dec.Taurin.& Ripa. Quia respon.vt dixi.&.in 1.limita. in versic.sed non est recedendum, & ex ibi dictis apparet, quòd si verba essent expresse relata ad præsens secus foret.

74 Tertiò limitatur in renunciatione iurata, † quia obligatio acquiritur Deo,qui vice partis recipere censetur,vt hic per Ias.col.5. Aquens.3. Moder.Taur.10.& Fely.in d. c.si cautio.col.8. Deci.tamen hic col.pen.& Curt.7.dubitant,quia renuncians,ius quod habet de præsenti, solum abdicare videtur,& iuramentum non extendit vires promissionis vltra consensum.Ripa hic col.5. à communi dicit non esse recedendum,sed non respondet ad dictam rationem in oppositum factá. Ideò dicendum est, vt supra in prima limitatione conclusimus, pars enim hoc casu renunciationem acceptare censetur, & sic vice pacti fungitur, quod ergo in pacto dictum fuit, id etiam in renunciatione dicendum est.

Quartò limitatur in geminata renunciatione propter

75 virtutem geminationis † iuxta.l.Balista cum not.ad Trebel.& l.penul.j.co.Ias.hic col.5.dubitat,sed non est dubitandum, quia limitatio non est vera nec procedit, vt hic per Aquens.col.3.pen.Curt.5. Moder.Taur.11.& Rip.5. faciunt quæ pulchrè scribit Socin.in l.legem col.3.j.eod. quòd ex duplici & geminato pacto nudo nõ oritur actio quemadmodum nec ex vno,quia deficiunt substantialia, ideò geminatio nihil operatur. Possent dari non nullæ aliæ limitationes ad conclu. sed ad dicta per Aquens. & alios hic me remitto.

76 Postremò notatu dignum est,† quòd in vlt.colum.hic scribit Aret. quod aliquando quis renunciat ad finem vt alteri acquiratur, & tunc requiritur partis præsentia verè, vel fictè,aliquando renunciat,vt se excludat, & tunc non requiritur præsentia partis: quia non agitur de illi acquirendo, vt hic per eum.

77 Circa tertium membrum distinctionis, Bart.† eleganter concludit, quod ius de futuro, quod re nec spe considerabili competit, non tollitur pacto vel renunciatione, quando ad præsens tempus referuntur verba,aliud in pacto, cuius verba respiciunt futurum, & causam de futuro.& cum Bar.trãseunt scribentes.Sed aduertas in primis quòd lex nec nos. & §.quod ait prætor. malè videntur in proposito per Bar.alleg.vt hic per Ripam col.pen.quamuis defendendo Bart.responderi posit, vt circa interpretationem prædictorum iurium diximus suprà in principio glo.attamen conclusio Bart.in primo membru posi. verissima est, quia intentio paciscentis vel renunciantis respectu præsentis,non habet se ad futurum,ergo dispositio non operabitur respectu futuri, l. non omnis. ff.si cer.pet.& sic non deficit potestas, sed voluntas quæ cum potestate est necessaria ad legitimandum actus humanos.cap.cum super abbatia, & ibi in 14. notabili signat, Dec.de offi. delegati.

78 Secundò principaliter vult Bart.† quòd quando verba pacti in futurum porriguntur, vt quia fiat pactum vel promissio de non petendo in futurum, etiam ex causa de futuro seu per similia verba, tunc subsisteret pactum, & tolleretur ius de futuro,cum qua côclusione transeunt, communiter scribentes, vt hic in 14.col. dicunt Moder. Taur.& alij, & secundum Deci.infra in vltima col.conclusio clara videtur, facit præalle.c.cum super Abba.vt supra allegauimus.

Et diligenter notandum est, Bart.hic vel'e quòd licet verba renunciationis futurum tempus respicerent, tamẽ non tolleretur ius de futuro, sicuti tollitur per pactum, quod intellige nisi renunciatio fieret parte præsente, & acceptante expresse,aut tacitè, quia tunc renunciatio, vt in princ.glo.dixi, vice pacti fungeretur.Aduerte rursus ꝙ licet in l.ege nec nos per Bar.allegata,non cõpeteret ius in re nec spe vt infra in vlt.col.declarat Aquens.& latè supra diximus, malè tamen loquitur Bart.volens quod si verba conuentionis, & pacti in casu illius legis in futurum porrigerentur,subsisteret pactum: quia imò non valeret, sicuti nec super hæreditate viuentis, l.fina.infra eodem: vt hic post Bald.volunt Curt.& Ripa col.7.& Moder.Taur. 15.& de illo textu plura scripsimus supra.iuri ergo futuræ successionis renunciari non potest, nec illud per pactum tolli,lege pactum quod dotali, & l.fin.j.eodem,nisi pactum fuisset iuramento firmatum c.quamuis de pactis in sexto, secundum Paul.de Castr.j.in pen.col.quod intelligitur quando renunciatio cum iuramentu fit illi de cuius successione tractatur,vt in casu illius: secus quãdo fieret alteri: vt si soror fratribus promittat de nõ succedendo, vel petendo bona aut hæreditatem parentum suorum adhuc viuentium,& iuret.nam si parentes pacto non consenserint, non obstante iurata promissione, poterit soror, aut filia parentibus succedere, vt pulchre per Aret.in l.qui superstitis, col.4.ff.de acquir.hæredi.& dixi latè in l.fin.infra eod.

79 Vult etiam hic notanter Barto. † quod ius competiturum ex noua causa, non dicatur competere spe, quum id sperare dicamur, qđ ex causa de præsenti speramus, l.2.ff. de statu lib. alioqui somnium est, vel phantasia secūdum Moder. Mediolan. hic & Ripam col. pen. & plura quæ in sequenti conclusione tradunt scriben. adduci possunt.

80 Postremò colligitur ex dictis Bart. † quòd renuncians omni iuri quod sibi competeret, vel pertineret etiam ex causa de futuro, intelligatur quando illud tale ius de futuro causam habet, & fundamentum de præsenti, non autem ex causa de futuro, ideò non intelligitur renunciare iuri acquirendi, si causa de nouo superueniat, nisi id expressè dictum fuerit. Cum hac conclusione Bar. transeunt communiter scribentes hic, & in locis infra allega. conclusio tamen dubitabilis videbatur, quia vniuersalis positio, vel oratio omnia includit, quæ non reperiuntur exclusa lege si chorus in princ. ff. de lega. 3. Item quia imputatur ita effuso sermone vtenti, l. si ad finem, inst. de dotis promiss. ergo per dicta prægnantia verba ius omne de futuro ex quacunq; causa perueniat includi videbatur. Sed respondeo, qđ istæ reuocationes sunt stricti iuris strictéque intelligendæ, l. si domus de ser. vrb. prædi. l. cum de indebito in prin. ff. de probat. & ideò in generali renunciatione non veniunt nisi iura aperta, & non illa quæ certam consistentiam non habent, quia non dicuntur propriè iura, vt post Bald. tradit Alex. in l. qui Romæ in §. duo fratres. col. 12. ff. de verbo. oblig. Nec de illis censetur cogitatum, vt dicunt ibi doct. propterea nimirum si non includuntur, quibus allego optimum tex. in l. si hominem, vbi Bar.

81 not. ff. mand. & in c. 2. cum glo. de renun. & procedit dicta conclusio Bar. etiam quando quis renunciat omni iuri quod habere potest vel posset, seu sperat, etiam cum iuramento, quia intelligitur quādo ius illud fundatum est ex causa de præsenti, secus si ex noua causa superueniat, d. c. 2. cum not. & l. qui cum tutoribus. ff. de transactionibus, & l. post emancipationem in §. 1. cum ibi notatis per Bart. ff. de liberatio. legat. & ista doctrina est à scribētibus communiter approbata, secundum Alexandrum in d. §. duo fratres, car. vlt. Ias. hic col. fina. & in l. quod seruus col. fi. ff. de condi. ob causam & in d. l. qui cum tutoribus col. fin. Fely. in c. si diligenti col. vlt. in 10. limitatione de for. compe. Ripam hic col. pen. & in d. §. duo fratres in 6. quæstione Bar vbi etiam alij scriben. & Cur. Iunior. plura etiam congerit in consi. 101.

Ex quibus infert ad decisionem multarum quæstionū

82 † quòd scholaris iurans nō sumere alibi gradum, quàm in loco licentiæ, id facere non prohibetur virtute noui examinis in alio loco subeundi, sed iuramentum intelligitur ex causa de præterito, siue prætextu examinis facti. Rursus quòd promissio de non offendendo sub pœna, intelligitur ex causa de pñti, non si noua superueniat inimicitia. Item quòd agenti ex noua causa non obstat exceptio, quia de euictione tenet actio &c. Et renunciatio beneficij etiam iurata non trahitur ad ius & causam, quæ de nouo superueniunt, vt hic per Moder. Papien. & Mediol. & per scriben. in d. §. duo fratres in 6. quæstione Bar. item si filia dum dotatur patrimonio, renunciet modo prædicto, non prohibetur succedere patri illam postmodum forte instituenti, quia est noua causa, quæ tunc non sperabatur, vt plenè per Fely. loco prealle. aliam etiam notabi. decisionem ponunt Bar. Ias. & alij in d. l. qui cum tutoribus, aliam in l. 1. in §. veteres. ff. de acqui. poss. de quibus etiam per Curt. Iuniorem in consil. 101. & per prædicta dicimus male consuluisse Alex. lib. 5. consil. 1. quòd ille qui facit pactum de non petendo, vel renunciat in manibus fratris omni iuri quod habet, vel habere potest, & sperat in feudo paterno, exclusus sit à iure successionis feudi prædicti, quum verba sint in futurum extensiua, quia non trahitur renunciatio ad causam, & ius, quæ de nouo superueniunt, vt dictum est, & ita consuluit subtiliter Princeps Aret. in consi. 3. & 7. sequitur Iacob. de Sanct. Georg. in feudo inuesti. in verbo & vnus ex dictis vasallis refutauit feudum col. 2. & alia etiam ratione mouentur, quoniam prædicta renunciatio feudi non tenuit, nisi in manibus Domini facta fuisset vt ibi per eos.

83 Limitatur prædicta conclusio Barto. & doctorum, † vt non procedat qñ expressè dictum fuit in pacto, vel renunciatione etiam ex causa, & iure de nouo superueniente, s in Bart. hic communiter à doctoribus approbatum, vt infra per Deci. in vlti. col. Ias. in l. quia cum tutoribus ad fin. & cessat hercle hoc casu ratio, qua mouentur communiter doct. in prædictis locis ad tenendum cōclusionem prædictam, quia de tali iure ex noua causa superueniente, non censetur consideratum, nec opus est coniecturis in claris. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obliga. item quia ius suum remittentibus non datur regressus. l. pen. j. eo. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edic.

84 Secundo limitatur prædicta conclusio † quādo ius aliquod de præsenti non competebat, vt verba aliquid operentur iuxta. l. si quando & ibi notata. ff. de legat. 1. cum vulg. tunc ius futurum etiam ex noua causa superueniens comprehendit Deci. hic col. vltim. sed est contra conclu. Barto. expressè approbatam communiter, loquitur enim quando ius non competebat, tamen vult quod ius ex causa de futuro non comprehendatur nisi expressè dictum fuerit. Non obstat quod verba intelligēda sint vt aliquid operentur, quia non procedit istud in contractibus, qui strictè intelligi debent maximè ad præsumēdum aliquid præiudiciale, quod verisimiliter non cadit in mente partis, vt per Fely. in c. solitæ. col. 3. de maior. & obed. sed ius istud ex noua causa superueniens verisimiliter non fuit consideratum, vt per doct. in locis præallega. ergo & c. pactum igitur & renunciatio intelligetur de omni iure in futurum competituro ex causa de præsenti si adsit. non autem ex alia causa non cōsiderata, facit, quia potius tol-

85 leratur quod verba sint superflua † quàm quod quis indebitè damnum patiatur. c. causam quæ cum ibi not. de rescrip. tradit Alex. in consi. 142. col. 2. lib. 5. & Ias. in l. fin. in §. in computatione col. fin. j. de iure deliberandi. In ea-

86 dem glo. ibi ex causa fideicommissi non peteret, † voluit pulchrè glo. quod licet pactum de futura successione viuentis non subsistat. l. fi. j. eo. pactum tamen de remissione fideicommissi validum sit, vt hac lege: quia non tractatur de hæreditate viuentis, sed de successione mortui, vt hic per Bar. & alios.

Ita vt propterea possit quis licitè vendere bona quæ sibi deberentur ex causa fideicommissi post mortem alicuius, & de illisq; disponere citra incursum pœnæ de qua in l. quidam in §. fin. ff. de dona. & post Comment. & Fulg. hic scribunt Ias. Lanc. Deci. Aquen. & alij Moder. in vltimis

87 col. † ius verò substitutionis pupillaris nec vendi nec remitti potest, vt hic per Taur. col. 5. cum sequenti, & Ripam, col. pen. sed sunt omnia dicta Bar. & aliorum in d. §. duo fratres in 3. quæstio. principali. ideo vide Alex. in. col. antepen. Ias. & cæteros in d. 7. quæstione Bar. cum his quę ego scripsi in l. fin. j. eo. vbi respondi quibusdam motiuis Moder. Taur. in oppo. factis, qui in 5. col. dicunt contra hanc glo. quod non obstante huiuscemodi pacto remissiuo fideicommissi, remittens ac paciscens ab intestato succedere potest in alijs bonis, item & in bonis fideicōmisso subiectis, modo sub alio clypeo & prætextu quam sub ratione remissi fideicōmissi gradiatur, vt hic per eos, sed inique glo. perstringunt, quæ hoc non negat, si contingat bona illa vel hæreditatem ab intestato postea deferri, immo id innuit in illis verbis ex causa fideicommissi, ergo ex alia non negat aliud esse.

In ea. glo. ibi contra voluntatem defuncti, & sic contra. l. declarate, vt hic not. per Bart. & Rimi. in 5. col. Alex. in §. ciui col. 1. vbi etiam alij. & Aretin. in consi. 57. col. 5. dum limitat. d. §. disponat.

In ea. glos. ibi nonne est hic transactio. vtrum conuentio de qua in lege nostra, sit pactum vel transactio, disputabilis

88 sputabilis est articulus, † glo. hic tenet ꝙ non fuerit pro-
priè tranlactio sed pactio vel pactum. Quæ opinio pro-
bari primo potest. quia lex intelligi debet vt cõgruat tit.
sub quo posita est. l. Imperatores. ff. de in diem ad dict. §.
in quibus in prima constitutione. C. & l. fin. in prin. cum
notatis per Bart. ff. de condi. inde. Soci. in c. 2. col. 1. de lib.
obla. Disponenda. n. suis locis sunt singula, vt inquit phi-
losophus, sed lex ista posita est sub titulo de pac. & prin-
cipio tituli, ideò intelligi datur ꝙ loquitur de pacto non
de transactione, aliàs posita fuisset in seq. tit prout lex de
fideicom. Secundo quia transactio est de lite incerta. l. 1.
ff. eo. hic nõ erat lis, nec verisimiliter dubitabatur, quum
de fideicommisso clarè constaret. Tertiò quia per sequẽ-
tia declarantur pręcedentia, iuribus vulga. & leges sequẽ-
tes communiter tractant de pacto in genere, non de tran
sactione. Quartò quia de transactione est lactus specialis
titulus, qui incontinenti subijcitur. Si Imperator de tran
sa. tractare voluisset legem hãc sub illo tit. posuisset. Quin-
tò per tex. quem ad hoc citat hie Bald. in d. §. duo fratres,
vbi tale pactum remissionis fideicom. dicitur quasi tran-
sactio, & sic impropriè, quũ dictio illa (quasi) sit impro-
prietatis nota l. Ossa. ff. de reli. & sumpt. fun. Sextò per ver-
ba legis nostræ ibi, pactum de sextante. sicq; loquitur pro
priè in pacto eo maximè ꝙ verba potius in specie, quam
in genere capienda sunt. l. hoc legatum, vbi Bart. not. de
leg. 3. & consequenter lex ista potius intelligenda est de
pacto in specie quam aliter. & hanc opinionem gl. secuti
sunt Bal. & Alex. hic & Rimini. ad finem. 6. col.

Contrariam sententiam ꝙ imò loquatur in transactio
ne, tenent hic Bart. & Lanc. Dec. Cur. & Ripa. col. pe. & fi.
glo. & Pau. de Cast. in l. 1. ff. de transactioni. & Bald. prout
ibi in 3. col. Ias. refert. dum vult quòd lex de fideicom. se-
quentis tituli propriè loquatur de transactione & tamen
de remissione fideicommissi prout lex nostra tractat: er
go vtrobique transactio. & probatur opinio ista primò à
coniunctione duarum legum, quod argumentum validũ
est in iure, d. lege Gallus. §. ille casus. coniungendo legem
hanc cum dicta lege de fideicom. vbi remissio ista fidei-
commissi transactio appellatur, & sub titulo de transa-
ctione ponitur, vt locus conueniat locato, ergo propriè
transactio dici potest. Secundò probatur per eundem
textum ibi conuentionem finitam, quod verbum gene-
rale est comprehendens etiam transactionem. l. 1. §. con-
uentionis. ff. eo. ergo loquitur de tranlac. quæ sub verbo
conuentionis propriè comprehenditur.

Et tenẽdo hanc partem, ad adducta in oppositum po-
test faciliter responderi. non obstat primum motiuum,
quia quum transactio sit species pacti, vt per glo. & doct.
in rub. & l. 1. j. titu. proximo, & dixi supra in eadem rub.
sicq; generalis sit hic titulus etiam ad transactionem, nõ
fuit sub eo malè posita hæc lex de transactione loquens,
tanquã species sub genere, & sic optimè facit ad titulum.
Ad secundum respondeo quòd sic erat res dubia propter
conditionis incertum, vt in principio legis dicitur, & suf-
ficit rem dubiam esse, aliter quàm per litem, prout sit
transactio. d. l. de fideicommisso, & l. de alimentis infra
titu. primo, Lanc. Deci. hic in penult. col. & prius Bal. in l.
1. ff. de transact.

Ad tertium respondeo, qnòd non concludit de neces-
sitate, prout debet. l. non hoc. infra. vnde cog. stant enim
simul quòd leges sequentes non loquantur propriè de
transactione, sed bene ista, & quòd hic fuerit apprimè po
sita tanquam species sub genere, vel aliter, quòd multæ
aliæ leges ex sequentibus potius de transac. quã de pacto
gratuito, & remissino loquantur, vt patet ex. l. postquam
lis. & l. si paciscenda j. eod.

Ad quartum patet solutio ex prædictis, quia trãsactio
est species pacti, ideo non inconuenit legem hanc fuisse
hic positam, quum tam huic titulo quam sequenti, de
transactio. conueniat.

Ad §. duo fratres quinto loco in oppositũ allegatum
& ponderatum in dictione, quasi, dic quod est veritatis
expressiua, prout in l. si id quod in §. fin. cum ibi not. per
Alex. ff. de acquir. possess. & quòd veritatem exprimat ex
prædicta lege de fideicommisso appar. 1.

Ad sextum & vltimum respondeo, retorquendo argu-
mentum in contrarium, ꝙ hic non fuit pactum in spe-
cie, quia non fuit gratuitum, prout est de natura pacti in
specie. l. 1. cum glo. 1. infra titulo proximo, & dixi in rub.
sed facta fuit conuentio ista dato sextante hæreditatis,
ita quod magis accedit naturæ transactionis, quæ, vt in
rub. dixi, est species pacti ideò verba intelliguntur in spe-
cie potius quàm in genere.

Aduertendum est tamen diligenter, quia vt arbitror
in l. nostra non fuit pactum nec tranlactio propriè & spe
cificè loquendo pactum minimè, quia non fuit gratuitũ
qđ est peculiarie & substantiale pacti in specie sumpti. l.
1. ff. de tranlactio. voluit hic Azo in summa, diximusque
in rub. nec etiam transactio, quia de illius natura & essen-
tia est, quòd fiat de lite incerta. d. l. 1. & non sufficit aliun-
dè quàm ex lite esse dubium, ad hoc vt propriè tranlactio
dicatur. d. l. 1. secundum communiter scribentes, vt hie
per Ias. in 5. not. sed hic nulla erat lis, ergo.

89 Possumus dicere, vt de exceptione anomala † dixit glo.
in l. exceptio. quòd istud sit quoddam pactum anomalũ,
habens mixturam pacti & transactionis, non enim acce-
dit naturæ pacti specifici, ex quo non est gratuitum, nec
sequitur naturam transactionis propriè, quum non fue-
rit de lite incerta, capit tamen à pacto, quia est consensus
duorum, vt pactũ, capit à transactione, quia dato sextan-
te hæreditatis intercessit iuxta naturam tranlactionis. l.
tranlactio nullo, j. tit. 1. Item propter conditionis incer-
tum super re dubia iuxta. d. l. 1. ff. de tranlactio. Et ideò
hæc lex fuit hic rectè posita sub titulo generali, de pact.
tractante, vt dixi de pactis, & conuen. in genere, & simili-
ter hic poni potuisset lex de fideicõmisso pręsupposito,
quòd in casu illius legis nulla esset lis, vertente autem lite
super dicto fideicommisso, melius ibi staret quàm hic, &
sic lis desuper non erat, non fuit etiam male ibi posita,
quia saltem impropriè est transactio, quum super re du-
bia propter conditionis incertum, & aliquo dato, remis-
sione videlicet fideicom. mutua, quo casu largè dicitur
transactio, vt per Ias. in d. l. 1. in 5. no. de transact. ita quòd
facit ad tit. & consideratis diuersis respectibus, vna eadẽq;
lex sub diuersis titu. rectè ponitur, vt per Felyn. in proœ.
rex pacificus. col. fin.

In ea glo. ibi, an posset, glo. hic, subtilis & notab. repu-
tatur, illam declara, vt hic per Sali. Pau. de Cast. & Alex. &
omnes Mode. Motiuo autem Lanc. Dec. hic contra glo.
responderi potest, vt hic per Aquent. vel aliter, vt per De-
cium & alios Moder.

In ea glo ibi, an cautio Mutiana, gl. in hac parte famo-
90 sa est, & communiter approbata, † quòd cautio Mutia-
na in contractibus locum non habeat, Deci. hic, & Mod.
Taur. in antepen. col. oppositum tenent, & fuerunt dicta
Salyc. hie in vlt. col. qui etiam respondet, sed plenius Soc.
in l. Mutiana. ff. de conditio. & demon. Ripa in l. ita stipu-
latus. ff. de verb. oblig. & omnes in l. siue apud acta. j. tit. 5.
in quibus locis ordinariè, & plenius hæc materia cautio-
nis Mutianæ tractatur, & aliquid per Roma. in sing. 584.
incip. dubitatur an cautio.

In fin. gloss. iura pro concordantibus allega. (vt Ias. in-
quit) parum conuenire videntur, tamen l. si locios indu-
ci potest, vt hic per Ias. ad fin. commen. l. in diem in fi. sie
venit, quia voluntas illius, ad quem ius aquæ transeuntis
per fundum suum recidere poterat, exigitur in cessione
aquæ, quemadmodum, hic per pactum remittitur ius
conditionalis fideicom. In l. si in persona. ponitur similis
casus institutionis, & substitutionis, prout hic in alijs
duobus concordantibus auxilium appellationis in futu-
rum competiturum pacto tolli potest, & sic facit ad ma-
teriam nostræ legis.

SVMMARIVM.

Dispositio facta tempore habili quando confert effectum in tempus inhabile non subsistit, quia censetur facta tempore inhabili, secus quando est facta tempore inhabili & collata in tempus habile. 3. cum seq. & ibidem quomodo intelligatur lex. in tempus. ff. de hered. instituendis.

Quinquaginta decisi. Insti. singul. quæ sint ostenduntur. nu. 5. cum sequenti.

Principem in dubijs quæstionibus esse consulendum, & illud vulgatum, quòd censeatur omnia iura in scrinio pectoris habere quomodo intel. nu. 1 8 cum seq.

Papa eo ipso quòd est Papa, dicitur iuris vtriusque doctor numero 20.

Iudices an & quando principem possint in causis consulere, nu. 21. cum seq.

Princeps secularis, & Papa an possint ardua explicare, & facere sine consilio sine consensu procerum, & Cardinalium. nu. 23

Plures verificantur regulariter in duobus. nu 24.

Spem an habeat consanguineus in successione consanguinei, & qualis spes dicatur. nu. 25. & 28. cum seq.

Pactum seu conuentio super hæreditate viuentis obuentura certo modo diuidenda non valet, & Cur numero 27. cum sequenti.

Actus humani concurrentibus voluntate & potentia perficiuntur nu. 30.

Hominem mori posse considerare inciuile non est. nu. 32.

Substitutio pupillaris censetur dispositio pupilli. nu. 33.

Pactum de quo supra an firmetur iuramento. nu. 34.

Pendens quod potest se habere ad prohibitum, & ad permissum, stat vt ad prohibitum. nu. 36.

Beneficium clerici vagabundi, an alteri conferri possit. numero 39.

Conuentio de bonis fideicom. subiectis, an & quomodo valeat nu. 40.

Regula principalis huiusce legis quòd pactum de hæreditate viuentis certo modo diuidenda non valeat, cum ampliationibus, & limitationibus ponitur, & exequitur, nu. 18. 34. & 41. cum seq.

Confiscatio hæreditatis fit quando conuentio de hæreditate viuentis fuit super vna re tantum. 43. & 103.

Filius viuente patre an possit liberare debitores paternos nume. 44. cum seq & num. 106 vbi an pœnam aliquam incurrat.

Pactum de quo supra valet ad damnum paciscentium. numero 48.

Emphyteuta nulliter alienans an cadat, à iure suo. nu 51.

Pactum de hæreditate hominis incerti, an & quando valeat. nu. 52. cum seq.

Text. §. de illo. l. 3. ff. pro socio declaratur, numero 52. cum sequenti.

Incertitudo personæ aliquando viciat, quandoque sustinet actum, nu. 53. cum seq.

Procuratorem debere esse certum quomodo intelligatur, numero 54.

Expectatiua ad præbendam certi hominis non vacantem, an dari possit, etiam per summum Pontificem, num. 56. & 128 consequen. Et data ad vacaturam, an comprehendat vacantem, nume. 131. & quid de officijs secularibus numero 66.

Genus quandoque habetur loco speciei. nu. 69.

Vasalli inuiti an & quando à Principe alienari possint, nu. 86 cum seq.

Pactum de quo in hac lege valet consentiente eo de cuius hæreditate agitur, late, nu. 64. cum sequenti, & num. 83. & vsque quo possit dictus consensus reuocari, nu. 87. cum seq. & nu. 135. & an alter paciscentium altero inuito possit à pacto recedere, & quid si partem hæreditatis duntaxat concernat, nu. 91.

Consensus alicuius in aliquo actu requisitus superueniens, an & quando actum conualidet. nu. 66.

Consensus eius de cuius hæreditate agitur, de quo in hac. l. an requirat præsentiam quinque testium, & quomodo sortiatur naturam vltimæ voluntatis, numero. 68. cum sequenti.

Beneficium clerici viuentis impetrans, an semper puniatur, numero 71

Feudi viuentis vel mortui concessio facta à domino feudi, non subsistit vasallo postea mortuo, nu. 72.

Lex in præsumptione fundata non attenditur in foro conscientiæ, vbi certum est illam esse veram. nu 71.

Minor xxv. paciscens de hæreditate viuentis an incurrat pœnam priuationis hæreditatis, nu. 74

Consilia doctorum quomodo reddenda. nu. 75.

Princeps aduersus dispositionem ciuilem an possit statuere & rescribere. nu. 79. cum seq. & an rescriptum, & lex à pari potentia procedant, ibidem

Ingenium primarium & secundarium quod dicatur, numero 79. & 81.

Abbatis accedente consensu, monachi non possunt eligere futurum Abbatem, nec Cardinales de consensu Papæ futurum Pontificem. nu. 83. cum seq.

Papa non potest eligere sibi futurum successorem. nu. 83.

Conditio nihil ponit in esse, & quæ sunt in conditione non sunt in dispositione. nu. 69. & 70.

Filia si renunciauerit hæreditati paternæ & maternæ in manibus patris & fratris cum iuramento, & quomodo possit inde prædictis personis succedere veniendo etiam ex successione fratrum, nu. 92. 96 & 210. cum.

Testandi facultas nec tolli nec restringi potest. nu. 94.

Statutum quòd præmoriente vxore sine liberis vir lucretur dimidiam partem dotis, alteram dimidiam habeant proximiores agnati ipsius mulieris, intelligitur vxore decedente ab intestato, non si virum hæredem instituerit. Et quid si vir promiserit cum iuramento dotis restitutionem ad formam statuti, vtrum institutus ab vxore possit totam retinere. nu. 99 cum seq.

Futura quando comprehendantur in dispositione simpliciter facta numero. 105. cum sequenti. 229. cum sequenti, & 2 5.

Pactum à facto distinguitur. nu. 108.

Lex ista si. an locum habeat in filijs & parentibus, & quid de pœna priuationis hæreditatis contra taliter paciscentes imposita. nu. 109. cum seq.

Patris amor à nullo vincitur nu. 111. cum seq.

Pœna priuationis quando locum sibi vendicet. numero. 114. cum seq.

Indignitatis materia, & quando hæreditas ob id fisco in pœnam applicetur. nu. 11 . cum seq.

Factum nulliter quando puniatur. nu. 122.

Substitutus decedente grauatum, an & quomodo prohibeatur ab illius hæreditate nu. 125.

Præbenda non vacantis cōcessio supra in verbo expectatiua.

Rhodi magister an dicit expectatiuam ad præceptoriam vacaturam. nu. 130.

Feudum vasalli viuentis an per dominum alteri concedi possit, saltem sub conditione si domino appropriatur. numero 132.

Facere actum nequiens an facienti possit consentire. nume. 136. & 140.

Statuto exigente consensum duorum proximorum in contractibus minorum & mulierum, duo minores propinqui, vel duæ mulieres consentire nequeunt. numero. 13 . cum sequenti.

Potest

Potest quandoque quis per se, quod non potest per alium & è contrario num. 141.

Pupillaris substit. ius viuente pupillo an vendi possit, & quid de vulgari. nu 143.

Tex. l. fin. infra de reuoca. dona. declaratur. nu. 144. vsque ad numerum. 156.

Ingratitudo an remitti possit, & quomodo remissa censeatur, tam donatario, quam filio ingrato numero. 144. cum sequenti.

Filius ingratus post purgatam ingratitudinem an exhæredari possit. nu. 147. cum seq.

Dolum dicitur committere non obseruans obseruanda. numero. 154.

Pactum ne vasallus feudo priuetur ob felloniam committendam, & de non expellendo emphyt. ob canonem non solutum an valeat nu. 157.

Pacto an possit reseruare sibi quis ius succedendi, quando venit priuandus propter aliquem iuris rigorem. numero 158.

Feudum an filiæ dari & concedi possit in præiudicium agnatorum consentiente domino directo. nu. 159. cum sequenti.

Item an vni filiorum à patre possit relinqui. nu. 161. & 162. vbi & quid de emphyteosi.

Filia dotata exclusa per statutũ à successione, potest in vita dotari ad effectum exclusionis. nu. 164.

Succedere ab intesta. prohibitus, potest venire ex testamento. nume 164.

Renunciationes strictè sunt intelligendæ. numero. 165. cum sequenti

Litis terminus & diœcesis quomodo capiantur. numero. 168. cum sequen.

Statu. excludens fœmi. propter agnatos, an dicatur factum fauore agnatorum seu masculorum, & an sit eis aliquod ius quæsitum. nu. 170. cum seq.

Dispositio testamentaria est fauorabilior dispositione inter viuos. nu. 171.

Tex. l. hæreditas de pac. conuen. infrà declaratur. num. 172. cum sequen.

Pacto potest dari hæreditas filio, reuocabiliter tamen. numero. 173.

Pactum conseruandæ successionis, an & quando valeat. nu. 175 cum seq.

Sta. excludens quem ab hæreditate, tam ex testamento, quàm ab intestato an valeat, & an taliter exclusus possit capere ex donatio. inter viuos, & si simpliciter excludat an comprehendat causam testati. nu. 175. 181 cum seq.

Argu. de pac. ad stat. & econtrario quomodo procedat. num. 176. cum seq. & 193.

Statutum prohibens bona in forenses alienari, valet. numero. 179.

Statutum excludens filiam nuptam extra territorium ex testamento & ab intestata non porrigit effectum ad bona sita extra territorium, & quid de nominibus debitorum. nu. 183 cum seq.

Statuto cauente quòd ingrediens monasterium non succedat, an possit fieri pactum conseruatiuum successionis, & an tale statutum subsistat. nu 185. cum seq.

Ingrediens monasterium dicitur laicus, vt viuens moritur. numero. 187.

Text. § sed & hac præsenti de san. epis declaratur & ornatur nu. 194.

Contrariorum quando non sit eadem disciplina. nu. 196.

Text. §. si parens. l. prima. ff. si quis à paren. declaratur. numero. 197.

Tex. cap quamuis de pact. in 6 multipliciter limita. nu. 202. cum sequen.

Filia quæ renunciauit bonis pa. ma. & frat. cum iuramento, an contrauenire possit ratione enormis vel enormissimæ læsionis nu. 253. cum seq.

Monacho an deferatur hæreditas, vel monasterio ex persona monachi, & an renunciatio monachi noceat monasterio, nu. 205. cum seq.

Pactum factum cum secunda vxore quòd filij ex ea suscipiendi non succedant in feudis, valet & potest remitti, & quid de pacto quòd primogenitus succedat. numero. 211. & 214.

Pacta de succedendo sunt facienda cum peritorum consilio. nu. 212. cum seq.

Donatio omnium bonorum præsentium, vel simpliciter facta post mortem dona. valet, & cuius sit naturæ. nume 215. cum sequen. Dona. causa mortis de omnibus bonis præsentibus & futuris valet. num. 217. Dona. omnium bonorum est valida, quia de præsentibus intelligitur. nu. 218. Dona facta in pœnam mutationis vel reuocationis testamenti est nulla, etiam de re particulari. nu. 221. cum seq. Dona. facta à testatore non tollitur per confessionem testamenti, vbi contra ium dispônitur. nume. 221 & 225. Dona. omnium bonorum facta ab existente in extremis an valeat. num. 216 cum sequen. Dona. omnium bono. præsentium & futurorum inter viuos, an & quando valeat latè. numero, 237. cum sequenti pluribus, & ibidem maximè in nume. 251. & 252. cum sequen. de venditione omnium bono. præsentium & futurorum, & de datione in dotem, & qualiter tunc possit fieri executio contra vxorem vel eius bona.

Donator omnium bonorum præsentium & futurorum an ex causa dotis possit rem diminuere iuxta authenti. res quæ nu. 272. cum seq. vbi pulchra quædam de materia illius authen. Donatio vicissitudinaria seu reciproca an & quando subsistat. nu. 274. cum seq.

Donatio hæreditatis, vel partis hæreditatis, an valeat. numero. 278.

Donatione causa mortis hæreditas dari potest. nu. 278.

Dona. causa mortis an accedat naturæ contractus, vel vltimæ voluntatis. nu. 279.

Acquirere in futurum quilibet præsumitur. l. defunctis infra arb. tut. quæ ornatur. nu. 219.

Hæres tenetur stare donationi testatoris. num. 221. vsque ad numero. 225.

Sanguinis & coniunctionis ratione receditur à regulis communis iuris. nu. 231.

Tex. in l. si ita ff. de aur. & argen. leg. & text. in l. si cognatis de rebus dubijs ornantur, & declarantur. num. 230 cum sequenti.

Substitutio de filijs vel liberis an comprehendat nascituros, & qui in rerum natura non erant tempore testamenti. numero 235.

Augmentum monetæ in legatis debetur à tempore testamenti. numero 236.

Interpretatio an semper facienda, vt actus valeat. numero 247.

Actus attribuitur concedenti, & ordinanti, non exequenti, & attenditur causa proxima. nu. 249. cum seq.

Pendere actum à futuro euentu non est incoaueniens. numera. 251.

Tex. l. obligatione generali, an procedat in obligatione omnium bonorum suorum. nu 253.

Actiones virum computentur inter mobilia vel immobilia. num. 256.

Nomina debitorum constituunt tertiam speciem à mobil. & immobilibus. nu. 257.

Momentanea an habeantur in consideratione. nu. 259.

Prius & posterius non datur in pluribus factis positis in eodem instrumento. nu 266.

Pactum inter duo fratres quod superuiuens succedat præmorienti sine liberis, est nullum. si tamẽ ex nunc prout ex tunc eo casu adueniente vno alteri superuiuenti donauerit bona communia cum fratre subsistit dona nu.269.

Actum nugatoriũ quandoq; scienter partes faciunt. nu.275.

Hæreditas potest dari donatio causa mortis. nu.2 8.

Fideicom. viuente grauato an dicatur spem probabilem habere in hæred. per fideicom. restituenda. nu.2 2.

Feudum an in eo agnatus proximus spem probabilem habere dicatur. nu 283.

Legatum rei sibi ab alio adhuc viuente relictæ, an euanescat si reuocetur ab illo alio legatum, vel præmoritur primus legatarius qui alteri rem legauit. nu. 8.

Filius respectu legitimæ an spem probabilem habeat in bonis patris eo viuente, ita vt eam petere possit. num.: 85 cum seq.

Argum. de legitima ad alimenta non est validum nu. 292.

L. fina. C. de pact.

SIngularis est & vtilissima, quæ & si vltima venerit ad nuptias, tam in titulo quàm in tempore studij anni præsentis, ampla tamen condonabitur dote. super bonis, & hereditate viuentis multipliciter pacisci potest. hæc lex tractat de pacto hæred. tertij viuentis deuoluendæ, certo modo diuidendæ, de quo plenè videbimus in vltima quæstione Bart.

Summarium Bar. prout alia eiusdem, communiter est defectiuum cum non complectatur vltimam partem l. quamuis Bal. Saly. Alex. & Ias. sequantur Bart. † sic igitur summare potes, Pactum de hære. viuentis adeuntura certo modo, conditioneq; diuidenda, tanquam contra bonos mores factum non valet, nisi consentiat ille, de cuius hære. agitur, & in consensu præstito vsq; ad mortem perseuerauerit. Donatioque, & hypotheca & quiuis alius contractus super hæred. viuentis initus, propter eandem iniquitatem reprobantur.

2 Diuiditur diuersimode vt hic per Barto. Bald. Paul. & alios, tu potes diuidere † in duas partes principales, in prima ponitur thema, in secunda ibi, sed nobis. decisio. Et prima subdiuiditur in duas particulas, secunda in tres: vt ex diuisione Bar. colligitur.

3 Rationes dubitandi, & decidendi † ponuntur in tex. & latius explicando dici potest dubitationem fuisse. Nam quemadmodum dispositio facta tempore habili nõ subsistit quando effectum confert in tempus inhabile, quia censetur facta tempore inhabili. l. stichus seruus. ff. de manu. testamen. l. quod sponte infra de dona. ante nupt. tradunt Paul. de Castr. in consi. 17. col. 7. in antiquis, Abb. in rubr. de testamen. col. 1. Bar. infra ad finem primæ quæst. Ias. col. antepen. Et Socin. in l. 2. col. 4. ff. de his quæ pœn. nom. ita si facta sit ipsa dispositio tempore inhabili, sed collata in tempus habile valet, & tenet: quia censetur facta tempore habili. l. in tempus. ff. de hæredib. instituen. sed in terminis. l. nostræ paciscentes de hæred. tertij viuentis, conferebant dispositionem post mortem illius: & casu quo ad ipsos paciscentes deuolueretur hæreditas, quo tempore, s. mortis proximi subsecutæ, & hæreditatis ad eos deuolutę dispositio valida fuisset, vt de alijs bonis proprijs. l. 1. supra eodem cum notatis ibi per Barto. in 2. col. propterea videbatur dicend. huiusmodi conuentionem valuisse maximè propter spem quam cognatus in bonis, & hæredi. proximi cognati habere videtur, argu. l. spem, infra de donatio.

Contrarium tamen deciditur, eo, quia tales conuentiones odiosæ sunt: quum de bonis alienis contra Domini voluntatem conueniant, & plenæ tristissimi, & periculosi euentus, i. si videlicet de cuius hæredi. paciscuntur: quia præbent materiam parandi insidias vitæ illius, vt institu. de pupil. substitu. in princ. ideoque tanquàm contra bonos mores factæ reprobantur, ac repelluntur, vt in tex. dicitur.

4 Non obstat regula d. l. in tempus, † quia non procedit, vbi lex resistit initio. l. si minor. ff. de ser. exportan. Ias. & Dec. in 4. & 5. notabil. Soc. in prin. l. Gallus, in 2. notab. ff. de liber. & posthum. Fely. in c. cum dilectus, de accusatio. Ioan. Crotus in repetitio. l. si constante, col. 10. ff. sol. matr. & Cur. Iun. in consil. 84. vbi de institutione incapacis collata in tempus quo capere posset latè tractat, & ad id quod de spe dicebatur, respon. quòd vana nuncupatur: vt post Bar. infra ad finem commenti dicemus.

5 Deinde sciendum est † secundum Lanc. Deci. hic in secunda col. & quosdam alios, hanc legem finalem vnam esse de quinquaginta decisionibus Iustiniani, de quibus est mentio facta in §. 1. supra de emendatio. C. in quibus varias quæstiones inter antiquos existentes diremit, & pulcherrimæ singularesq; decisiones fuere, actusque practicæ ad vnam redolentes. Et præfectis Prætorijs directę, & in calce ac fine titulorum per compilatores positæ, tanquàm pulchriores, & materiam concludentes, quas etsi nemo hactenus ostenderit, recolligere, & digito demonstrare, operæ pretium esse putaui. Labi in aliquo possem, sed si id erit (ni fallor) paruus, ac modicus erit error. hæ autem infrà descriptæ fuerunt.

Lex quoniam, de hæret.	prima.
L. ista fina. de pactis.	2.
L. fina. de nego. gestis.	3.
L. fina. vbi. & apud quem.	4.
L. fina. de inofficio. testam.	5.
L. fina. de petitio. hæred.	6.
L. ambiguitatem, cum quinque seq. de vsu & hab.	12.
L. fina. de ser. & aqua.	13.
L. fina. de condictio. indeb.	14.
L. fina. per quas person.	15.
L. fina. de compen.	16.
L. fina. manda.	17.
L. fina. de contrahen. emptio.	18.
L. si furiosi, cum l. fin. de nup.	20.
L. fina. de dot. promiss.	21.
L. fina. de iure dot.	22
L. fina. de naturalibus liber.	23.
L. fina. de administra. tut.	24.
L. fina. arb. tut.	25.
L. fina. de auct. præstan.	26.
L. fina. de curato. furio.	27.
L. fina. si maior factus.	28.
L. fina. de furt.	29.
L. fina. de bon. quæ lib.	30.
L. fina. de hæred. instit.	31.
L. fina. de instit. & substit.	32.
L. fina. de impub.	33.
L. fina. de liber. præteri.	34.
L. fina. de edicto diui.	35.
L. fina. de his qui vt indig.	36.
L. fina. de verb. signi.	37.
L. fina. de fideicom.	38.
L. fina. de communia deleg.	39.
L. fina. de condi. insert.	40.
L. fina. de bon. quæ liber.	41.
L. fina. de acquirenda possess.	42.
L. fina. de præscrip. long. temp.	43.
L. fina. de anna. exceptio.	44.
L. vnica, de senten. quæ pro eo.	45.
L. fina. de bo. auctori. ind. poss.	46.
L. fina vnde vi.	47.
L. assiduis, qui potio. in pigno.	48.
L. fina. de iur. domi. impetran.	49.
L. penult. de adoptio.	50.

6 Nunc

6 Nunc moueo not. dubitationem † q; hęc non sit noua
constitutio, & decisio Iustinia. cum istud esset iam deci-
sum in §. fi. l. quidam. ff. de dona. & l. a. ff. de his quibus vt
indig. vbi dr̃ q; donans, & sic disponens de hæredi. proxi-
mæ cognatæ contra bonos mores, & ius gẽtium festinat.
Ideò illi aufertur hæreditas tanquam ab indigno: Pan. de
Cast. & Alex. difficultatem fortè sentientes dicunt prędi-
cta iura loqui, in agnato donante partẽ successionis pro-
ximæ cognatæ viuentis, hanc verò loqui, quando plures
sperantes successionem, talem pactionem inibant, quam
solutionem nonnulli improbant, quia non assignatur rõ
aliqua diuersitatis, imò maior ratio, versic. improbandi
inter plures agnatos, sic paciscentes perperamq; agentes,
quam in vno. propterea dicunt nodum hũc melius posse
solui ex fi. l. nostræ, ibi, quod & anterioribus legibus non
erat incognitum, licet à nobis sit clarius introductum.

Sed non esset tunc noua decisio, & constitutio Iustinia
ni, vt oẽs volunt, & prędicta verba si præcedentia ponde-
rentur aliud sonant, ac referunt, sensus eorum est, q; valẽt
seruandæq; sunt hę pactiones si fiant consentiente eo de
cuius hæreditate agitur, quod & anterioribus legibus nõ
erat incognitum, licet à nobis clarius introductum, re-
feruntur ergo ad prædictam limitationem, non ad prin-
cipalem decisionem, nec ad casum d. §. fin. l. quidem. qui
ibi erat clarissimè decisus, ita quòd non potuisset clarius
hic decidi vel introduci. Dico ergo casus prædictos esse
valde diuersos, quia principium istius l. loquitur, quando
simul paciscentes sperabant & expectabant successionẽ,
& de diuidenda hęredita. inter se non purè sed certo mo-
do, ac sub quibusdam conditionibus paciscebãtur. Qua-
propter prima facie videbatur, vt prædiximus valere con-
uentionem, sed in d. §. fin. donatio de hæredita. viuentis
pura simplexque erat, sicque apertius inhonesta iniqua
& inualida.

7 Ex quibus etiam apparet solu. † ad difficultatẽ hic mo
tam per Lancel. Dec. & plerosq; alios, quid potuerit mo-
uere antiquos magis ad dubitãdum in primo casu istius.
l. quam in secundo, quum rationes in primo casu hinc
inde allegatę similiter secundum eos militare videantur,
vbi tm̃ vnus successionem sperabat, qui tãtum casus ante
hanc. l. in dubium non refricabatur. vt. n. dixi, in primo
casu, dubium pręcipuè faciebant verba pacti sub duabus
conditionibus cõcepti, si moreretur ille, de cuius hęredi-
tate paciscebantur, & eius hęreditas fuerit ad paciscentes
deuoluta, ideò videbatur conuentionẽ subsistere ex quo
purè de hæredi. viuentis tertij, non paciscebatur, sed sub
conditionibus prædictis, & in tempus habile conferebã-
tur dispositio, sed in secundo casu, & in d. §. fi. de bon. ac
successione viuentis simpliciter & sine conditione facta
fuit donatio. quod tanquàm iniquum reprobatum erat:
quia contra bonos mores, & ius gentium festinabát præ-
maturè disponendo de hæredit. viuentis, vt ibi & hic dr̃,
& in l. 2. §. interdum ff. de vul. ideo nimirum si magis du-
8 bitabilis fuit primus casus, quàm secundus. † Et conse-
quenter verum non est quod eædem rationes quæ mili-
tabant in primo casu, militarent pariter in secundo.

Considerabis quoq; an verum sit, q; casus in fin. istius.
9 l. positus † vt Lãci. & nonnulli alij dicũt, esset decisus in d.
§. fi. loquente de donãte partem bonorum cognatæ pro-
ximæ, at hic loquitur Iustinia. in paciscentibus sub cõdi-
tioni pdictis, quia Imperator eius decisionẽ extendit ad
10 casus in fi. l. positos. quæ extẽsio, † intelligi debet facta cũ
suis qualitatibus. l. lecta, versic. cum sortis, vbi omnes not.
ff. si cer. pet. propterea glo. in versi. iubemus, dicebat Impe
ratorem reuerti ad primum casum, & sic vbi sub pdictis
11 condi. sit contractus. † Et tota lex erit noua Iustin. deci-
sio, & magis de primo casu dubitatum: quia pactum &
conuentio huiuscemodi fiunt inter plures hæred. de qua
conueniunt expectantes, licet Imperator decisionem ex-
tendat ad vnum prąmaturè disponentem.

12 † Attamen responde, Iustinia. in fin. istius. l. ampliãdo
iam dicta generaliter loqui de donatione, hypotheca, &
quouis alio contractu super rebus & hæredi. tertij viuen-
tis celebrato, vt sint nullius momenti, & sic siue purè, siue
sub conditione id factum fuerit. intẽtio igitur. l. est pro-
hibere omnem donationem, hypothecam, & cõtractum
de rebus alienę hęreditatis tertij viuentis, propter odium
& periculosum euentum prædictarum dispositionum,
nam Imperator in versi. sed nobis ibi, quare. n. quodam vi
uente, & ignorante, de rebus eius quidã paciscentes con-
13 ueniunt. † Item in fi. ibi in alienis rebus contra Domini
voluntatẽ &c. Iustinianus non facit vim in prędictis con
di. sed solum in dispositione facta super hæredi. viuentis,
& consequenter fit ampliatio de casu magis dubitali, in
quo expressæ fuerunt conditiones prędictæ, ad casus pu-
rè & sine conditio. consideratos.

Si igitur casus præall. §. fin. & l. nostræ in princi. diuersi
sunt, & minor esset ratio dubitandi in d. §. fin. quàm in l.
14 nostra † nõ videtur verum q; casus istius. l. decidi potuis-
set per d. §. fi. Et hic factam fuisse regulam quæ super hoc
anteà posita non erat, & illa verba, secũdum itaq; veteres
regulas, sunt relatiua regulæ. l. pacta quę contra, supra eo.
vt indicant sequentia, non autem eorum quę deciduntur
in d. §. fi. l. quidam, & in d. l. 2. de his quib. vt in dig. secun-
15 dum inductionem prædictorum, corroboro: † quia si
quæstio principalis. l. nostræ potuisset decidi per. §. fi. prę-
alleg. isti Cæsarienses aduocati quos doctos fuisse illis tẽ-
poribus credendum est de hac q. principem non consu-
16 luissent, turpeq; illis fuisset † istud ius ignorare. l. 2. ver. ser
uius autem sulpi. ff. de origi. iuris.

Deinde pro declaratione dictorum verborum à Cęsa-
rien. aduocatione, primò quæro qui essent dicti aduoca-
ti, credebam aliàs fuisse aduocatos Imperialis cõsistorij,
17 de quo habetis tit. de comit. consistor. l. 12. † quemadmo
dum sunt hodie cõsistoriales aduocati Romæ, qui scien-
tia aut fauore describũtur in lib. & matricula aduocato-
rum consistorialium. Nunc credo fuisse aduocatos fisci
qui principis est, vt per Bal. in l. vnica in §. cũ autem. C. de
cad. tol. cum igit̃ illi essent aduocati fisci qui Cęsaris erat,
rectè dixit à Cæsarienli aduocatione. De quibus aduoca-
tis habemus hodie specialem titul. supra de aduoca. fisc.
quodquidẽ officium antiquitus apud magnos viros col-
locari solebat vt per Spartia. in historia Caracalli, vbi Pa
pin. Iurisc. splendidissimo Seuero in Impera. electo in ad-
uocatione fisci successisse testat̃. Habemus similiter pro-
cur. fisci, & Cæsaris, de quibus in l. procurator s. de eden.

Secundo q̃ro quid ad Cęsaris aduocatos de hac q̃stio.
& pactione inter priuatos facta. Respon. plurimum, vt
scirent an conuentio facta esset illicita, & hęreditas aufe-
renda tanquam ab indignis, & applicãda fisco vel ne, iux-
tà. §. fin. d. l. quidam.

18 No. ex isto tex. † in dubijs. quęstionibus consuli, posse
principem facit. c. fi. de dila. ibi prout tam ardua cã requi-
rit, & in auct. dedi. in §. fi. ipse. n. est qui declarandi pote-
statem habet, legemq; condendi supra de legi. l. fi. ipse est
qui omnia iura in scrinio pectoris habere censetur. l. om
nium j. de testa. c. de constit. in 6. interpretatiuè videlicet,
19 † quia potestatem habet interpretandi iura secundum
glo. c. pręterea 23. distin. sequitur Bald. in l. pręscriptione,
col. 6. supra si contra ius nam ex sua persona errat quan-
doque in iure. l. 3. §. fi. vbi glo. & Bar. ff. de supel. leg. põtq;
illum obliuio fallere ẽt in iure. d. c. pręterea, ideo dicebat
20 Bal. in c. 1. in fi. de confess. † q; licet Papa eo ipso quòd est
Papa, dicatur iuris vtriusque doctor, intelligitur auctori-
tate, non scientia. sequitur Fel. in c. nonnulli, in princ. 22.
col. ver. pręterea de rescript. vel melius dicen. censeri prin
cipem habere omnia iura in scrinio pectoris, intelligi p̃-
sumptiuè propter assistẽtiam ac pręsentiam senatorum,
consiliatorumq; suorum, qui periti pręsumuntur, & cen-
sentur pars corporis principis. l. quisquis j. ad l. Iul. maie.
ita declarat Pau. de Cast. & Rimin. in d. l. omnium, & Fe-
ly. in c. in nostra, col. 10. ver. quartum corollarium de re-
scrip.

ſcrip. dicens quòd vbi ſapientes ſecum nõ habet, vt cum venatum it, non dicitur habere iura in ſcrinio pectoris, nec ergo quando dormit, vel in lecto iacet ſolus.

21 Amplia. quod in not. collegimus, vt procedat non ſolũ in aduocatis ſecundum terminos. l. noſtræ, verumetiam in iudicibus, quando, ſ. reſolui per ſe nequeunt vt hic per Dec. col. 1. eo. ſo. & in c. 1. col. pe. de conſti. & in c. intimaſti, col. 2. de appel. probaturq; per illum pulchrum text. §. fi. in auc. de iud. dum dicit ſi quid autem iudices audientes dubiũ eſſe putauerint, damus eis licentiam de his nunciare, nobis, & conſulere nos, vt diſcant q̃ neceſſaria ſunt, & ita quod apert. eſt, explicent & faciant iuſta ſimul & ra-

22 tionabilia iudicia: ſed intellige in quæſtione iuris † Facta. n. prudentiſſimos fallunt, ideo de quæſtione facti nõ eſt conſulendus Princeps, neq; reſpondet. l. eum quem temerè. §. 1. ff. de iud. l. 1. s. de eden. vbi poſt Bal. & alios quę ſit quæſtio iuris, & quæ facti diximus, Subiungit tamen hic Iaſ. q᷑ Princeps ſine conſilio ſuorum procerum non debet ponderoſa facere, nec Papa: ardua ſine conſenſu

23 Cardinalium explicare. † ideo non debet poſſe ſine eorũ conſenſu Cardinalem creare. Attamen prædicta conclu. non eſt vera quum princeps ſine cõſilio, & conſenſu ſuorum procerum, & Papa abſq; conſenſu Cardinalium leges condere, ardua explicare, & ipſe Pontifex Cardinales creare poſſit, quum ſint ſupra ius, Vicarij Dei in terris, & poſſint mutare quadrata rotũdis, nec ſit qui poſſit eis dicere, cur ita facitis? vt plenè per Barb. in conſi. 1. lib. 1. Felyn. in rub. de conſtitu. & Io. Crot. in rub. etiam de conſti. in 6. de honeſtate tamen, & ſecundum exempla laudatorum principum cum conſilio ſuorũ procerum & conſiliariorum ardua explicare debent, quemadmodũ Alex. ſeuerus & alij boni principes fecere, vt Spar. & alij hiſtor. ſcribunt, cum conſilio. n. ſapientium omnia rectè geruntur. l. non dubium. infra de repud. l. ſi auiam. j. de ingen. man. vt per Deci. hic col. 1. & in l. iuris ignorantia ad fin. infra qui admitti.

24 Secundo no. ibi duabus, vel pluribus perſonis: † q᷑ dictio plures, tres ad minus exigat, quia ſi in duobus verificaretur, ſuperfluè tex. ſubiunxiſſet vel pluribus.

Sed ad oppo. videtur gl. in auc. de trien. & ſemiſ. in ver. & quod filiorũ, quæ vult plures in duobus verificari, plurimos in tribus ad minus, & approbatur communiter, vt per Alex. in l. ſæpe, col. 1. ff. de re iud. Iaſ. in l. & ſi poſt tres col. 3. ff. ſi quis can. Breuiter reſpon. quòd vbi dictio plures ſimpliciter & abſolutè profert, verificatur in duobus per regulam l. vbi numerus. ff. de teſtib. & c. pluralis. de regul. iur. in 6. ita procedat gl. præalleg. ſecus autem vbi conſtaret de mente legiſlatoris quòd de pluribus, puta intellexerit, vt in l. noſtra nã cum de duabus perſonis dixiſſet, ſubiũxit ſtatim vel pluribus, quod ſuperflueret niſi de tribus ſaltem intelligeretur: nimirũ ergo ſi plures perſonas exigit quam duas, & ex ſui generalitate vis vocabuli hoc poteſt comprehendere.

25 Tertiò no. ibi ſpes alienæ hære. † conſanguineum in ſucceſſione ſui conſanguinei habere ſpem, quod intelligitur de vana & impropria: quum non poſſit in contractũ deduci, nec per pactum, nec per dona. neq; per viam hypothe. neq; per modum cuiuſuis alterius contractus, vt hac l. ꝓbatur, & cauetur, quòd tamen fieri poteſt in ſpe vera, propria. l. ſpem. infra de dona l. ſi iactum retis. ff. de acti. empt. Rimi. hic in 1. no. & latius. j. declarabo circa fi. cõmenti poſt Barto.

26 Quartò no. † ex tex. ibi fortè ad eos deuoluendæ. l. iſtã locũ habere, & in extraneis: quia ſpem ſuccedendi in hæred. extranei nullam habẽt. §. extranei inſti. de hære. quali. & differ. natura enim aduerbij fortè, eſt vt alium caſum in quo eadem ſit ratio non excludat gl. no. per illum tex. in clem. 1. de appel. vt hic per Rimi. Dec. Aquen. & alios,

27 † probaturq; per regulam generalem prohibentem pactionem, & conuentionem de hære. viuentis. l. 2. §. interdum ff. de vulga. & pupil. l. 3. §. de illo. ff. pro Soc. & §. fina. d. l. quidam, que ratio militat, etiam in extraneis. Quãuis igitur non verificentur verba. l. noſtræ loquẽtis de hæred. agna. ac de ſpe, & voto captandę mortis, & de inſidijs parandis vitę illius. quum in hære. extranei quę ab inteſtato ad paciſcentes non ſpectat, neq; deuoluitur prædicta nõ ſint conſiderabilia, tamen militant alię rõnes ſcilicet, q᷑ odioſa ſit pactio contra voluntatem Domini de rebus illius paciſci aut diſponere, & contra bonos mores ſub cõmemoratione, & expectatione mortis proximi actum facere. ideo nimirum, ſi idem eſt in conuentione facta de hęred. extranei, ea propter Imperator rectè vſus eſt aduerbio forte, innuens idem eſſe in extraneis. præterea Imperator hic loquitur de cognatis ratione maioris frequentiæ, ideo non excluditur caſus minus frequens de extraneis p regulam. l. vnicę. cum glo. in ver. ſponſam j. de rap. virg. de qua plenè Barb. in conſi. 6. lib. 1. & Alex. in conſi. 44. libr. 4. quòd vbi lex ad vnum ſe refert gratia maioris frequentiæ, non excluditur caſus minus frequens.

28 Quintò not. id quod principaliter hic deciditur † non valere conuentionem de hære. viuentis aduentura certo modo diuidẽda, facit tex. pręalle. l. quidã in fi. cum. l. ſeq. & l. 2. ff. de his qui vt indig. & in l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum. ff. de acqui. hære. & in hoc no. conſiſtit ſubſtantia iſtius. l. ſecundum. Iaſ. quod poteſt procedere quantũ ad caſum. l. aliàs ſecus, vt ex infrà dicendis apparebit. nõ autem prædicti not. eſt quia huiuſcemodi pacta ſunt cõtra

29 bonos mores: † quum inducant votum captandæ mortis, ideo à iure ſunt improbata vt hic per Pau. de Caſt. Alexan. Arc. Iaſ. Dec. Aquenſ. & Alex. in conſi. 28. col. fi. lib. 3. facit. c. ne capiendę. de conce. præben. in 6. vbi habens expectatiuam ad beneficium vacaturum, non poteſt acceptare certum, & terminatum, quum vacabit antequam vacet, ne detur occaſio captandę mortis proximi, vt hic per. Deci. col. 1. & latius dicam infra.

Sed obſt. l. de fideicomiſ. j. de traſac. vbi dicitur ſubſti. fideicomiſ. inducere votum captandæ mortis, & tamẽ va. l. re, & remiſsionem pariter ſubſiſtere, quia remoto illo improbabili voto concordia fratrum retinetur. Lancel. Deci. hic poſt Ang. in d. l. de fideicom. dicebat fortiorem eſſe diſpoſitionem teſtatoris quàm contrahentium: quæ ſolu. non eſt bona, quia data paritate terminorum valet arg. de contractibus ad vltimas voluntates. l. ſeruum filij, §. eum quoque. ff. de leg. 1. imò fortior eſt diſpoſitio contrahentium q̃ teſtatoris vtpote duorum conſenſu vallata iuxta, glo. l. 1. s. eo. propterea irreuocabilis eſt. l. ſicut j. de acti. & ob. Aliam ſol. dat. Iaſ. in d. l. de fideicõ. ad fi. ſequitur effectualiter hic Deci. in 3. not. quia iſtud procedit ex voluntate teſtatoris de cuius bonis agitur: cum per fideicom. illi ſuccedatur. l. cohęredi. §. cum filię, vbi oẽs not. ff. de vulg. quo caſu toleratur diſpoſitio q̃uis inductiua voti captandę mortis, lex verò noſtra dum cõſiderat votum captandę mortis, loquitur vbi de bonis tertij diſponebatur. comprobat Cur. hic ex eo, quia tex. ſubiungit valere huiuſmodi conuentionem conſentiente illo, de cuius bonis tractatur, & in eadem voluntate vſq; ad mortẽ perſeuerante, ex quo patet quod conſenſus illius de cuius bonis agitur totum facit. Sed licet per fideicom. ſuccedatur teſtatori, & agatur de bonis illi᷒ cui facta eſt ſubſtitutio, & conſequenter poſſit teſtator rebus ſuis legem quã vult imponere, iuxta text. l. traditionibus. s. de pac. & l. legem

30 ſupra eo. † & omnis actus humanus concurrente voluntate, & potentia perficiatur. l. multum intereſt. ff. ſi quis alt. vel ſib. & c. cum ſuper abbatia. de offic. deleg. tamen negari nõ poteſt quin in fideicommiſſaria inducatur votum captandę mortis grauati, & tñ id non conſideratur: ergo diſpoſitio non improbatur ex eo, quod per eam inducatur uotum captandę mortis proximi. Prǽtereà per pupil. ſubſtit. ſuccedit pupillo. inſti. de pup. ſubſti. in prin. not. Iaſ. in d. §. cum filię, in 7. no. agiturque in pupil. ſubſti. de hęredit. & bonis pupilli, & tamen ualet pupil. quãuis p eam inducatur uotum captandę mortis. §. ſin autẽ inſti.

insti.de pup.nisi dicas quòd sicut in fideicommissaria votum captandę mortis non est in consideratione ad impediendamq; dispositionem: quia procedit ex voluntate testatoris, quem verisimile est taliter non disposuisse, nisi de probitate, & legalitate personarũ habuisset notitiam, & de illis confisus fuisset, ita in pupilla.substit. quia non est verisimile patrem illam fecisse nisi in substitutis confisus, quum pater magis filium quàm seipsum diligere censeatur.l.isti quidem in fin.ff.q͞ met.causa. vel aliter quòd pupi.ipse hoc fecisse censetur.§.1.insti.de pupil.ideo propter eius cõsensum saltem præsumptum admittitur substit. vt hic in limit.dicitur.

Sed quum plerumq; nascituri incognitiq; tam pupillariter, quàm per fideic.substituantur, apparet cõsiderationem,& sol.prędictam non subsistere, & cum pupillus ipse ficte censeat sibi hęre.instituere,c.si pater in fi.de tęsta. in 6.propterea aliter dicen.& hunc art.declaran.arbitror

31 † Dico igitur non valere huiusmodi conuentionem, & pacta, quia est contra bonos mores, vt dicitur hic, & in alijs iuribus præal. id autem triplici ratione contingere primo quia emanarunt sub cõditione, si ille de cuius bonis,& successione agitur, ante paciscẽtes mortuus fuerit, ad eos hęre.deuoluta,& sic sub expectatione mortis liberi hominis, quod neq; ciuile est neq; naturale.l.inter sti. §.sacrã.ver.liber homo.ff.de ver.ob. ideo hæc.l. in ver. sed nobis.tales pactiones odiosas esse dicit,& licet homo naturaliter ad mortem tendat, ita vt absonum non videretur mortem liberi hominis expectari, atque attendi.quũ eò res naturaliter tendat.l.cum hi.ad fi.vbi Bar. not.ff.de

32 fideiuss.† Respon. nõ esse inciuile considerare hominem moriturum, quum ad id naturaliter tẽdat, ita intelligitur tex.præalleg. sed disponere de bonis alterius considerando,expectandoque, quòd ille ante paciscentes moriatur, id neque ciuile est,neque naturale, sed contra bonos mores,& ius gentium iuribus præalleg.

Secundo dicuntur contra bonos mores, quia vt dictũ est, inducunt votum captandæ mortis proximi, ideò vt hic dicitur,censentur plenæ tristissimi,& periculosi euentus,propter insidias quę possunt parari vitæ eius.de cuius bonis conueniunt seu agit.vt hic,per glo.super verb. euentus,& Bal.in 1.col.quę ratio sola ac de per se quicquid dixerit Aret.hic in 1.col.non fuisset sufficiens,neq; inductiua pręsentis dispositionis,vt diximus loquendo de fideic. & pup. & etiã apparet ex communi determinatione doc. in ascendentibus paciscentibus de hære.filiorum, in quibus cessat votum captãdæ mortis, & tamen locum habet dispositio istius.l.vt per Ias.in 3. ampli.3. not.& j. dicam cum alijs, ergo iungenda &c.

Tertio huiuscemodi conuentiones dicunt contra bo. mor.quia iniquum est,q͞ tertio viuente, ac ignorante de bonis suis alij paciscantur,& conueniant,vt hic in fi.dicit tex. ubi in alienis rebus contra Domini voluntatẽ aliquid fieri vel pacisci secta temporum nostrorum nõ patiatur: concurrunt ergo omnes prædictæ rationes propter quas hæ conuentiones dicuntur esse contra bo.mor. sed in fideicom.substi.& pupil.etsi non cesset votum captandæ mortis, tamen non concurrit alia ratio p Imperatorem in h.l.nostræ potissime considerata,vt dictum est.ideò nimirum si votum captandæ mortis in dictis substi. nõ est impedimento,& purgatur suspitio prædicta,vt etiam dicebant Ias. Dec.& Cur.supra relati, ex dispositione testatoris qui substitutum pro legati persona approbasse videtur,accedente q͞ substitutus ipse actum non fecit, prout in terminis nostræ.l.contigit,quinimo in pup.subst.dispositio potius censetur esse secundum volũtatem pupil-

33 li,quàm contra,vt dixi,& per consequens † non est mirũ si in fideicom. & pup.sub.non curatur de voto captandæ mortis, ad irritandam inualidandamq; dispositionem: quia substitutus non fuit solicitus de bonis alienis contra voluntatem Domini nihilque fecit propter quod contra eum coniectura aliqua voti captandæ mortis capi posset, quemadmodum contingit in casu.l.nostrę.& d.§.fi.l.quidam & in substitutione fideicom.ac pup.à diuersis causis & diuersis considerationibus procedunt,hic ab ipsis paciscentibus,contra quos propterea lex malè suspicat, secus in substitutione,vbi nõ à substitutis, sed à testatore fit dispositio,cur igitur mirum si diuersa fit determinatio? Et sic in casu istius.l.& aliarum præalleg. nõ valet dispositio de hæred.viuentis,quia est odiosa,quum de alienis bonis contra Domini voluntatem per contrahentes, vel disponentẽ inducatur,plenaq; sit tristissimi ac periculosi euentus,propter periculum vitæ illius de cuius hæredit.ac bonis agitur,ideò dicitur cõtra bonos mores & iniqua,quæ rationes cessant in fideicom. & pupi.subst.vt dictum est, & licet votum captandę mortis penitus non cessat, tamẽ non consideratur quum aliunde purgetur, vt dixi.

Nunquid autem princeps contra dispositionem istius l. dispensare posset, & approbare huiuscemodi conuentionem dicam in 9.notab.

34 Ampliatur,& limitatur † prædictum nota.multis modis vt hic per Ias.& licet Dec.hunc ordinem non obseruauerit,ne videret sequi vestigia Ias.mihi tñ placet quia hæc est propriè materia istius.l.quę secundum hanc viam ordinatè clareq; enucleabitur. Sequamur igitur nos eũ ordinem Prima ampliatio est etiam q͞ conuentio fuisset iuramento confirmata,quia quum sit cõtra bonos mores, non debet iuramento firmari.cap. non est obligatorium cum simil.ib.de regu.iur.in 6.etiam est cõmunis, vt constat ex adductis per Alex.Ias.& alios hic,Petr.de Anch.in consil.403.viso Fulgo.consi.73.pater familias. vbi etiam consuluit pœnalem stipu.accessoriam nihil valere,neque huiusmodi pactiones,quę sunt contra bonos mores vestiri,& quòd non firmentur iuramento quia contra bonos mores,consuluit plenius Sozi.lib.3. consi.74.

Aquens.tamen.j.in vlt. col.amplectitur contrariã opi. tanquàm veriorem. quia talia pacta non sunt contra bonos mores naturales, quum non contineant turpe quid. neque peccatum, licet occasionaliter posset contingere, Ideo iuramento firmantur,per textum in c.quemadmodum circa fin. de iure iuran.vbi si maritus iurauerit non impetere vxorem super adulterio,non potest illam de eo accusare propter religionem iuramenti,licetq; occasionaliter posit sequi adulterium: & sic promissionem continere peccatum possibile sit,& similem distinctionem tradit Aret.in consi.74.ad fi.2.dubij,& Deci.in l.pactum q͞d dotali.supra eodem.

Sed non est recedendum à cõmuni quia talia pacta dicuntur contra bonos mores naturales, & ius gentium.d. l.quidam in fi.per rationes supra assignatas,quo casu, q͞ do pactum est contra bonos mores naturales,vel gẽtium non firmatur iuramento, vt per scriben.pręall.ideo concludebat Aret.loco pręalle.post Federi.de sen.dona.inter virum & vxorem,quia non est contra bonos mores naturales vel iurisgentium,sed contra bonos mores ciuiles,firmari iuramẽto,aliàs secus esset.præptereà quicquid dicat Aquens.talia pacta dicuntur continere turpe: quia eo respectu redduntur paciscentes solliciti de hæreditate viuẽtis, & votum captandæ mortis inducunt expectaturq; liberi hominis mors, vt per glo.in l.nec nos,in verbo transig.j.de cap.Saly.j.in vlt.col.Sozi.consil.74.col.2.lib.3.vbi propterea concludit non firmari iuramẽto prout etiam voluit Aret.in consi. 74.ad fi.2.dubij & Signo. consi.116. Ad text. in d.c.quemadmodum.respon.potest, vt ibi per Abb.in penul. & vlti.col.

Duæ sequentes ampliationes de filijs & parentibus cõmuniter à scribentibus approbantur, sed latius declarabuntur & expedientur in gl.alienæ.

Quarto amplia.vt l.ista loquens in pacto de hæred. viuentis,procedat etiã in pacto facto super hæredita. mortui,de cuius tamen vita vel morte dubitabatur, per l.nec nos.j.de captiuis.† dubitabilis est secundum Lanc.Deci. hic in princ.quia tale pactum non est plenum tristissimi euentus,

euětus, quum ille iam sit morthus, nec possit dici factum contra eius voluntatem, ex quo mortuus est, sed non respond. ad illum tex. vbi est casus de ista ampliatione. Nec obst. ratio sua quia respon. ꝙ in tractando de heredit. alicuius quantum ad contrahentem paria sunt, aliquem viuere vel mortuum esse, & dubitari an viuat: text. est not. in d. l. nec nos de quo faciunt sestum scriben. in l. 1. supra eo. vt ibi dixi, sed si viueret ille de cuius bonis, & hæreditate agitur, dispositio non subsisteret vt hic, ergo nec si dubitetur an viuat: quia quantum ad paciscentes tale pactum dicitur turpe, & in eorum odium militant rōnes l. nostræ. quum. n. dubitēt an viuat, fingitur viuere quo ad 36 eos, & ratio potest assignari quia ex quo stat in dubio, & pendēte possitq; se habere vt ad prohibitum, & vt ad permissum, stat vt ad prohibitum, per text. not. in l. 1. in §. si pendeat. ff. ad Maced. no. Aquens. in d. l. 1. col. 3. s. eod. facit lex si mili. cum dict. ibi per Alex. in vlt. not. supra de mil. te. ideò dicebam aliàs, in contingentia facti, in quadam cōuentione vbi dicebatur, quia, habet C. eius cognatum in partibus prouinciæ, qui graui laborat infirmitate, vel decessit factis ipsi multis legatis, vel relicta eius successione. Cedit, donat, & remittit. B. omne ius quod habet vel habere posset, & in hæred. & successione prædicta, talem cessionem, & donationem nullius esse momenti, licet ille mortuus esset per prædicta secus quando paciscentes firmiter crederent, illum mortuum, & disponerent, tanquā de hær. mortui vt j. in limitat. dicam.

37 Intellige modo prędicta, † respectu nullitatis pacti seu donatio. non respectu pœnæ confiscationis bonorū, iuxta iura prælleg. in l. 2. de his quibus vt indig. & in §. fi. d. l. quidam, quia hoc casu non succedit talis pœna: vt p glo. fin. d. l. 1. & ita etiam sensit Bal. in d. l. nec nos, loquens de adeunte hæred. & de transigente super hæred. eius, de cuius vita dubitat, & in fin. dicit non officientibus quę perperam gesta sunt, si priorē gradum obtinentis successionis compendium ad vos pertinet, ergo non ad fiscū contra quem in pœnalibus & vbi de lucro tractat, vt priuatus de damno iudican. est l. non puto. ff. de iu. fis. secundū verum intell. quem aliàs latè declaraui, & sic conclu. docto. in l. 1. supra eo. quod in tractando de hęreditate alicuius, 38 † paria sint quem viuere vel mortuum esse, & dubitari an viuat, procedit respectu inualiditatis conuentionis, & pacti, non respectu pœnæ, nisi quis sciuisset illum viuere, & finxisset mortuum aut dubitaret, vt per Salyc. post glo. in d. l. nec nos.

Sed contra prædicta instari posset per ea quæ scribit 39 Barba. in cons. 11. col. 8. lib. 1. † vbi concludit, beneficium clerici vagabundi, eiusq; qui ignorat an viuat, posse conferri per eum ad quem spectat collatio per tex. in l. libera peculij. ff. de pecul. & gl. in c. nō oportet ei secundo in verbo proficisci de cōsecra. dist. vlt. & sic licèt dubium sit de vita, iudicatur vt de morte, quum beneficium possit alteri conferri, ac si beneficiatus esset mortuus, sed vide Fely. in c. quoniam frequenter in §. porro. col. pen. vt lite non contes. vbi de prædicta glos. dubitat, quamuis de Barb. nō faciat mentionem, & videtur adhærere cōtrarię opi. per tex. d. l. nec nos. Qua opi. tanquā rationabiliori, & ęquiori retenta ad d. l. libera peculij respon. potest, quod loquitur in seruo qui liberam administrationē perdit, ex quo Dominus dubitat de vita illius, quum æquiparetur fugitiuo, qui abutendo concessione sibi per Dominum facta, illam amittit: sed respectu hęreditatis, & bonorum liberi hoīs, qui vtrum viuat dubitatur, & rerum suarum administrationem retinet, nihil facit, verum procedit tunc dispositiuo. d. l. nec nos. p ræalleg. gl. c. non oportet, non est fides adhibenda: quum iure aliquo non probetur.

Aliam pulchram decisionem ponit Ias. in l. a. col. 29. in 33. q. j. de iur. emphy. sequuntur Fel. loco præall. & Deci. in l. 1. col. 5. supra eo. & in consil. 398. vbi ponit de impetrante beneficium viuentis, qui ex voce, & fama publica credebatur mortuus, an puniatur.

Quasdam alias ampliatio. addit Aquens. & dum in vlt. dubitat, nunquid valeret dispositio super rebus, quæ ali- 40 cui debentur ex fideicom. † tenendum est illam non procedere, quia tunc non est pacisci de bon. & hæred. viuentis: sed mortui, vt pulchrè per Ias. in l. 1. col. pe. vbi Lanc. Dec. in fi. supra eo. & per ipsum Aquens. j. in pen. col. ver. aliam cautelam, & isto casu concludunt præfati scriben. post Fulg. & commen. cessare dispositionem d. §. si. l. quidam vt per eos, sed Mod. Tau. hic col. 6. dubitant, quum hæres viuens, & ignorans dispositionem factam possit periculum affectatæ mortis incurrere, qđ cessat in d. l. de fideicom. idem volūt, & latius persequuntur pręfati Mod. in d. l. 1. col. 1. dicentes, ꝙ licet expresse de hęredita. viuentis non dicatur contraxisse, subest tamen ratio inductiua voti captandę mortis grauati p. r fideicom. quo ignorante contrahitur, ideò valere non debet, & hac l. similiter non valere dicunt pactum de nō petendo fideicom. alteri, quàm grauato factum, puta fideicom. quia essemus extra casum. d. l. 1. & militaret ratio voti capt. mort. grauati.

Sed nō est receden. ab opi. Raph. Cum. & prædictorū, quia ratio voti captandæ mort. sola, & de per se non est sufficiens ad impediendam remissionem vel dispositionem, sed requiruntur etiam aliæ, vt in superioribus dixi. ex quo ergo respectu bonorum subiectorum fideicommisso non tractatur de hæred. tertij viuentis: sed, de bonis defuncti debitis ipsi fideicom. licet militet ratio voti captandę mor. ipsius grauati, tamen quum cessent alię rationes à l. nostra considerate præsertim in fin. cessabit dispositio, & procedet id quod dicitur in d. l. 1. etiam ꝙ remissio fideicom. fiat alteri, quàm grauato propter identitatem rationis: quia de bonis defuncti tractatur, & non hęr. tertij viuētis, vt ibi per glo. faciunt quæ plene scripsi. in l. a. j. de pac. inter emp. & ven. q. 1. ad declarationem §. est asse. l. si mulier ff. de iu. do.

Amp. etiam si cognati paciscerentur eo mō, quo erant ad hęreditatem vēturi, & sic, vt æqualibus portionib. duo hi nepotes patrui habeant hær. sibi inuicē illam diuidentes, adhuc nō valeret huiuscemodi conuentio, vt hic per Rimi. in a. not. quia pacisci de hęreditate viuētis est prohibitum, vt hic cum pręalle. item quia pactum continet turpe, & lex resistit illicito, quo casu nō procedunt à pari aliquid fieri tempore illicito, & conferri in tempus lici- 41 tum, vt diximus supra. † Item ampl. etiam ꝙ duę conditiones de quibus in litera nostra distinctè non exprimātur, modo virtualiter contineantur Corn. in cōsi. 84. col. fi. lib. 3. item amplia siue de hęreditate, vt hic dicitur diuidenda agatur, siue quod vnus illam consequatur, & ha- 42 beat. Deci. hic in fi. 4. not. † Amp. etiam, vt eodem modo non valeat impetratio beneficij, clerici uiuentis imò punitur impetrans. c. 1. de concel. pręb. Dec. consi. 398. Item amplia, ut per Sozi. consi. 54. lib. 3. quod etiam in officijs secularibus non potest dari expectatiua ad locum si va- 43 caturum. † De quo tamen aliter esse dicendum ostendā. j. in limi. & in glo. obseruari, vbi tangam de expectatiua in specie, & in genere ad beneficium vacaturum, an & p quem dari possit, & nunquid de feudo viuentis possit tertius inuestiri à Domino si vasal. sine hærede masculo decesserit.

Vltimò pro amp. no. quòd non solum aufertur hęred. tanquam ab indigno vbi facta est conuentio prędicta super tota, vel parte hęreditatis, sed etiam quando est facta super re particulari, ita voluit Bart. in l. cum Dominus in §. fin. in fine de pec. leg. vt post Mod. Peru. & Lanc. Deci. Moder. Taur. hic in 15. colum. Curt. 3. Aquens. a. & alij Moderni.

44 Limitatur nunc prędictum no. multis modis, † secundum Ias. & alios. Primò limit. quando pactum cōtinet liberationem eius, cui fit secundum Bar. j. col. fi. & in alijs locis per Ias. alleg. per textum in l. & suum in §. idem probat. ff. de pac. vbi latius Alex. sed ibi creditores de iure suo paciscebantur, quòd filio patri successuro remittebant,

vt ibi

vt ibi per Bald.& Ias.in l.filius paciscendo supra de pac.&
sic nihil facit ad propositum nostræ quæstionis, quando
sit pactum de hære. viuentis: ideò videmus ècontrariò,
quod si filius viuente patre liberat debitores paternos nõ
tenet liberum nec pactum tanquam de hære.viuentis,seu
rebus illius factum, vnde post mortem patris filius pote-
rit debita exigere à prædictis debitoribus, vt per Bar.in l.
cum Dominus de pec.leg.& in d.l.filius.ff.de solut.Ias.&
Dec.in d.l.filius paciscendo.dupliciter limitantes.1.quan
do filius in vita patris ius habebat, vt quia debitores erãt
45 obligati tam filio,quàm patri,† gratia exempli in alia ha
bente dotem profectitiam,cuius actio communis est in-
ter eam,& patrem,adhuc viuente filia viuente patre debi
torem potest liberare, & post mortem patris illi agenti
obstabit exceptio.l.& hæredi §.filius fa.ff.de pac.l.2.§. ꝙ
si in patris.solu. mat.vt per Ias.& alios in d.l.filius paciscẽ
do. & Parp.in d.§.quod si in patris,& rõ est, quia de bo-
nis tertij viuentis non disponit, sed de suis.quod.n.com-
mune est, meum est quo ad dispositionem partis meæ,l.
illud cum glo.ff.de ritu nup.& in re propria quilibet est
moderator, & arbiter, & sic conclu.est vera sed limit. in
epta: quia non liberat debitores paternos disponendo
de actionibus paternis, sed de suis paciscendo.

Item restringitur prædicta cõclusio vbi facta fuit libe-
46 ratio ex causa onerosa, † puta accipiendo aliquid pro li-
beróne, quia si tunc liberatio non prodesset, teneretur fi-
lius illud quod accipit restituere, & sic potest repelli per
exceptio.illam, Quem de euictione tenet actio, eundem
agentem repellit exceptio.l.vendicantem.ff.de euic. Pau.
de Cast. Ias.& alij in d.l.filius paciscendo. & Parp.in d §.
quod si in patris. Sed contrarium tenet Bar.in §.fi.d.l.cũ
Dominus,& Imo.in d.l.fi.ff.de solu.dicens filium sic agẽ-
tem paterna hæreditate indignum se facere per iura prę-
alleg.Non obstat regula.d.l.vendicantem: quia ibi con-
tractus valebat, hic reprobatus erat ab initio,vt per Bart.
loco præallega. videtur tamen quòd locus sit repetitioni
promissi vel soluti per iura vulga. Ponit ẽt Bart.in d.§.fi.
Aliam tertiam limitat. quando filius fecisset pactum de
liberando debitores paternos, si patris,esset hæres.sequi-
tur Dec.in dicta.l.filius paciscendo,Alex.in apost.ad Bar.
in d.§.fin.& in l.iurisgentium in §.si ante.ff.de pact pro-
pter fauorem liberationis.Sed cur secus in liberatione ip
sa,quum militet eadem ratio in pacto de liberando, quę
in liberatione? quia inducitur votum capt.mortis & di-
sponitur de bonis viuentis illo ignorante: ideò in pũcto
iuris videtur dicendum non valere liberationem,nec pa-
ctum de liberando debitores paternos,si contingeret fi-
lium patris hæredem effici per l.nostram,& alia iura prę-
alleg. nec contraria opin probatur.l.imò fortius videtur
dicen.cum Bar.in §.fi.d.l. Dominus quod filius incurrat
pœnã priuationis hæreditatis,per iura præalleg.& ea quæ
tradit Imol.in d.l.filius. Nisi respon.quod filius faciendo
dictum pactum seque obligans non petere, si hæres erit,
non disponit de hęreditate patris,sed se & personam suã
obligat ad non peten.si contigat eum effici hæredem pa-
tris,quod non legitur prohibitum.erit igitur licitum, &
permissum maximè fauore liberationis, vt per Alexan.in
locis præallega.

Secũdo principaliter limitabat prædictum not.Raph.
47 Commen.† prout refert, & simpliciter sequitur hic Ias.
quando quis alteri promitteret habere licere rem aliquã
viuentis quomodocunq; ad eum perueniat, etiã ex suc-
cessione illius adiecta stipulatione pœnali per tex.in §.q̃-
situm.l.stip.ista.ff.de verb.obli.sed Lanc. Deci.hic col.2.
Aquens pen.& Moder. Taur.col.18.cum seq.hanc.limi.
reprobant,per tex.in l.nostra in fi. & in d.§.quæsitũ non
fuit expressum de successione obuentura, quę expressio
vt hic dicitur dispositionem infert, sed reformari potest
dicta cautela,& limita.ex prædictis fugiendo nullitatem
contractus,& incursionem pœnæ legalis, ꝙ promittatur
simpliciter habere licere rem quæ verè est viuentis,cuius
hæreditas speratur, sed nulla fiat mentio de hæredit. vel
successione futura. Et idem est in venditione rei alienæ.l.
rem alienam.ff de contrah. empt.

Sed est aduertẽdum, ꝙ Raph.Commen.& Ias.non lo-
quuntur prout præfati referunt, sed quando nulla facta
est mentio de successione viuentis,prout in d.§.quæsitũ,
per quem mouentur,& decisionem suam fundant vt hic
etiam refert,& sequitur Cur.col.5.qui volunt, quod etiã
sine pœna valeret conuentio,sed adiectio pœnę faciat,vt
committatur stipulatio etiam si promittens non sit effe-
ctus Dominus,intellige tamen vbi stipulatio esset conce-
pta, secundum quod declarat.glo.in l.1.§.quæsitum sup
verbo adiecta. Si tamen constaret talem conuentionem
vel promissionem factam absque commemoratione suc-
cessionis viuentis,esse in fraudem nostrę.l.tunc non vale-
ret secundum omnes prętallega.adducentes plura, & alia
quædam citabimus infra.in 5.limitat.possetque exempli
ficari in casu quem aliàs vidi in contingentia facti.

Quærebat vxor.V.vt maritus testaretur,qui graui infir
mitate detinebat. frater mariti cui ab intest.deuolueba-
tur hęreditas fratris,id impedire tacite nitebat, dubitans
maritum dictę vxori vltra quàm ipse vellet relicturũ, sed
vt vxori satisfieret in aliquo, illamq; placaret per stipul.
sibi promittere volebat eam habere omnino licere sub
pœna res tales,quę erant de hære.& successione fratris.di
cebam talem promissionem non valere tãquam factam
in fraudem.l.nostræ.ideò dedi ei consilium,vt promissio
fieret de bonis ipsius promittentis, quia valebit,vt in 4.li
mit.dicemus, & non erit aliquod dubium de cõfiscatio-
ne bonorum,& hæred.prędictæ, ex quo capi potest opti-
ma cautela ad fugien. dispositionem istius l. & inuenio
nunc idem voluisse Cur. hic col.5.post quosdam alios.

48 Tertiò limi.† vt valeat conuentio in damnum paciscẽ
tium: quia fiscus ab eis tanquam ab indignis aufert hęre
ditatẽ iuribus in superioribus allegat.etiam ꝙ dicta con-
uentio,vt supra sit solum super vna re particulari,& præ-
dicta limitatio approbatur communiter vt hic per Bart.
in 3.opp Saly.Ias.Pau.& alios. Quidam dicunt.§.fi.d.l.2.
alleg.per Bart.loqui in casu maioris rationis puniendo q̃
sit in lista, quia hæreditas cognati viuẽtis donabitur cui-
dam tertio,quod nulla ratione uidetur tolerabile,sed pa-
ctum de quo in hac.l.colorata ratione poterat excusari,
puta factum causa euitandę discordiæ, quę quidem cau-
sa,licet pactum non conualidet excusat tamen à pœna.l.
igitur, §.põt.ff.de lib. causa.plenè post alios Parpa in re-
petitione.l si quis maior in 6.quęstione extra gl.ij.t.t.sed
confunditur hæc consideratio per §.fi.d.l.quidam.in ra-
tione decidendi,quę regulat legem: vult.n.donantem ea
pœna puniri,quia contra bonos mores,& iusgentium fe
stinauit disponendo de hęreditate uiuentis, quę ratio ita
militat in paciscente,quemadmodum in donãte, imò ui
debatur magis puniendus quam donans,qui liberalitatis
actum exercuit,legi amicum,& fauorabilem.c.cum dile
49 cti de donat. Nec obstat qđ causa iniusta,† sed colorata
excuset à pœna, quia non procedit in causa à iure ciuili
nõtoriè reprobata, ut in terminis nostris, ita post alios
Alex.in consi.103.col.pen.lib.1. De qua quidem indigni
tate solus fiscus opponit,gl.in l.his consequenter in §.1.ff.
famil.erci.& dicam super glo.in uerbo pacisci.

Restringunt præfati mod.istam limit. quãdo pactum
esset nullum ratione formę, uel quia pacti essentialia de-
essent. per ea quę Ias.not.in l.fi.col.pen.ff.de iu.emphy. &
Fely.in c.ex tenore in uersic.de rescrip.nullo, extra de re-
scriptis,vt hic in 3.oppo.videtur sentire Bar. sed quomo-
do in terminis nostris potest hæc restrictio procedere,
quando nepotes hi puta de diuidenda hæreditate patrui
paciscuntur.adsunt.n.essentialia,& formalia pacti: essen-
tialia, † mutuus videlicet consensus iux.l.primam.ff.eo.
item forma pacti quæ est,vt contineat aliquid dari vel fie
ri à parte secundum declarationem Saly.hic in 2.col.nisi
dicas, quod præfati loquuntur in terminis.l.nostræ, &

inuenio ꝙ præfati Mod.in scrip.editis post meam primã editionem repet.istius.l.col.14.latius reassumpsere, Aret. concludente, ꝙ si futuri hæredes pacto nudo aliasue inutiliter iuxta glo.hic in verbo declarabũtur, de hære.viuentis paciscantur, aut contrahant, videntur potius habuisse animum illudendi, quàm malignandi, postquã requisita à l.non adhibuere, ideò puniri non debent: † vt in emphyteo.nulliter, & non seruata forma statuti vel consuetudinis rem emphyteuticam inscio domino alienãte, voluerũt Bal.Alex.& Ias.per eos alleg.quos, & alios citat Fel. loco præalleg. & maximè quando qualitas personæ sic paciscentis, aut contrahentis id suaderet. considera quod vbi.l.punit factum, & animum facientis, nõ aũt considerat iuris effectum, tunc pœna incurritur ex actu nullo l. eum qui duas ĵ. de adult.Felv.late in d.c. ex tenore col.6. sed in terminis nostris.l.punit solum factum, & animum facientis contra bonos mores ac iusgentium, festinantis in tractando de hæreditate viuentis præmaturè.d l.quidam in fi.& l.1.§.interdum ff.de vulg.ideò pœna incurritur ex actu nullo. Non obs.decisio de emphyteusi: quia lex ibi considerat iuris effectum, non alienationem domini, ideò nimirum si ex actu nullo non infligitur pœna, vt per Fel.loco præalleg. & quum eo modo paciscentes, vel contrahentes contra bonos mores agant, ac contra iusgentium de intentione deprauata constat; & in claris nõ est opus coniecturis iurib vulg.

Quarta limit.Ias & si vera sit in se, comprobariq; possit multifariam, vt hic per Aquens.col.pe.Ias.in l.licet supra eo. in l.Il ip.hoc modo, de ver.obli.& in consi.211.lib. 2. & Cur.iunior in consi.1.col.7.tamen quũ non sit propriè limitatio, quia regula illius tex.loquitur quando pactum fit de & super hæreditate tertij viuẽtis, & lim.quando pactum fit de bonis ipsorum contrahentium, & sic non est de regula, & per consequens minus bona iuxtã not.in l.1.ff.de regu.iur.

52 Quinta limitatio † quando fit conuentio super hæreditate hominis incerti, & in genere, tunc.n.valet. text.est no.in l.3.in §.de illo ff pro socio, & approbatur hic p gl. pen.Bar.in 7.oppo.& in 4.q.Sal.Ias. & cõmuniter scribentes, & per Soz.in consi.288.in fi.li.2.& Sig.consi.166.mu- lier.vbi vult ꝙ etiam si factum fuerit pactum super hære. viuen.fratris, & super hæred.cuiuslibet collateralis, licet vitietur, primum quum sit super here.certi hominis, non vitietur secundum, quod est de hęred.incerti hominis, in

53 genere: † quum validis non derogent inualida.l 1.& 2. ff.de inius.rup.licet igitur actus aliàs corruat, & vitietur propter personæ incertitudinem.l.tutor incertus.l duo sunt Titij.ff.de test.vt hic est casus in quo valet, & sustinetur pp incertitudinem personæ, & ratio est quia intẽsius consideratur votum capt.mor.in persona certa, quàm in persona incerta, vt hic per Deci.in 4.col.2.lec.& latius ĵ. dicam.comprobat.Ias.prædictam lim.per simile de prębenda.1.vacatura in genere, quæ põt impetrari, non aut in specie prębenda petri puta.c.nulla de concel.pręb.quę dicit totum oppo.quod etiam primo vacatura in genere conferri nequeat Rimi.hic col.4.& Moder. Taur.tenent contra istam lim.quę opin.melius quàm ipsi faciant, potest pluribus no.medijs comprobari. Primo quia etiã in huiusmodi pacto facto de, & super hære.obuẽtura in genere, & non respectu certi hominis, militare videntur rationes, de quibus in tex.nostro & dispositio de bon. alterius inuito vel ignorante domino inducit votum capt. mor.respectu agnatorum, cognatorum, & proximorum quibus paciscentes successuri fuissent. Secundo quia non valet prouisio nec expectatiua ad prębẽdam primo vacaturam, etiam incerti hominis viuentis, quia inducitur votum capt.mor.c.2.de concel.præben.c.2.& 3. de concel. preb.in 6.tertio quia vt dici solet tantum operatur genus quo ad genus, quantum species ad speciem l.si duo in fi.

54 ff.de admi.tut.Quartò quia etiã videmus † ꝙ licet procurator debeat esse certus.l.2.ff.de procu. tamen si cõstituo procuratores meos omnes practicãtes in curia Rom.puta, vel in ciuitate Tau.& quemlibet ipsorum insolidum vt fieri solet, constitutio in genere facta valet secundum Io.de Gras.in suo procuratorio in ver.certos, licet subsistat, sed non est dubitan.quia & si ex forma constit.certitudo non demonstretur, sufficit eam haberi per relationem, prout hic resultat habita relatione ad locũ, & probatur.in l.fi.ff.de no.& per ea quæ scribit Rom. in consi. 502. in casu & præal.l.2.intelligitur quando esset incertitudo ſm modum.l.duo sunt ff.de te.tu.ita gl.in c.1.in ver. certa de procur.in 6. ex quo videtur non esse constituendam differẽtiam inter actum factum in spem, & factum in genere qñ ex post certificari põt, & tenendo hanc partem ad text.§. de illo, potest multipliciter respõ.vel quod illud ibi contingit propter præcedentem contractum ilicitum vt in l.si quis seruum cum glo.ff.de act.emp. aut ꝙ ibi res cõmunis efficiebatur non propria vt in casu illius l.vel quod §.de illo, emanauerit anteq̃ esset condita hæc lex quo tempore sola don. reperiebatur reprobata, aut quod non loquatur de hære.aduẽtura, sed de ea quæ iam obuenit.ponderando tex.ibi quæ iure legitimo obuenit, & ibi obuenerit, quod verbum respicit pręteritum.l.verbum.ff.de verb.sig. Fel in c.ad hæc in vers.nã subiunctiui de rescri.pulchrè Aul. Gel.ca.7.li.17. pręterea nõ dubitatur ibi de validitate vel inualiditate pacti, sed quę dicatur iusta, & legitima hęreditas. Ex quibus confirmari potest, quod scripsit Soz.in consil.53.lib.3. quod in officijs secularibus expectatiua ad locum primo vacaturum in genere dari nequeat arg.d.c.2.

Sed non est à communi opi.recedendum. Pro qua in primis verè est casus.in d.§.de illo, vbi probatur contrahi posse super legitima hęre. obuẽtura in genere. licet.n.ibi dubitetur quę dicatur iusta & legitima hęreditas tñ dubitatio illa est vt cognoscatur quę sit succesio, quę venire debeat in societatem, de qua ibi quęrebatur, & pręponit iuriscon. valere talem conuentionem ac pactum super hęreditate ipsa obuẽtura communicanda, quia si non valeret conuentio, vana & superflua esset dubitatio, & inquisitio iurisc.ibi de qualitate hęredi. Secundo probatur per tex.in c.2.de pręb.in 6 vbi summus Pontifex dat expectatiuam ad primo vacaturum ex quo patet legislatorẽ parum curare votum capt.mor. in dispositione generaliter facta. Tertiò quia intensius consideratur votum ca.mor. in dispositio.specialiter facta, quàm in facta generaliter, vt statim latius dicam, nimirũ ergo si licet in genere qđ prohibetur in specie.facit tex.in c.2.cum ibi no.de offic. ord.ꝙ licet habentibus sacras cõciones ad populum, seu

55 pręconi diuini verbi nõ liceat † quenquam nominatim & in specie corrigere atq; reprehendere: id tamen licet in genere: à generalibus ergo ad specialia descendente recte Pla.quiescere iubebat, vt scribit Porphyrius in ca. de spẽ. Non obst.modo adducta in oppo.& primum quod dicebatur de voto capt.mor.quia etsi aliqualis tñ non est tanta suspitio capt.mor. proximi qñ in genere fit dispositio, sicuti quãdo fit in specie, quemadmodum scribit hic Saly.in vlt. col.ex quo est possibile facilè euenire lucrum ad sic contrahentes ob mortem plurium nõ est verisimile illos procurare mortem alicuius particularis, arg.tex.§. vt aũt in auc.de non alie. & probatur hoc per text. supra alleg.in c.ne captandę de concel.pręb.li.6.& c.2.de pręb. eo.li.vbi dicitur valere expectatiuam Summi Põtificis ad pręben dam primo vacaturam vel ad personatum in tali ecclesia primo uacaturum in genere uidelicet, secus esset

56 in specie.† ad beneficium aut pręben dam certi hominis non uacantem secundum doct.ibi, nisi secundum Saly. hic in ult.col.& Bal.in consi.scilmatis apponeretur clausula de plenitudine potestatis, uel non obstante concilio lateranen.sequitur Felv.in c.nonnulli in princ.in 1 1.col. de rescrip. Quod non uidetur uerum quia Papa tunc aperiret.uiam peccatis, qđ non facit, nec potest facere.c.sup. his, & c.in omnibus de usur. & dicam.ĵ.in glo.obseruan.

Fateor Papam esse Dominum omnium beneficiorum clem.1.ad fi.vt lit.pen. ideo posset viuenti beneficium tollere,& alteri dare, sed de æquiualenti prouidere teneret, vt per Fel.& alios in ca.que in ecclesiarum de constit.qui uis nec tali potestate vti soleat.In casu igitur.§.de illo cessant rationes supra ad tex.istum assignatæ,videlicet expectatio mortis proximi in specie, votum.capt.mor.alicuius particularis secundum terminos l.nostræ: & dispositio de re aliena contra voluntatem domini ipsius rei ex quo in specie de hæredi.libe.hominis non disponitur.

Ad tex. in d.c.a.de concef.præb.& eo.ti.c.a.& 3. lib.6. Rñ. quod procedunt in beneficialibus in quibus strictè proceditur,& quia ita ibi, & per Lateranen. conciliũ expressè erat ordinatum,ꝙ per ordinarios beneficia nõ vacantia non possent promitti propter votum. capt.mort. concessio tñ facta à Summo Pontifice de beneficio vacaturo in genere valet.c.2.de preb.in 6.& d.c.ne ca.vbi Can. no.ex quo patet,quod Papa de voto cap.mor.parum curat in generali concessione,& credo ꝙ id sumpserit à Iurisecon.in d.§.de illo, similiter de eo non curatur in fidei. & pup.sub.l.de fideic.s.de transac.§.finautè,insti.de pup. 57 subs.ratione in superioribus dicta.Ad 3.arg.† de regula. l.si duo ꝙ tñ operetur genus,quoad genus,quantum species quoad speciem.ṁ.quod procedit,quando est eadem ratio sub genere comprehensorum,aliàs secus,vt pulchrè ꝑ Pau.de Cast.in consi. 134.not.col.fi.in antiq.Anch.con sil.373.reuocatur.Ad 4.patet sol.ex prædictis;quia ibi generalis habita relatione ad locum certificabatur, & à pari cum speciali const.procur.procedebat, ideo eadem est iuris dispositio, sed in q.nostra,vt dixi est longè diuersa ratio inter prædictas dispositiones.

Nec subsistunt solu. supra accomodatæ ad d.§.de illo, prima enim de ratione præceden. contractus liciti per l. si quis seruum non est bona vt ibi per gl.& Aret. hic col. 2. in 2.fal. & ibi illud inducitur per legem propter perfidiam venditoris,vt ibi per glo.2.sol.ꝗ ibi res communis efficiebatur,vana est,quia quod commune est,meum est quo ad dispositionem partis meę.l.illud cum glo.ff.de ri. nup. Et si quilibet propter pactum consecuturus erat dimidiam absq; dubio pactum erat de futura successione certo modo diuidenda.3.responsio cofunditur ex dictis in 3.limit.4 adhuc minus valet propter verbum obuenerit in illo tex.positum. quod secundum proprietatem vocabuli denotat tẽpus futurum.d.l.verbum erit, declarat Gel.loco præal.& verbum obuenit.ibi positum intelligitur contracta societate, videlicet.

58 † Ex quibus infertur malè loqui Sozi.in præalle. consi. 53. ꝙ in officijs secularibus nequeat dari expectatiua ad locum primo vacaturum in senatu puta ꝙ clarius procedit in principe per tex.in c.a.& c.ne captādæ. supra alleg. & contra Soz.tenet hic Dec.ad fi.1.col.Quę verò dicatur iusta,& legitima hæreditas, de qua fit mentio in §.de illo,ponunt Ias.& Deci.in l. vnica infra quando non pet. part.vbi dixi.

Restringe tamen prædictam communem conclusio- 59 nem.vt supra, defensatam.† quando incertitudo illa nõ posset verificari,nisi in vna persona: quia tunc genus est loco speciei.l.a.ff.de lib.& post. Aret.hic col.2. & bene vt occurratur fraudibus, & ne lex verbis sit imposita contra tex.l.2.ad fi.ĵ.communia deleg.

Sexto.limi.ꝙ conuentio veniret ex necessitate præcedentis contractus liciti per.l. si quis seruum præalleg.approbatur per Bart.& docto.necessitas.n. facit probabile, quod aliàs esset illicitum.l.1.ff.de offic.consi.l.non putarunt.ff.de ma.te. ideò licet Dominus non possit alienare vasallos inuitos.l.inuitus cũ gl.ff.de fideic.lib.ṁ hoc non procedit, quãdo ex cā imminentis necessitatis id faceret, v. per Alex.in consi.25.col.pen.lib.5. Quinimò vt aliqui dixere,licet Princeps non possit contractui suo contraue- 60 nire,tamẽ ex causa magnę vtilitatis,† imminente necessitate poterit id facere,etiam quod promisisset nõ alienare in inferiorem puta, quam opi.damnaui in proce.ffeorum in princ.circa.6.col.& alleg.per præfatos non loc uútur, quando Princeps est ligatus suo contractu: quia tunc procedit à pari cum priuato,qui contractui non põt con trauenire.l.licut.ff.de act.& ob.c.1.cum not.de proba.

Et ad ornamentum declarationem[illegible] l.inuitus.cum 61 glo.† vide.Rom.consi.26.ad fi.Pau.de Cast.consi.74.col. 6.& 7.in antiquis Barb.consi.4 lib.3.& col.11.li.2. Alex. in l.2.ad fi.principij.ff.solu.ma.Ias.in l.lec.§. diui col.4. Moder.bonõ.in l. 1.§.cum quidam , col.2.ff.de quæstio. Dec.in l. delictorum pactionibus.supra eod. & in consil. 689.Curt.Iunior consil.674.& Neuizanum inter consil. Bruni in consil.12.

62 † E diuerticulo in viam redeũdo ad declarationem d. l.siquis seruum Mod.Tau.hic post Gui.Papę in sing.630. incip. valet pactum dicunt terminos.d.l.non posse exẽplificari, alio casuẽt fuisse causatam necessitatem facto eius in cuius odium tendit pactum,imò fuisse ibi interpositã cautionem sine quo venditor obligatur nulla præceden- 63 te voluntate,quę ad hoc tenderet: † sed ꝙ sine cautione illa obligaretur vẽditor, quicquid ad eum ex hæred.liberti peruenerit restitueret,verum non videtur, quum illud disponat tex.ibi.in vers.& prętereà, nec vidi alibi dispositum,& quia est lex,quæ illo casu cogit venditorem ad facien.promissionem illam de hæredita.viuentis alteri ob uentura restituẽda,licet posset militare votum capt.mor tis respectu liberti , tamen cessat sinistra suspicio ex quo absq; conuentione partiũ ex dispositione.l.ad id necessitatur,propter perfidiam venditoris,qui præcedentẽ contractum licitum non obseruauit tradendo seruum venditum cum peculio, vt ibi per gl.& videtur melior declaratio q̃ dicere, vt faciunt Bar.& alij ex necessitate præcedentis contractus illud venire: quia natura præceden cõtractus id nõ includebat,sed fuit lex quæ odio,perfidiaq; venditoris, illud disposuit, & vere est casus specialis non trahẽd' in cõsequẽtiã.l.ius singulare,& l.q' verò.ff. de le 64 Septima li.ponitur hic in ver.nisi forte,† quando videlicet ille de cuius hære.agitur consentit,& in cõsensu vsq; ad mort.perseuerat.rõ est secundum Bal.quia tunc consentiens videtur approbare paciscẽtes pro bonis, & legalibus, quo casu cessat sinistra suspicio voti captã.mor.lex enim conectat & existimat consentientẽ non fuisse adhibiturum consensum nisi paciscentes tales cognouisset in quibus verisimiliter confidere potuisset,Ita ꝙ cessat periculum insidiarum eius vitæ, & sequuntur cõiter scriben. vt hic per Rimi.in a.no.Ias.vi.Deci.col.2. cogerẽtes quędam sumi ia alia quæ adduci possent de quibus per doct. in l.si quis in conscriben do.supra eo. & in c.si diligẽti de for.compe.Cessat etiam alia ratio hic in fi.l.per Imperat. assignata : quum ille de cuius bonis agitur consentiat.

Sed contra prędictam lim.mouetur.6.no.difficultates prima de.l.pactum quod dot.supra.eo.vbi pater de cuius hęre.agit sibi successuro consensit, & tñ pactum est oĩno nullum,ita vt nec; ciuilẽ,neq; naturalem producat oblationem vt ibi per Bar.& doct. Sed termini dispares sunt, & diuersi , & ex separaris malè infertur.l.fi.de calũ.l.pap. exuli.ff.de mino.nam hic iste de cuius bonis & hæreditate agr consensit paciscentibus,nõ ꝙ sibi succederent, sed quod si ad eos hęreditas sua deuoluatur, illã sibi partiantur,& diuidant,modo inter eos conuento: sed in l.pactũ quod dotali. erat pactum de succedendo pręcisè ipsi patri quod nullius est momenti,quum liberam test.factionem auferret vt dicit text.Secunda difficultas, ratio voti capt. mort.fortius videtur militare quando ille de cuius hæreditate agitur consentit, ex quo alter in cuius fauorẽ tendit pactum,dubitans de reuocatione consensus, continuè affectabit mortem eius quĩ consensit, nec possit, amplius reuocare pręstitum consensum, & sic adhibitio talis consensus, uidetur potius augere uotum capt. mor. quàm tollere secundum Aret.hic col.2.& quemadmodum de potentia illum reuocandi dicit contra.Bald.

Cur.

Cur. hic in 2. col.

Sed respon. quòd cessat sinistra suspitio propter consentientis approbationem, vt dictum est, Nec in solo voto captandæ mortis fundatur decisio. l. nostræ quicquid dicat Aret. vt vidimus supra, concurrunt enim aliæ rationes, præsertim, quia contra voluntatem Domini rerũ non fit tunc conuentio.

Tertia difficultas quum nemo sit dominus membrorum suorum l. libe. homo ff. ad leg. aquil. videbatur in sui necesse non posse prædictum consensum prestare, quum ob id possint, vitæ illius parari insidiæ, vt per gl. j. in verb. euentus. ex prædictis etiam colligitur solutio: quia præsumptio voti capt. mort. tollitur per consensum pstitum ab eo, de cuius bonis agitur, quum pro iustis, & legali. viris habuerit, & approbauerit paciscẽtes, vt dictum est, & vna presumptio aliam tollat. l. diuus eum gl. in verb. existi mari. ff. de in inte. resti. & sic non censetur in eius perniciem consensisse, nec est verisimile ꝙ id fecisset si de hoc dubitasset, quum prima charitas incipiat à seipso. l. psens cum gl. fina. j. de ser. & aqua. cum multis accumulatis per Barb. in c. si proponente col. si. de rescri. & in c. in psentia. col. 55. de prob. Soc. in consi. 1 t. col. 2. l. 1. & Dec. in consi. 131. col. 3. versi. non obs. quòd. i.

Quarta dubitatio vtrum prædictis consensus adhibendus sit tempore initi pacti, vel sufficiat ex post illum su-
65 peruenire, † Bal. & Sal. voluerunt sufficere superuenire p vulg. regu. l. fi. j. ad Mace. & c. ratihabitationem de re. iur. in sexto quod ratificatio retrotrahitur, & man. comparat' quitur Dec. j. col. 4. & in cõsil. 31. col. fi. Sed oppo. verius vr̃ ꝙ adhiberi tempore debeat celebrati contractus: aliàs quum pactum nullum sit, & inutile, per superueniẽtiam consensus conualidari non posset, iuxta not. in l. si quis mihi bona in §. iussum. ff. de acqui. her. vbi Ias. col. fi. versi. lim. 1. Dec. in l. quod ab initio. ff. de reg. iur. & in l. semper qui non prohibet illo cod. tit. & ita tenet hic col. 1. Lanc. Dec. appostillãdo tex. in verb. sciẽte, & iubente. hanc opi. tenuit prius Are. hic col. 2. dicens, aduer. quia dictum Bal. fortè non est verum. nam vbi consensus requiritur ad essentiam actus qui aliàs subsistere non põt, debet à principio interuenire: quia loco auctoritatis est, vt per Bal. in l. fi. in §. necessitate. C. de bo. quę lib. facit ipse tex. in dictis verbis iubente & sciente, si. n. iussus requiritur, ergo pcedere debet, aliàs non poss t dici factum pactum iubente illo de cuius hæreditate agitur. Non recedo ab opi. Bal. & Saly. credens satis esse superuenire consensum per quem vitium præcedens purgatur, ꝙ clara rõne probatur, vbicunque consensus alicuius requiritur pro interesse ipsius debentis cõsentire, prout in casu nostro, sufficit ex interuallo illum præstari & adhiberi, etiam si actus pręcedens
66 sit nullus ipso iure, † dũmodo approbatio illius dependeat à potestate consentientis, vt post Ant. de But. tradĩt Are. in d. §. iussum col. si. Cur. iun. consi. 1. col. 7. per tex. in c. cum in iure in fi. de elec. & in c. 1. in prin. de alie. feu. patei. approbatio huiuscemodi pacti dependet à potestate illius de cuius hæred. tractatur, ergo ex interuallo potest superuenire, vt etiam per Dec. in consi. 144.

Ex quo patet respon. ad argu. Aret. & Aquens. quia nõ procedunt quando approbatio actus dependet à potestate consentientis, tunc. n. sufficit cõsensus superueniens ẽt ꝙ aliàs actus fuisset nullus. Non ob. iste tex. in illis verbis sciente & iubente, vt supra pondera, qa intelligitur, i. eius consensum clarè præstare, sufficit. n. cõsensus, vt hic vult. tex. tam in verbis quàm in ratione assignata, dũ excipiendo subijcit nisi forte voluntatem suam eis accommodauerit & c. & sic dummodo voluntatem, & consensum paciscentibus præstiterit subsistere vult pactum. & licet posteà tex. assignãdo rationem subiũgat. tunc. n. sublata spe acerbissima licebit illo sciente & iubente seruare pactum non censetur decidere iussum debere præcedere: sed requirere ꝙ sciat & expræssè consentiat: quia sola scientia non sufficeret, vt supra in 1. col. declarant Lanc. Deci. & Aquens. patet quia text. ponendo decis. in ver. nisi fortè tm̃ requirit accommodari voluntatem, & non exigit iussum præcedere, per præcedentia aũt declarantur sequen-
67 tia † imò magis influunt præcedentia in sequẽtia, quàm è cõtrario. l. auia. ff. de cond. & demon. l. quisquis vbi ff. ff. de le. 3. Ias. in l. pacta nouissima col. 2. supra eo. cõfirmo quia in tex. assignatur ratio remotionis acerbissimę spei consentiente illo, de cuius heredi. agit, ita ꝙ tota vis consistit in consensu: sed tex ideo dixit, & iubente vt denotaret solam scientiam vt dixi non sufficere. ad tollen. omnem dubitationem à principio si possibile sit faciat adhiberi consensum: & vbi superuenit facit actum valere nõ vt ex tunc, sed vt ex nunc, ac tempore ratihabitionis, vt post alios tradit Dec. in l. si semper ꝙ non prohibet de re sur. & sic istud pactum valebit à tempore prestiti cõsensus, non ante. ideo videntur minus bene dixisse Bal. & Sal. ꝙ retrotrahatur imò ratificatio ista operabitur, ꝙ tamen valeat & ex tunc & tempore ratificationis. Quinta diffi-
68 cultas † vtrum talis consensus accommodari debeat in præsentia quinq; testium, & p tot testes probari debeat, an verò sufficiat illum adhiberi coram duobus & per illos probari, Mod. Paur. hic col. 12. dubitant ꝙ quinque requirantur, videtur posse ostendi, quia videtur habere vim vltimæ voluntatis, vt hic sensit Imperator dum ait, & in ea vsque ad extremum vitæ perseuerauerit, vt not. Ias. in 10. not. & Cur. iun. consi. 98. col. 1. quæ quidem vlt. voluntas sal. in presentia quinque testium fieri debet, l. si. j. de condi. & l. si. de do. causa mor. & laudo à prin. ita fieri & confici pub. instrumentum, de hoc tamẽ post factum, dico sufficere coram duobus testi. talem cõsensum adhibitum probari: quia in modo ineundi, & adhibẽdi sapit dispositionem inter viuos, ergo p duos testes probari poterit per vul. regulam. l. vbi numerus ff. de test. Nec ob. in princ. adducta quia hic non dicitur ꝙ consensus iste sit vlt. volu. sed ꝙ sortitus naturam vltimæ voluntatis respectu reuocationis, vt quandocunq; reuocari possit queinadmodum vl. vol. de quo nos hic nõ quærimus. † Non sortitur ergo naturã vlt. vol. absolute sed solum respectu reuocationis vt possit ad vltimum vitæ spatium reuocari prout vlt. vol. & sic in mõ ineundi non sortitur naturam vlt. volu. ergo in præsentia quinq; testium non est de necessitate talis consensus adhibendus, solum igit in modo reuocandi seu respectu reuocationis sortitur naturã vlt. vol. & sic fieri probariq; debebit, per quinq; testes ad minus. Sexta & vlti. difficul. qd si tales paciscentes non erant proximiores, & contingat consentientem mori, vtru consensus ille operabitur, vt qui ab intestato nõ successissent propter alios qui ipsos in gradu succedendi præcedebãt, possint uirtute illius consensus succedere, Rimi. hic in 3 not tenet ꝙ non, & quis maius dubium esse dicat, si paciscentes isti essent filij, vel milites inter quos specialiter inducitur, ꝙ hęreditas possit alteri per conuentionem dari, quæ in uim ultimę uolunta. transeat ut per eum, tamẽ quo ad filios quæstio procedere nequit: quia si filij sint, & ab intestato decedat pater, impossibile est alios proximiores agnatos esse, excludentes ipsos filios, quum prima cã sit liberorum. §. sed sui insti. de hęre. qual. differentia, si
69 uerò sunt milites uel alij priuilegiati militat ratio p eundem in præcedenti quæstione assignata, ꝙ condõ. nihil ponit in esse, † & ꝙ ea quæ sunt in conditione non sunt in dispositione. l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. cã test. glo. fi. in l. Lucius. ff. de hęred. inst. ita ꝙ consensus iste conditionatus fuit si hæreditas ad paciscentes perueniret, & sic nisi aliunde eis obueniat ex dicto consensu conditionaliter præsto non habebunt hęreditatem.

Octaua si datur per cautelam Azo. relatam. j. in pe. col. per Aquẽs. ubi fit pactum de, & super bonis defuncti, cui uiuens successit: quia isto casu non tractat' de uniuersali successione viuentis quum possit habere alia bona, sed de successione defuncti, ut patet ex leg. 1. cum ibi not. supra eod. & l. de fid. j. tit. 1. nec istud esset imponere legem uer-

bis

bis secundum Aquens. cōtra Lanc. Dec. quum sit dare rationem diuersitatis de qua supra.

Sed ista non est propria bonaq; lim. ad hūc tex. loquētē vbi fit pactū sub cōdōne, si ille de cuius bonis agit, moriat, ad paciscentes, & illius hæ. ad eosdē paciscentes deueniat, & sic vbi expressè fiebat dispō de hære. viuen. limitatio aūt qn̄ paciscuntur de hær. mortui scd̄m eorum opin. licet in veritate aliud esset. prætereà lex ista locum habet & in dispōne rei particularis, vt hic in fi. l. dē. Et sic in proposito nostro, siue tractetur de vniuersali successione siue de particulari re ex successione obuentura, acquirēda idē est. Nec refert q̄ tractet de bonis & hær. defuncti cui vnius successit, quia adita hær. desinunt esse bona defuncti, & dicuntur bona hæredis, & eius proprium patrimonium. l. sed si plures. §. fi. ff. de vulg. & inst. de hære. qual. & differentia in prin. ibi potius eius hæredis bona &c. cū ac cumulatis per Aret. cons. 161. verum col. pen. & fi. & Soz. consi. 74. lib. 3. ita q̄ non esset disponere de bo. defuncti, sed de bonis viuentis, quod est prohibitum in d. l. j & l. de fideic. bene disponi poterat de bonis fideic. quia dispositio est de bonis agentis & contrahentis sibi saltem debitis post mortem grauati, & militat fauor liberationis.

70 † Nonò limitatur, † vt per Alex. not. in l. si quis mihi bona in §. sed vtrum. col. 5. per illum tex. ff. de acq. hær. videlicet, quando fieret pactum super hæreditate uiuētis illius quem paciscentes credebāt mortuum: quia licet viueret, si postea mortuus sit, & illius bona ad paciscentes sint deuoluta, valebit tale pactū; & erit seruandū per illū no. tex.

71 † Nec prædictis refragatur text. l. nec nos. j. de capti. loquitur. n. qn̄ paciscentes de vita aut morte dubitabant rationem. s. assignaui, nos loquimur quando firmiter ex aliqua iusta causa, vel colorata credebant illum de cuius hæreditate disponebant esse mortuum: & ideò quamuis impetratio beneficij clerici viuentis nō valeat: & impetrans puniatur, id tñ non procedit vt puniatur qn̄ credebat illū esse mortuū, & quia de hoc fortè fama erat. Dec. in consi.

72 398. † Sed limitationi prædictæ vr̄ magis refragari decis. Her. & Aluar. relata, probataq; per Dec. in cons. 144. col. 2. q̄ si Princeps inuestiuerit Sempronium de feudo, quod tenebat Titius credēs Titiū mortuum qui viuebat: nec valet nec habet effectū inuestitura mortuo postmodū Titio, quia ambitiosa, & ad casum suū rescindenda, vt probat.

Sed rñ. pōt q̄ aliud est in gratijs & rescr. gratiosis. in quibus attenditur tp̄s datæ. c. eā te. de rescr. c. si eo tpe, eodem lib. 6. & cle. fin. etiam de rescr. proptereà notanter dicunt Bal. & Aret. in d. §. iussum. col. j. q̄ si alicui conferatur beneficium vacans per mortem talis, vel mandetur conferri, & tempore collationis, vel mandati beneficiatus non erat mortuus, licet posteà moriatur non valebit collatio nec mandatum poterit adimpleri per prædicta, & sic decisio Alex. in propositis optimè procedit per illum text. non est tamen bona limitatio ad hanc l. quia ibi fiebat dispositio tanquàm de & super hær. mortui, non de hær. uiuentis, & sub conditionibus de quibus in text. nostro.

Decimò limi. hic Mod. Tau. col. 18. cum seq. nō procedere dispōnem istius. l. in cōsciētia qn̄ pactum esset factū liberè è psonis habentibus aliàs ptātē contrahendi recto fine, & is de cuius bonis agit verisimiliter consensisset: quia hæc dispō fundata est in præsumptione periculosi euētus & volūtatis dni. & vbi lex est fundata in psumptione, non

73 attendit in foro conscientiæ † qn̄ certū est præsumptionē illā non esse verā, vt p Fel. in c. j. col. 1. de constit. cū si.

Sed vltra q̄ difficilimū esset concurrere omnia prædicta, & probari q̄ ille talis consensisset, hæ pactiones odiosæ sunt & contra bonos mores & sic dicimus quæ rationes non cessant penitus etiam prædictis requisitis cōcurrentibus, ergo nec legis cessabit dispositio.

Vltimò pro limitatione eius quod diximus de pœna amissionis hæreditatis fisco applicandæ pp indignitatem paciscentium pro hær. viuentis, no. est q̄ non procederet

74 in minoribus 25. annis, quibus videtur consultū † ne propter indignitatem hæreditas ab eis auferatur. l. min. j. de his quibus, vt indig. vt post alios dñt Lanc. Dec. Cur. & alij j. in gl. obseruari tex. ille malè concludit in proposito quū loquat in delicto consistente in omittēdo, nos in delicto consistente in faciēdo, quod grauius reputatur iuxta gl. l. si mora. ff. sol. ma. adeò, vt nec remedio in int. rest. minori tunc succurratur. l. auxilium. §. in delict. ff. de min. secundum præfatos, & licet quidam dicant dari, tunc in minoribus in integ res. quia sunt in dolo præsumpto aduersus quem datur prædictis rest. in integ. l. j. in fi. cum ibi no. ff. de eden. & d. §. in delictis loquitur in dolo vero, & in atrocioribus, tamen ex quo talis conuentio reprobata est à iure notorio, dicen. videtur dolum esse verum non præsumptū, vt declarat Ale. in cons. 103. col. 5. ver. nā differt. vol. 1. Præterea, quum aduersus bonos mores, & ius gentium festinauerint iuxta. §. fi. præalle. l. quidam, dolus videtur verus aduersus quem nō datur rest. minoribus, vt post Bar. declarat Ias. in l. j. in §. nūciat. ff. de no. oper. nun. in vl. col.

75 Sextò no. ibi faciebat autem dubit. † instructionem, & modum soluendi propositam q. assignatis videlicet rationibus dubitandi, & decidendi, & verè, vt inquit Bal. in l. si tutores. j. de compen. ille qui non intelligit rationes dubitandi, & decidendi, non potest rectè intelligere intentionem tex. arguendo enim & disputando veritas inuenitur l. munerum. §. mixta. ff. de mun. & hono. & propositæ q. dec. melius iustificata procedit. idcircò excellētium doc. consilia tali ordine edenda sunt, positis prius rationibus dubitādi partis contrariæ, & sic fundamentis partis deinde fundamentis, & rōnibus decidendi, cum solutione argumentorum, quæ in contrarium facta fuere exēplo Imperatoris hic, & iurisconsulti in l. lecta. ff. si cert. pet. & in l. Nesen. apollinaris. ff. de neg. gest. vbi qualitas causæ patitur, intellige aliàs non, vt per Ange. in cons. 347. pater stipulatus in fi. & 267. constitutio vbi propter exiguum salarium paucis rem se absoluere profitetur, vt dicit.

76 Septimò no. ibi & quia iuncto vers. secundum ita q̄ veteres regulas † no. limit. ad l. in tempus. ff. de hæred. insti. de qua dixi circa rationem dubitandi, & decidendi.

77 Octauò no. ex eo. tex. † limi. ad tex. sing. in §. fi. l. diuus. ff. de fals. vt hic per Ias. in 5. no. eo quia conuentio de præsenti turpe continet Deci. tamen in 6. no. tenet contrariū q̄ prohibitum sub vna cōditione, erit etiam prohibitum sub duabus, quia illis purificatis cōsequitur quis lucrū, sicuti vna purificata, qn̄ fuit relictū ascriptū sub vna conditione: ergo ascribēs sibi legatum vel fideic. quamuis sub duabus cond. debet incidere in pœnam illius. l. cor. de fal.

Non obstat glo. d. §. fin. per Ias. alleg. quia transeundo ad aliam lecturam recedit ab illa in qua fundabatur prædicta singularitas.

Sed non est receden. ab eo. quod dixerit Ias. quia illa lectu. de ascripto sub duabus cōdit. vera est, & communiter approbata. nàm Bar. ibi dicit lectu. illā glo. de duabus conditionibus veram esse, aliàs esset diuinatina, & sequit. Alex. ibi in apost. ad Bart. & Roma. quem Alex. ibi, & Ias. hic allegant, & Barb. in cons. 56. col. 3. lib. 4. vbi illum tex. mirabilem & sing. dicit. Nec ob. ratio Decij, de qua resp. secundum Barb. loco præallega. quòd difficile reputatur ambas conditiones posse euenire: ideò noluit lex. tunc legatum vel fideicom. sibi ascribentem incidere in l. Cor. de falsis, imò legatum consequi debere.

Nonò aduer. est ibi secundum itaq; veteres regulas, q̄ secundum regulas iuris antiqui, & noui pactum de hær. viuentis est contra bonos mores, & ideò hæc. l. comprehēdit non solum causas futuras, sed & præteritas, quum fundamentū reprobationis sit de præterito, & consequenter inficiebat ista dispositio & pactiones ante hāc l. factas, &

78 Ideo per hunc tex. † determinat pulchre Abb. in c. fi. col. 4. in 3. membro, & Dec. col. fi. de const. q̄ si constitutio q̄ simpliciter loquit procedit annullando, & cū annullationis sit de præterito, locum sibi vendicat, & in præteritis vt tamen supra in princ. l. dixi, iste text. non vult dicere q̄

de casu istius l. extarent antiquæ regulæ, sed q ex quo hæ pactiones sunt contra bon. mores illas improbant per regulas antiquas improbatiuas pactorum quæ contra bon. mot. sunt, aliàs lex ista non esset noua decisio Iustiniani, vt est secundum ea quæ supra diximus, & quum hæc dispositio annullans huiuscemodi pacta non sit merè positiui iuris, quum sit fundata in ratione naturali, & talia pacta sint contra bon. mor. & ius gentium. §. fi. l. quidam de don. 79 Princeps non posset † contra hanc legem dispẽsare nec disponere per ea quæ scribunt Abba. & alij in c. quæ in ecclesiarum de const. ad text. in c. ne captandæ de concept. præb. in 6. quod in cõtrarium facere videbatur. resp. q loquitur in expectatiua beneficij incerti hominis, vt dixi supra vbi de hæred. certi hominis agitur, bene posset Princeps tollere pœnam confiscationis de qua in d. §. fi. l. quidam, & in l. 2. ff. de his quibus vt indig. quum sit de iure positiuo, & in fauorem fisci introducta; faciunt, quæ post Alb. de Ros. scribit Aquens. in l. si quis maior. j. tit. j. Moder. Taur. hic col. 9. visis his quę in mea prima repetitione edita continebãtur latius super hoc tit. insistunt, & primo volunt q illud ius gentium esset secundarium aduersus quod Princeps rescribere põt, postea q sit primęuum, arg. §. qui in perpetuum. l. j. ff. si ager vectigal. præterea nõ sequi Principem via l. generalis posse tale pactum admittere, ergo & per viam & per modum rescripti, de primo enim habentur scientia & notitia & posset caueri. de secundo non. c. j. de constitut. in 6. ideo maius subesset periculum vitæ, relinquunt tamen cogitandum.

Ego arbitror Principem nec via l. generalis, nec per viã rescripti id posse permittere: quia tales conuẽtiones turpitudinem in se continent, quum sint contra bonos mores & ius gentium. ideò non firmantur iuramento vt visum est supra. lex ergo in contrarium facta nõ esset iusta, & sancta prout esse debet. c. erit autem lex. 4. dist. sed ini- 80 qua & diabolica, ideò non valeret. † Nec etiam rescript. quod à pari potentia procedit vt per Anch. in consi. 404. in col. 1. & Alex. consi. 2. col. pe. vol. j. Nec obstat q aduersus ius gentium secundarium possit Princeps rescribere. §. pe. inst. de iure naturali gentium & ciuili, quia hic non solum contra ius gẽtium, sed etiam contra bonos mores 81 faceret: præterea verum non est q d. §. fi. † loquatur de iure gentium primęuo, quod fuit eo ipso q gentes esse cęperunt naturali quadam ratione, vt obseruantia promissorum, religio in Deum, viri & fœminæ coniunctio, liberorum educatio, defensio, & similia. ista sunt iuris gentiũ primęui quod etiam ius naturale appellatur. cap. ius naturale prima distinct. dispositio. de hæred. viuentis non est de prædictis aut similibus: ergo non est contra ius gẽtium primęuum: sed contra secundariũ, quod succrescẽte hominum malitia ex constitutionibus hominũ emersit: vt declarant Bar. Ias. & alij in l. si id quod. ff. de condit. ind. & mod. in rub. de verb. ob. vbi Lanc. Galiau. fol. 10. & fortu. Garg. in l. manumissiones col. 2. & seq. de iu. & iure & sic dicitur talis conuentio contra ius gentium, i. quod gentes constituerunt: ideo clare appatet illum tex. debere intelligi non de iure gentium primęuo, verum de secũdario, sed vt quid perditio hæc? quid iuuat tantum insu- 82 dare † quum non sit verisimile tale quid vnquam facturum Principem, qui conuentiones contra bonos mores factas odit, detestatur, improbat ac repellit? prout patet hic, & in l. fi. j. si nup. ex rescri. pet. nõ autem comprobat.

83 Decimò no. ibi † nisi ipse forte, q pactum factum super hæreditate viuentis confirmatur, accedente voluntate illius de cuius bonis & hære. agitur, quam materiam latè discussi. sup. in 7. limit. 5. no. sed caueat sibi taliter consentiens, ne incurrat periculum: & ideo Regina Apuliæ quæ noluit consentire Regi Vngariæ, & Carolo sup eius bonis, & successione paciscẽtibus prudens fuit, vt hic per 84 Sal. & Ias. in 6. nota. † accedente tamen consensu Abbat. Monachi non possunt eligere futurum Abbatem: quia tolleretur ius electionis successoribus secundum Ias. hic in 6. no. contra Alb. & Arch. idem voluerunt Bal. in c. bonæ de elect. & præp. in tit. qui success. teneantur in vsibus feud. & sic consentiẽte summo Pontifice Cardinales non possent eligere futurum Pontificem, quia tolleretur ius 85 electionis successoribus. † Nec ipse Pontifex successorem sibi eligere posset: quia effectus confertur in tempus inhabile, quando ipse videlicet non erit Papa. & ita voluit gl. in c. apostolica. 8. q. 1. & probatur in ca. licet deuitandæ vbi omnes Canon. no. de elect. & licet in puncto iuris Deci. ibi disputando contrariam opin. defendat: quia quæ pro parte allegantur sunt de iure positiuo supra quod est ipse Papa. Item quia res non est noua, constat enim aliàs sic fuisse factum per Petrum Apostolorum Principem dum Clementem successorem sibi elegit.

Sed non est receden. à præcedenti opin. quia est verior & communis vt ipse Deci. ibi fatetur, & voluit etiam Brixiensis in suo reper. super verbo Papa. col. 4. Sozin. consil. 146. col. 2. lib. 1. & Car. Alex. in ca. tunc enim 21. dist. quæ opinio & interpretatio esset per longissimam cõsuetudinem approbata, ergo obseruãda. l. si de interpretatione. ff. de ll. & contraria continet rẽ malam, & exemplo perniciosam vt j. dicam, ergo etiam per Principẽ quamuis sit supra ius id fieri non poterit p ea quæ proximè diximus.

Et si contrarium aliquando factum fuisse appateat, casus fuerunt speciales, non trahendi ad consequentiam iustè maximè corruptissimis tẽporibus: imò quod fecerit Petrus confisus in max. sanctitate illius, quem sibi eligebat successorẽ non habuit effectum. nam Clemẽs seu Cletus vir sanctissimus cui tanquam summi Dei amico, & amatori Petrus Apostolicam sedem, & Pontificalem potestatem, quum finem vitæ suæ præsensisset tradiderat, vidẽs hoc esse exemplo perniciosum renunciauit pontificatui, & fuit Canonice electus Linus, quo defuncto Cletus ipse denuo electus vt habetur. 8. q. j. in tribus primis c. cum gl. acceptauit, ergo Cletus pontificatum sibi legitimè canonicèq; delatum & datum sibi per electionem Petri recusauit, præterea Petrus fuit Vicarius, & locum tenens Christi, Vicarius, & locum tenens non potest facere alium Vicarium, & locum tenentem. c. Vicarius. cum gl. de offi. Vica. Bal. in l. 2. §. in perfect. ff. de leg. 3. Card. Alex. in terminis in c. ego Lud. 56. dist. exemplo igitur Cleti viri sanctissimi Spiritusanctoq; repleti, quem Petrus ad suscipiendum talem prouinciam idoneum dignumq; iudicauerat, discamus, concludamusq; Papam per elect. fratrum tm̃ esse post mortẽ summi Pontificis cõstituendũ.

86 Vndecimo no. ex eo text. † q prohibitus de re alicuius disponere, illo volente potest id facere, intellige q̃ consensus facit cessare cãm prohibitionis, aliàs secus per tex. inst. quibus alien. licet in prin. vt hic per Aquens. col. j. ex quo inferri potest ad no. quæstio de qua post Bal. scribũt hic Ias. Dec. & alij, & latius ego scripsi in rubr. 2. eod. tit.

Duodecimo not. ibi ad extremum vitæ perseuerauerit 87 † q consensus præstitus per eum, de cuius bonis, & hæreditate agit, reuocabilis est vsq; ad mortẽ, scd̃m naturã vltimarũ voluntatũ. nam si irreuocabilis esset libera testã facultas in effectu auferret scd̃m Rim. hic, ideò nõ valeret. l. stip. hoc modo concepta. ff. de ver. obl. ex quo patet paciscentibus nullum ius esse quæsitũ, quia tunc reuocari nõ posset. l. fi. ff. de pac. l. id quod nostrũ. ff. de te. iu. vt hic per 88 Pau. de Ca. Ias. & Dec. † imò sufficeret tacita reuocatio disponendo contra formam pacti puta ẽt inter viuos, vt hic per Aquens. in 3. no. Dec. col. 2. & Ancha. in cons. 403. circa fi. vbi dicit q reuocato consensu per illum, qui pacto consenserat, dicitur etiam reuocatum pactum factũ inter paciscentes quod fouebatur à consensu prædicto.

89 Sed alter paciscẽtiũ † vt arbitror nõ posset parte cõtradicẽte à pacto ipso recedere p regul. l. sicut j. de ac. & obl.

90 Et in proposito pulchrè cõsuluit † Dec. in cons. 185. q conuentio facta inter fratres cum iuso consentiente prędãdo, & acquiescendo tertio testõ facto per ipsum patrẽ, & de non inducẽdo patrẽ ad mutandũ testm̃ ea lege,

q si

ꝙ si mutari cõtigerit, id nullius esset effectus, nõ impedit patrẽ mutare testm̃, indeq; posse ipsos fratres succedere secundum formã, & tenorem mutati testã per tex. nostrũ, & alia de quibus per eum ibi, & per Cur. iuniorẽ in consi. 98. vbi idem dicit si conuentio esset iurata, & talem consensum vt patris approbationem esse vltimam voluntatem in genere, quod procedit respectu reuocationis tantum vt dixi. † Sed instat dubium an dispositio istius legis locum sibi vendicet quando consensus præstitus fuit pacto concernenti partem hæreditatis duntaxat, vt pro sibi reuocari possit: sicuti quando est adhibitus pacto totam hæreditatem concernenti; Pro parte negatiua facit quia cessat ratio impeditiua libertatis testandi, quum de altera dimidia testari possit tex. in d. l. stipulatio hoc modo, intelligitur vbi de tota hæreditate agitur: quia nihil de quo possit testari sibi reseruat, secus vbi de parte hæreditatis agitur, ex quo de altera parte testari potest, ita Bald. hic col. fi. & Alex. consil. 29. ad fin. 4. col. vol. 5.

91

Sed pro parte affirmatiua quæ verior est, facit iste tex. in fi. vbi dispositio huius legis extenditur ad contractum rei particularis, & ex quo facta est simpliciter extensio in fi. legis, relatio fit ad omnia præcedẽtia. l. Titia. in §. idem respon. ff. de verb. oblig. & sic ad exceptionem de consensu in hac l. factam, & quòd nec hæreditas nec hæreditatis pars possit reuocabiliter pacto dari, est tex. in l. pac. quod dota. supra eo. & ibi Aquens. col. 3. dicit quòd hoc modo, procedit etiam si de parte hæreditatis sit conuentum quę successionis iure peruenit, vt est ibi casus licet titulo donationis possit transferri, quibus assentitur Dec. in consi. 184. col. fi. dicens verum non esse pacto dari posse partem aliquam successionis, l. hæreditas. ff. de pact. conuen. ad allegata in oppositum respondeo quod loquuntur in contractu donationis: quia tunc consideratur quòd in alia parte libera remanet testandi facultas: fortius attentauit Aquens. infra, super glo. in verbo accommodauerit, quòd etiam reuocabiliter hæreditas pacto dari non potest.

92 † Et per hunc text. & prædicta inferi potest ad plures not. & vtiles q. t. posuit Bald. in c. ad nostram el secundo, col. 3. de iureiur. quòd si filia renunciauerit hæreditati paternæ in manibus patris: & fratrum cum iuramento, solus pater potest disponere, ꝙ non obstãte iuramento filia succedat cum fratribus: quia ad hoc vt tale pactũ valeat, & subsistat, requiritur perseuerantia patris vsq; ad mortem per hunc textum, & prædicta: quamuis Ias. in 10. no. dicat Bal. errare, quum lex nostra nõ loquatur de pacto negatiuo de non succedendo, quod firmatur iuramento c. quamuis, de pact. in 6. sed lex ista loquitur de pacto hæreditatis viuentis, certo modo diuidendæ, quod est contra bonos mores, & nõ firmatur iuramento, vt dictum fuit. Attamen non Bal. sed Ias. ipse errauit vt hic per Aquens. & Decium colum. 1. & 2. & sequitur Ias. sibi cõtrarius in d. l. stipulatio hoc modo, col. 6. versi. pro complemen. etiã quod renunciatio filiæ iurata causam testãdi expressè includeret, quia pater potest iuramentum remittere, idque censetur tacere filiam instituendo: vt etiam ibi per Aquens. colum. 3. versic. tu autem aduerte.

Sed oppositum tenuit Roman. in l. qui superstitis. ff. de acquirend. hæred. sequitur Aquens. in locis supra allegat. eò ꝙ per tale pactum non tollatur libertas testandi patri, cum possit omnes alios habiles instituere, argumento legis cum ita legatum, in prin. ff. de cond. & demonst. item quia cessat ratio prædicta, cum pater videatur super iuramento dispensasse, nam cum iuramentum ipsum sit fratri præstitum, à patre remitti non potest. l. si vnus, in §. ante omnia. ff. de pactis, & hanc opinionem veram asserit quamuis secundum eum in practica cum difficultate cõtra communem obtineretur.

Sed pro defensione communis opin. vide Aret. in d. l. qui superstitis, col. 4. dicentem ꝙ quando renunciatio fit tertio, qui successurum sperat vel eius filio, reperitur tunc votum captandæ mortis: non quidem in renunciante, sed in eo cui fit renunciatio, ideò non valet pactum tanquam contra bonos mores per legem nostram, nimirum si iuramento non firmatur respectu pacti facti cum fratre, nisi accedente consensu paterno reuocabili vsque ad mortem, idem plenius scribit Soz. in consil. 84. vol. 3.

93 Et no. † ꝙ vbi fit renunciatio in manibus patris, & fratrum, videtur pater consentire arg. eorum quæ Sozin. scribit in consil. 1 a 5. col. 2. libr. 4. volens ꝙ vbicunque patres se obligant, aut aliud faciunt in eodem instrumento, vel eodem actu his, quæ gesta sunt adinuicem semper cõsentire uidentur, ideò isto casu renunciatio vel pactum contra bonos mores non dicitur esse, neque votum captandæ mortis inducitur, vt infra per Bart. in 3. quæstione, & forte propter hoc Aret. ibi dixit rationem prædictam potissimè concludere, quando fit renunciatio in manibus fratris, sentiens secus esse quando fit in manibus patris, & fratrum, si verò per filiã facta fuerit renunciatio, & quietatio de bonis maternis in manibus patris adiecta causa quia fateatur sibi solutum, & satisfactum pro portione si bi contingente in bonis maternis, quomodo & qualiter ei, & suis noceat talis quietatio tradit no. Ange. in consil. 59. incipiente quidam, & Deci. in consi. 181. col. 3 in vers. 2. respondet. potest.

94 Et sicut non potest tolli libera testãdi facultas, & † ita nec restringi, l. cum duobus. §. item respon. ff. pro soci. tradit Deci. infra ea. lege col. 8. vbi limitat, & in consil. 188.:

95 Ex prædictis infertur secundo loco principaliter, ꝙ si filia vt quotidie fit, renunciat bonis paternis, maternis, & fraternis cum iuramento, † talis renũciatio respectu absentium, qui non consenserunt, minime subsistet per l. nostram, & ita in ardua quæstione testatur se consuluisse Roman. in d. l. qui superstitis prout refert, & sequitur ibi Aret. col. 4. Soz. consil. 74. col. 2. vol. 3. & Dec. in l. pactum quod dotal. col. 4. versi. 6. limit. j. de col. & in 5. col. uers. in cõtrariũ facit, vbi adducit multa consilia, & ita sępe de iure respondi, & magnũ honorem consecutus sum ex hoc.

96 Est igitur cautela † ut facias patrẽ, matrem, & fratres quorum successionibus renunciatur consentire tali renũciationi per istam legem prout etiam admonet Deci. in locis prealle. & Soz. consi. 74. col. 2. quem pro limita. prædictorum uideas ibi, & in cons. 288. col. pen. & fi. lib. 2. po

cta remissione ingratitudinis, donatio eo pro textu reuo
cari non possit, quando tamẽ donatarius nollet donato
155 rem alere, † poterit saltem cogere eum ad alendum p gl.
d.l.fi. quæ dat donatori ius, & facultatẽ reuocandi dona-
tionem vel cogendi donatarium ad eum alendum, licet
ergo reuocandi facultas per renunciationem sit sublata;
non erit sublata potestas cogendi alere.

Sciẽdũ etiam est, quod si promissum fuerit simpliciter
cũ iuramento de non reuocando donationẽ nõ impedi-
156 retur reuocatio ex causa ingratitudinis, † vt hic per Ri-
min.col.iiij. & latius Cor.consi.102.lib.j. est ergo necesse,
vt procedat limitatio prædicta, quod promittat cũ iura-
mento non reuocare donationem etiam ex causa ingra-
titudinis. Ponit etiam remissiuẽ hic Ias.in v.col. an valeat
pactum inter dominum, & vasallum, ne ipse vasallus pri-
uetur feudo propter felloniam per eum forsitan commit
157 tendam, † de quo ipse latius scribit in prælud.feud.colu.
11. & in l.ij.col.44.nu.142.C. de iur. emph. vbi pariter an
valeat pactum de non expellendo emphyteutam ob ca-
nonem minimẽ solutum, de quibus etiam per Curt. in
tract.feud.j.parte in vij.gene. col. fi. conferunt quæ in si-
mili congerit Dec.in consi.179. & 192.

Vltimò aduerte quòd distinctio Bar. non videtur suffi
ciens, quum non comprehendat caput quando quis pro-
pter delictum successione priuaretur, & efficeretur inca-
pax, prout deportatus, & similes, & pariter non compre-
hendit filium spurium vel naturalẽ, qui propter delictũ
suorum parentum eis prohiberetur succedere, vt hic per
Rim.col.5. supplentem doctrinam Bar. ex prædictis.

Sed dici potest Bar. loqui quando paciscens tale deli-
ctum potest remittere propter quod priuatio inducitur,
vt ex eius lectura apparet dũ citat.l.fi.C.de reuocan.don.
quod nõ erat in casibus prędictis, quia lex prohibet, ideò
pars remittere non potest quod nõ est in sui fauorem in
troductum, vt in l.præcedenti traditur, & consequenter
titulus quæstionis Bart. ad casus prædictos non adaptatũ,
& sic eius distinctio inq. proposita sufficiens fuit; item
prędicti de iure non succedunt, ideo quo ad eos de pactò
conseruandæ successionis non est tractandum.

Secunda conclu. ex dictis Bar. est quòd priuandus iure
succedendi propter aliquem iuris rigorem potest per pa
ctum ius illud conseruare, quãdo secum paciscens potest
eum hæredem instituere. §. fi. instit. de leg. agna. succes.
158 † vbi dicitur quod antiquitus pater emancipando filiũ
perdebat ius succedendi, nisi contracta fiducia emãcipas
set, hodie vero semper intelligitur contracta fiducia, emã
cipasse, secus quando paciscens testando prouidere non
posset c.j.de succes.feud. vbi sicut vasallus de feudo testa-
ri non potest, ita nec pactum facere, quo filiæ successio in
feudo conseruetur arguendo à ratione negatiuè sumpta
non aliter, vt hic per Moder. Tauri.col.20.

159 Quæ conclusio procedit. † etiam dño feudi consentien
te, ne præiudicetur agnatis, ita vult ibi tex. & latẽ Alex.in
consil.150. visis narratis, lib.v. Ias.consil. vij. lib. iij. plenẽ
Dec.consi.269. vbi limit. in habente supremam potesta-
160 tem vt possit filiam inuestire agnatis inuitis, † quod nõ
transit sine dubio quando est illis ius quæsitum ab ante-
cessoribus ex contractu inito cum principe, vt pulchrẽ p
Ias.in consi.233. & 236.lib.ij. & Matth.de afflict. in deci-
sio.regni.112. vide tamen inter consil. Bruni Asten. vnde-
cim prima consilia, Deci.in consil.390. & in consil.498.
colu. iiij. & in consil. 588. Cur.iuniorem in consil.j. &
138. & 171. Pau.de Cast.in consil.162. in præsenti. col.8.
in antiq. & certẽ de consensu imperatoris videtur feu-
dum posse alienari in præiudicium agnatorum nascituro
rum, & quibus nondum est ius quęsitum in re, sed tantũ
in spe, §. naturales. in ti. si de feu. fuerit contro. vt volunt
Brunus Campeg. Cur. & Deci. in locis præallega. non de-
bet tamen princeps, nec consueuit id facere, nisi ex causa
& ideò Illustris. Dux Sabaudiæ quando requiritur licen
tia alienandi feudum propter aliquã necessitatẽ, impar
titur licentiam ipsam alienandi feudum facta tamẽ prius
oblatione agnatis ad formã ducalis decreti: sed insurgũt
quandoq; agnati dicentes vasallum potius ad liuorem, ac
in fraudem, vt ipsos agnatos priuet feudo, velle ad aliena-
tionem procedere, quàm quod verẽ subsit aliqua iusta &
legitima causa alienationis, offerẽtes id se velle iustifica-
re, & interea impediunt feudi alienationem ex princip.
mero rescripto prohibentis alienationem donec de hoc
fuerit cognitum & aliter ordinatum ac dispositum.

Ex prædictis etiam habetis quare agnati qui nõ erant
in rerum natura tempore alienationis feudi, & quibus p
antiquas inuestituras antecessorum erat ius quæsitũ, non
reuocent feuda sæpẽ (vt videtis) per agnatos alienata. id. n.
est propter licentiam domini de alienãdo feudum facta
dicta oblatione, & quia ipsis tunc nondum natis nõ erat
quæsitum ius aliquod in re, sed tantum in spe, cui potuit
derogari.

An autẽ & quomodo possit vasallus de feudo testari,
161 aut vni filiorum relinquere: † variæ sunt scribentium sen
tentiæ. quia incidit, vide Barb.in consi. 66. volu.4. Cor.
consi.198. col.fi.lib.ij. Raph.commen.in consi.62. & se-
quen. Campeg. inter consilia Brun.in consil.11. colum.7.
Præposi. Mediola.in c. j. in princ.in 6. col. de prohi. alie.
feudi per Frideri. Ias.in l.ij.colum. fi. C. de iur. emph. Ia-
cobinum de S.Georg.in tracta.feud. in verb. & cum pa-
cto de non alienando, col.11. & 12. & super verbo sequen
ti col.5. & 6. Cur.in tract.feud.fol.43. Dec. in consi. 194.
162 col.fi. & 239.col.3. & 289. col. j. † vbi attestantur com-
munem opi. esse, patrem non posse vni filiorum emphy-
teusim vel feudum prælegare, ratione ibi per eum assigna
ta. de quo vide etiam Moder. Bonon.in repeti. §. duo fra-
tres fol.pen. aliàs in l. stipulatio hoc modo, fol. pen. ff. de
verb.obli. Ias.in consi.236.col.fi.lib.2. Moder. omnes in l.
Gallus. in §. quidã rectẽ. ff. de li. & posth. Barb. in rub. de
feud.colu.fi. Rui.in consil.7.lib. 2. Zasium germanum in
trac.feu.in tit. de succes.feu fol.63. quæ omnia bene signa
tis ad tex.in c.j.de alie.feu. per Bar. alleg.

Infert ex prædictis Bar. ad quæstionem statuti excludẽ
tis filiam stantibus mascu. vt tempore donationis ius suc
cedendi patri sibi possit reseruare, & dubium non habet
cum ligetur statuto. l. omnes populi. ff. de iustu. & iur. l. le-
163 ges supra de legi. l. nemo potest cum not. ff. de lega. j. † Et
posset etiam inuita dotari ad effectum exclusionis, vt hic
per Ias. colum. vij. & Brunum latẽ in tracta. exclus. fœmi.
stantib. agna. fol.24. ver.12. quæro.

Secundo vult Bar. quòd prohibita succedere ab intest.
164 possit ex testamento succedere † quæ cõclusio est etiam
de indubitabili, quia cũ sint diuersæ successiones vno iu-
re sublato, nõ tollitur aliud. l. si domus ff. de ser. vrb. præd.
imò fortius filia renuncians bonis paternis instituta à pa
tre, poterit postmodum succedere, vt hic per Dec. col.7.
& in 12. not. diximus tales. n. renunciationes & exclusio-
nes sunt stricti iuris & strictẽ intelligendæ, quibus nõ ve
165 nit, nec comprehenditur nisi id quod exprimitur, † d. l.
si domus & l. si vnus in §. ante omnia. ff. de pact. Cal. consi.
5. vbi dicit quod renuncians liti non intelligitur renũcia
re tit. beneficij. Cor. consi. 30. & 120. vbi dicit fieri debere
strictam interpretationem, quia similes renunciationes
fiunt plerunque cum parua causæ cognitione, & ex con-
suet. notariorum apponuntur, vt etiam per Soz. in consi.
106. lib. j. Cur. iuniorem in consilio. 23. & 25. col. fi. Deci.
in consi.419. & 551. Hinc etiam est quòd filia quæ renun
ciauit bonis paternis cum iuramento, successioni dicto-
rum bonorum iuxta. c. quàmuis. de pact. in 6. ad eorũdẽ
successionem venire non prohibetur, quando ex fratris
successione deferuntur, Ale. & alij in l. j. in §. veteres. ff. de
acqui. pos. Benedic. Capra in consi.12. & tradit etiã not.
166 Dec. in l. quoties duplici. ff. de reg. iur. † facit pulchra de
cisio Bald. in l. si. versic. etiam argu. j. ad l. falci. vbi conclu-
dit virum, qui ex forma statuti, certam partem dotis reti
nere potest, si dotem restituere simpliciter promittat lu-

cro

cro ſtatuti renũciare nõ intelligi,de quo plene Dec.in cõ. 402.col.2.vbi etiam ait renũciationem eſſe facti, ideò nõ preſumi,niſi de ea cõſtet.Accedat quod dicitur de fratre 167 † renunciante ſeu faciẽte quietationẽ de omni eo quod petere poteſt in hæreditate paterna:quòd ex hoc nõ impeditur ad feudum vel emphyteuſim venire.Iaſ.in auctẽ. vnde ſi parẽ.in vj.not.C.de inoffi.teſta. Deci. conſi. 495. col.5.Aret.cõſi.3.Iacob.in feu.inueſtit.in verbo, & vnus ex dictis Vaſallis col.2.facit alia deciſio Dec.notab. in cõſil.30.col.pe.& Iaco.in loco præallega. col. vlti. Prædicta tamẽ limita.vt per Dec.in d. l. quotiens duplici. & Iaſ. in d.§.ante omnia circa fin.& Dec.in l.poſtquam liti.col.3. ad fi.vbi alij Mode. in j. & ij. colum. ſupra eod.dicentes, 168 † quòd licet terminus litis ſit æquiuocus ad iuſtãtiã,& ad cauſam l.lite mota.ff.iudi.ſol.l.litis nomẽ.ff.de ver. ſigni.tamẽ quia de propria ſignificatione vocabuli cõprehendit ius,& cauſam d.l.litis nomẽ renunciãs liti etiã iuri & cauſæ renũciaſſe intelligitur.d.l.poſtquam liti.ſed refragatur:quia quando vnum verbum capi poteſt largè,& ſtrictè,& vterque intellectus eſt ſecũdum propriã ſignificationem,ſi ſumus in materia ſtricta debet ſtricta fieri 169 interpretatio.tex.eſt not.in c.Rodul.de reſcrip.†vbi verbum diœceſis,quod poteſt large intelligi vt comprehendat ciuitatem cum comitatu, & ſtricte vt comprehẽdat tantum comitatum,in materia ſtricta capitur pro comitatu tantum,ergo in terminis propoſitis verbũ lis in materia renunciationis,quæ ſtrictè eſt intelligenda,ad inſtãtiam tantum referri debebit.

Reſpondebã aliàs legẽdo d.l.poſtquã liti.poſt Aquenſ. ibi,& Alexan.in l.cauſas vel lites.j. ti. proximo. quod fauore liberationis,& litiũ dirimendarum, fuit inductũ a lege vt talis renunciatio importet nõ ſolum renunciationem inſtantiæ,ſed etiã iuris,& cauſæ:ideò text.d.l. poſtq̃ liti,dicit cauſam finitã nulla iuris rõ inſtaurari pmittit.

Tertiò vult Bar.ſufficere in prædicta reſeruatione cõſenſum patris vel defuncti.quia ſicut poteſt teſtando ſuper hoc prouidere ita poſſe debet paciſcendo, vel tali renunciationi conſentiendo per.d.§.fi.inſt.de leg.agn.ſuc. & approbatur vt hic latẽ per Ia.Cõtrarium tenuerũt hic Bal.Fulgo.& Pau.Imo.Roma.Alc. Aquenſ. in l. ſtip. hoc modo.ff.de verb.obli.vbi Aquenſ.col. antepenul. dicit ita communiter teneri quod requiratur etiam maſculorum 170 conſenſus,mouentur primo.†quia tale ſtatutum factũ eſt fauore agnatorum ſeu maſculorum, iuxtà nota. per Bartol.in l.ij.§. viden ium. ff. ad tertul. ideò pater in cuius fauorem non eſt facta diſpoſitio, non poſſet liti renunciare l.ſi vnus §.ante omnia ff.de pac.ſecundo quia attenta opinione Bart.ſequeretur hæreditatem pacto dari poſſe,contra l.hæreditas.C.de pact.conuẽ. quæ fundamẽta corroborari poſſunt,vt hic per Iaſ. in vj. column. & ad d.§.fin.reſpon. vt ibi per Angel. Aretin. & Roma. ac Iaſ. hic column.5.

Non eſt recedendum ab opi.Bart. quam communem puto,quicquid oppoſitum tenẽtes dicant.Illam enim tenent Ang.& Iaſ.hic Are.colum.3.Mod.peruſi. Hieronymus tortus, Thomas dotius Senen. ambo Decij. & ferè omnes Mod.pap.& Taur.Campe.in trac.dotium in vlti. parte quęſtio 52.& Mod. eſt. in tract. excluſa fœm. ſtan. agn.in 6.principali,articu.in iiij.caſu illius Aretin. in. 13. quæſtione.

Fundamẽtum communis opi.eſt,quia ſicuti pater poterat teſtando filijs præiudicare.d.§.fi.ita paciſcendo, vel conſentiendo tali reſeruationi, vt hic per Iaſo. Deci. & præalleg.facit tex.in l.ſi patronus non aluerat.ff. de bo.liber. Huic fundamento conantur reſpondere Rimi. hic colum.5.& Aquenſ.in d.l.ſtipulatio hoc modo colum.4. verſi.nec obſtat dicentes nõ eſſe bonam cõſequẽtiam pater nõ poteſt filiam nõ obſtante ſtatuto hæredẽ inſtituere,ergo tali pacto per quod filia ſibi ius ſuccedendi reſeruat conſentire,quia ſtatutum bene præfert diſpoſitionẽ 171 teſtamẽtariã quæ fauorabilis eſt†d.l.ſtipulatio hoc modo,& l.j.C.de ſacroſ.ec.ſed non præfert talẽ diſpoſitionẽ inter viuos quæ odioſa eſt, & regulariter prohibita.d.l. pactum quod dotalis.ſupra eo. cui rationi ſtatim patebit reſpon.ex his que dicemus ad l.hæreditas.

Non ob.modo primum fundamentum tenẽtium contra Bart.quia reſpon. ſecundum Aret. hic col. 3. quod licet illud ſtatutum factum intelligeretur fauore maſculorũ nõ propterea quæſitum eſt maſculis ius in re nec ad rẽ quod apparet,quia poſſet pater nõ obſtãte dicto ſtatuto bona ſua cuilibet extraneo dare.Ideo nimirum ſi pater filiæ prouidere poteſt reſeruando ſibi ius ſuccedendi,hocque confirmari poteſt vt hic per Dec. col. 8. & Bru. loco præalleg.ad fi.13.quæſtionis.

Ad ſecundum fundamentum de l.hæreditas,quod pacto hæreditas dari non poteſt,cuius oppoſitum ſequeretur ſecundum opi Bar.Reſpon.poteſt duob.mod.primo quòd fœmina non ſuccedit ex pacto vel ex reſeruatione, ſed de iure communi,& pactum aut reſeruatio obſtaculum ſtatuti ſolummodo tollit,vt hic per Iaſo.col.6. Lan. col,Deci.4.& Brun.loco præalleg.& fuit ſolutio Thomæ dotij ſenen.vt refert hic Lancel. ſicque tale pactum venit ſolum ad conſeruandum ſucceſsionem ab inteſtato, remoto obſtaculo ſtatuti,non autem ad præciſè acquiren. hæreditatem ex pacto quod odioſum, & prohibitum eſt d.l.hæreditas,& l.pactum,& hic in 7. colu. declarat Dec. Ex quo patet ſol.ad rationem Aquẽ. de qua ſupra contra communem opin.nam diſpoſitio inter viuos odioſa eſt, & prohibita,quando per pactum cogeretur quis hæreditatem dare iuribus præalleg.quæ ſic intelliguntur, ſecus quando per tale pactum non datur hæreditas ſed conſeruatur quis in iure,& facultate ſuccedendi ab inteſtato,& non alteratur teſtandi facultas,vt hic loquitur Bart. obſt 172 tamen ſtatim dicẽda,†& quod lex hæreditas nõ procedat quando non tollitur libera teſtãdi facultas:quia paciſcens poteſt nihilominus teſtari,declarat Alex.in conſi. 59.col.j.lib.5.aduerte tamen:quia nullatenus pacto hæreditas poteſt dari etiam quod nõ tolleretur libera teſtãdi facultas,vt per Dec.in cõſi.184.colum.6.& dixi in 12.no, ne teſtamentorum & contractuum virtus cõfundatur contra.l.verba contraxerunt ff.de verb.ſig.vt per Alex. in cõſi.28.colum.2.volu.3.& Dec.in l.licet inter priuatos circa prin.& ibi Iaſ.col.2.ſupra eo.Ideo ſecundo loco reſpon. ad l.hæreditas,vt hic per Iaſ.col.6.& Rimi. 5. quod procedit in extraneis:ſecus in filijs in quibus per viam cuiuſlibet diſpoſitionis,& actus illud fieri poteſt.l.fi.j.fam.erc. & ſic in filijs ſecundum quæſtionem Bar.de ſtatuto nihil obſtat lex illa hæreditas.quamuis Bruno in loco pręalleg. non ſatisfacit ſolut.quia pro tuto non habet inter liberos 173 pacto hæreditatem dari.†Sed dictum commune eſt, & verũ vt concludũt ſcribẽtes in.l.licet.ſupra eo. vbi Aquẽ, col.2.tale pactum non eſſe irreuocabile dicit.quia id fieri nequit.l.pactum quod dotali. ſupra eo. ſed habet vim vltimæ volũtatis prout etiam pactum de quo in.d.l.licet, ſicque non auferiur patri libera teſtandi facultas ex tali pacto,ideo nimirum ſi fauore liberorum pactum ſubſiſtit ſicuti fauore militum in d.l.licet,& conſequenter talis diſpoſitio inter liberos non eſt odioſa nec prohibita, vt dicebat Aquenſ.ſed fauorabilis.

Limita prædicta ſecundum Moder.Bono.in tracta.de dote loco,præalle.vt procedant quando fit talis reſeruatio futuræ ſucceſsionis per fœminam tempore quo dotatur,ſecus ſi fiat ex interuallo,& poſt dotem conſtitutam quia cum maſculis quæſitum ſit ius ſaltem ſpe à iure non improbata,imò à ſtatuto orginem trahẽte nõ poteſt eis auferri.Mod.Alten.loco præal.id reprehẽdunt, quia ſicuti pater poteſt illi ſtatuto derogare condendo teſtamẽtũ & filiam inſtituendo,quia debet poſſe filias ſtatuti obſtaculo remoto habilitare,vt hic per Bart. Quod verũ videtur in filia vt etiam hic in.5.colu. tenuit Rimi. præſertim quia filio hæreditas pacto dari poteſt, vt dictum fuit, ex quo patet ceſſare aliud motiuum Campezij de.d.l. hæreditas

ditas quæ vt dixi non procedit in filio.

Sed si esset statutum, quod stantibus agnatis fœminæ non succedant, & esset vna fœmina proximior, non tamen filia faciens pactum conseruādæ hæreditatis nō sub 174 sisteret, obstante regula d. l. hæreditas † Nec refragatur, quod fœmina tunc ad hæreditatem nō veniat ex pacto, sed de iure communi remoto obstaculo statuti, vt de filia diximus. Quia respō. quòd imò illud pactū est de succedendo ex quo ipsa filia per statutum excludebatur, sicuti in. §. fi. in instit. de leg. agnat. suc. per emācipationē pater filio succedere prohibebatur, quia desinebat agnatus esse leg. tutelas. ff. de capit. dim. de ipsis ergo iudicatur, vt de extraneis, stātibus agnatis, & statuto de quibus supra, vnde per tale pactum diceretur conferri hæreditas contra iura præallega.

Ex quo patet quod fundamentum scribentium de remotione obstaculi statutarij nō procedit nisi in filia, cui pacto hæreditas dari potest, quod est not. & per doc. non tactum licet Mod. pap. post meam repetitionē primo loco in hanc legem editam vnum verbum de hoc fecerint in scriptis suis editis ex post.

175 Quartò concludit Bar. † non valere pactum conseruandæ successionis, quando statutum fœminam nuptam extra territorium excludit ex testamento, & ab intestato, & sic præsupponit Bar. valere statutum quòd filia nō succedat ex testamento neque ab intestato. & quicquid tenuerit Bal. communis est cum Bar. vt hic per Ias. & Dec. col. 7. loco præal. in 3. quæstio. primi art. principalis; Are. hic col. 3. alio fundamento motus sequitur op. Bal. nam pactum de hæreditate petenda ex testamento, & ab intestato nullum est, & non firmatur iuramēto, quia tolleret seu restringeret facultatem testandi, quę debet esse libera, ita Bar. in d. l. stipulatio hoc modo col. 1. ergo pariter in statuto, quia quod nō potest fieri per pactū, non potest etiā fieri per statu. Bar. in l. omnes populi in 4. q. prin. ff. de iu. 176 & iu. sed Respon. † tale arg. de pacto ad statutū nō procedere negatiuè, verum affirmatiuè sic, Ias. plenè in l. non impossi. ff. de pact. & in auct. præterea. colum. 2. in. 5. not. j. vnde vir. & vx.

177 Item dictum Bar. † in d. l. stipulatio hoc modo, nō procedit quum valeat pactum de nō succedēdo etiam ex testamento quia non tollitur libertas testandi si nō potest vnum instituere alium faciat hæredem; vt hic per. Deci. col. 7. per Aquē. in d. l. stipulatio hoc modo. col. 3. vers. & vltimus. vbi Ias. 6. versicu. 2. & subdit vbi etiam contra Bal. dicit patrem posse remittere pactum iuratum; & testari in fauorem illius qui iurauit, de quo etiā per Decium l. pactum quod dotali, col. 5. C. de colla. Affirmatiuè autē bene procedit, arg. de pacto ad statutum, ideò Bar. in fine illius primæ quæstio. arguit æquiparando prædicta, dū ait i casu p̄ scripto statutum valere, patet quia potest id fieri per pactum iuramēto firmatum de quo per eūdem Ias. in auct. præterea, loco præalleg. & Alex. in apostil. ad Bar. in l. omnes populi, col. 8. in additio. incip. aliter statuendo, in ff. de iusti. & iu. Notabis tamen quòd etiam affirmatiuè nō semper procedit dictum arg. quum multa fieri possint per pactum in concernentibus præiudiciū 178 paciscentiū, quæ non possunt fieri per statutum, † vt per Ias. in l. si diuersa col. 1. j. de trāsactioni. Aquens. in repet. l. vt vim, col. 2. & 3. ff. de iusti. & iu. & in l. non solum, in §. morte, col. 3. versic. vnde quantum fide no. oper. nunciā vbi facit mentionem de dictis Fely. in c. constitutus, de re scrip. plura ponit idem Fely. in c. ecclesia S. Marię, colum. 32. ad finem vers. quibus tamen non ob. de constitutio.

Ampliatur conclusio Bar. etiam quod masculi & agnati consentirent, quia statutum de quo hic loquitur Bart. agnatorum fauore non fuit conditum, sed potius publico, ne ab exteris & forensibus possideatur bona intra territorium statuentium existentia, ideo agnatorū consen-179 sus nihil facit ut hic per Aquens. col. fi. † Et de validitate statuti prohibentis in forenses bona alienari, autem si fuerit non est dubitandum per l. vnicam, nō lic. habit. metrocō. lib. 10. C. & l. si. C. de contrahen. emp. late tradit Barb. in consi. 30. & 44. col. fi. lib. 4. & in consi. 43. col. 10. lib. 1. Fely. in c. cum causā, col. penul. de re iudi. Dec. in d. ca. ecclesia, col. antepenulti. & sequ. & in cōsi. 619. 647. & 661. omnes repet. in §. diui. in 3. quæstio. Bar. Sed quando statutum esset factum fauore agnatorum, eis cōsentientib' bene tunc valeret pactum successionis in posterum conseruandæ, vt per Aquen. in d. l. stipulatio hoc modo, colū. 4. ad finem & Brun. in præal. trac. fol. 24. versicu. 13. quæ 180 ro. † Et exigeretur consensus nedum proximiorum, sed etiam eorum qui prioribus exclusis ex successorio edicto admitterentur, vt patet ex nota. per Cur. in trac. feud. fol. 50. versicu. 3. propterea est cautela vt omnium consensus adhibeatur, & superioris interueniat auctoritas iuxta no. per Bar. in l. 2. ff. de iu. immu. faciunt not. per Dec. in l. cū proponas filium. supra eo. ti. & in consi. 323.

181 Dubitari etiam posset † si statutum simpliciter excludat fœminas propter masculos, & non dicat ex testamento, nec ab intestato, an vtranque causam comprehendere videatur testati, scilicet & intestati, adeò vt pactum conseruandæ successionis non valeat, vide Brunum alios referentem & concludentem, quod non in præalleg. tracta. artic. 8. quæstione octaua.

182 Alia instat dubitatio, † pro declaratione conclusionis Bar. quando statutum excludit ex testamento & ab intestato verum talis filia capere possit ex donatione inter viuos? Et videtur quod non. sunt t. n. diuersa capere bona ex cōtractu donationis inter viuos, & acquirere ex testamēto, vel ab intesta. per viā successionis, & ex separatis nō fit bona illatio l. papin. exuli. ff. de minor. & cū sint diuersa, vno sublato nō tollitur aliud, vt supra latè dixi, de quo est decisio regni relata per Matthę. de afflict. in decisi. 350.

183 † Si igitur mens disponentis est indistinctè excludere, locū deberet de donatione inter viuos & alio quouis cōtractu vt in casu Bar. in consi. 72. ex facto & Ias. in d. l. stipulatio hoc modo col. 8. versic. 2. ad idem.

184 Vltimò aduerten. † quod licet filia nupta extra territorium excludatur per statutum ex testamento, & ab intestato, vt Bart. dicit tamen tale statutum non porrigeret effectum ad bona existentia extra territorium statuentium vt per Bar. in l. cunctos popul. col. 12. supra de summa trin. & est cōmunis doc. conclusio quicquid aliqui dixerint, vt latè p Brun. in præalle. tract. articulo 8. quæstio 24. pro qua etiam consuluerunt Dec. in consil. 276. 314. col. fin. & Ias. in consi. 163. cum sequenti lib. 2. quia etiam quod statutum velit id facere, & expresse excludat respectu bonorum existentium extra territorium, id non potest per regulam. l. fi. ff. de iur. om. iud. & tradit Imula. in consi. 127. col. 1. & Dec. in d. l. fi. col. 1. & maximè quando ille de cuius bonis agitur haberet domicilium in loco bonorum. tunc enim expeditum magis est, quod statutum non porrigit effectum ad bona sita extra territorium vt per Bru. alleg. loco præallega. column. 1.

185 † Quid autem si dicta bona cōsistant in nominibus debitorum, vide eundem Brun. in 8. articulo præalle. quæstio. 26. & Iaco. de S. Geor. in trac. de Roydis colū. 5. & in trac. feu. in verbo cum mero, & mixto imperio col. pen.

Inducit postmodum Bar. eius theoricā ad aliam not. 186 quæstionē stante statuto, † quod ingrediens monasterium non succedat. An valeat pactum cōseruatiuum successionis factum tempore ingressus? Pro declaratione ipsius articuli discutiendum prius dicit An valeat statutum disponens quod ingrediens monasterium non succedat. & concludit quòd sic; secus autem si loqueretur de ingressu, vt per oēs, quem communiter improbant scriben. vt pręlatè per Ias. Deci. Rim. & Aquens. Brun. in præalleg. trac. art. 6. in 2. quæstione primi membri vbi latè tractat hanc quæstionē referendo opin. vt per Deci. in c. in præsentia, col. 15. vers. prima facie de prob. vbi et alij. Aho. repet. c.

187 Quædam tamen sunt nota ex dictis. Bar. † & primo quod statu-

statuta quæ sunt cõtra priuilegia clericis concessa puta p l.deo nobis.supra de episcopis, & cler. dicuntur esse contra libertatem ecclesiasticã ideò inualida de quo plenè p Ded.in c.ecclesia S.Mariæ sol.primo de const. & in auct. cassa,& irrita.supra de sacrosan.eccle. Ad declarationem vero d.l.deo nobis,ibi nullo eis obstaculo seu impedimẽto ex sanctimoniali cõseruatione generãdo,vide omnino Ale.in con.139.lib.2.Dec.in consi.114. & 674.

187 Secundò vult.Bar.†quod ingrediens monasterium dicatur laicus sicut viuens moritur,vt inquit glo. per illum tex.in l.qui duos.ff.de manumis.test.& Bald.in l.fin.ad fi. principij.j.de bon.quæ lib.dum dicit in extremis existentem,nec omnino viuere,nec omnino mortuũ esse. Ideo dicebat Pau.de Ca.in §.si peculium ff.de leg.2. magnam esse differentiam inter legatum factum post mortem alicuius vel illo moriente,faciunt quæ tradit Dec.in l.2.§.fi. in 4.col.ff.si cer.pet.& pulchrè.Aul.gelli. c.13. lib.6. noc. attica.querens quãdo moriens moreretur, quum iam in morte esset,an tunc etiam quum in vita foret.& quando surgens surgeret quum iam staret, an tũc etiam quum sederet.& qui artem disceret quando artifex fieret, quum iam esset,an tunc quum etiam non esset, & in proposito nostro dicit,quòd Plato neque vitę id temp⁹,neque morti dedit.idemque in omni consimilium rerum disceptatione fecit.vidit quippe vtrunque esse pugnãs,neque posse ex duobus cõtrarijs altero manente, alterum cõstitui, quæstionemque fieri per diuersorum inter se finiũ mortis & vitæ cohærentiam,iccirco peperit ipse expressitque aliud quoddam nouum in confinio tempus,quod verbis proprijs atque integris repentinam naturam appellauit.

Et quamuis ingrediẽs monasterium laicus dicatur,tamen non valet statutum laicorum disponẽs hoc casu circa laicum,puta quod ingrediens monasterium nõ succe-

188 dat.†secundum communiter doct.contra Bar.quia retraheret quis ab ingressu religionis, quod est à lege prohibitum,& quia proximus religioni pro religioso habet l. pen.cum gl.ff.de milit.testa.secundum quosdam, sed nõ est bona ratio ut per Dec.in d.c.in præsentia col.31.uersicu.quidam tamen.

189 Tertiò vult.Bar.†differentiam esse inter ius quæsitum & quærẽdum,vt in quærendis possit fieri statutum,quod liget clericum,eique præiudicet,secus in quæsitis,hoc latius comprobat Dec.in d.c.ecclesia.col.24.versicu.3.conclusio,& in consi.269.colum. 4. sed non subsistit. cũ laicorum statuta ecclesiæ obesse nequeant, faciendo de ea, vel ecclesiastica persona mentionem,etiam in quærendis, vt volunt communiter doc supra relati Bar. impugnan-

190 tes†& Petrus de Anch.in consi.155.incip. opt. rationibus.& Ale.cõs.211.col.fi.lib.2.& ad declarationem illius not.tex.l.stichus seruus,in prin.ff.de man.testamento alleg.hic per Bar.quòd dispositio conferẽs effectum suum in tempus inhabile non valet,videnda sunt quæ excutiendo rationes dubitandi & decedendi diximus supra.

Quartò Bar.decisa q̃stione se submittit iudicio theologorum,& determinationi Sanctæ materis eccle. & re-

191 ctè,quum male dixerit,vt vidistis supra.† & talis protestatio,ac submissio excusat ab hæresi, & à peccato dũmodo quis sit paratus errorem suum corrigere,Barto.veronen.in cautela 155.incip.bonũ Ias.supra in rub. de summa trini.& Dec.in c.cum.M. ferar. col. 7. de consti. & si-

192 mili protestatione†vsus est Bar.i varijs locis. & fere semper à via veritatis eum tunc deuiasse inuenies, vide eum, in l.sequitur.in.§.si viam.col.1. ff. de vsuc. qñ in arti. ibi examinato submisit se posteà determinationi san.matris ecclesiæ,& theologorum,qui contrarium firmant,vt per Ale.in.consi.185.col.pen.in fi.lib.2.& cons.34. volu. 3. & 119.vol.4.& eundem Bar.in l.rescripto in §.fi.ff.ad municipa.quem reprobant Iasã in l.placet.col.fi.& Purp.22.supra de sacros.ecc.& Dec.in d.c.eccle.col. 23.

Quintò vult Bar.not.concl.quod tantum possit statutum,quãtum pactum iuramento firmatum,de quo diximus,in precedenti,q.in ver.Quarto cõcludit Bar.qui male videtur loqui,dicens valere pactum iuramento.firmatum quod ingrediens monasterium non succedat, qa cõtra bonos mores est.retrahens ab ingressu religionis, ergo.&c.c.non est obligatorium. de re iu. in. 6. §. sed & si præsenti,in auct.de san.epis.& quia vt dixi statutum non

193 valet.†ergo nec pactum,ad quod etiam prima editione illius repet.allegabam in terminis Sozi.in l. 2. col 4. ff. de his quæ pœnæ nomine,& in consil.183.col.fi. facit quæ dicam in sequenti quæstione.

194 De intellectu verò d. §. sed & hæc præsenti † vnde sumitur.auc.nisi,C.ad trebel.vide Fulg. in cõsi. 52. Roma. consi.296.Barb in consi.13.& 20.lib.1.Alex.in consi. 13. col.13.vol.2.& consi.35.vol.3.Cur. in cõs. 18. & 253. vol. 4.Sozi.consi.92.lib.1.Dec.in d.c.in pręsentia.col.25.cum seq.vbi Paris.nu.155.cum sequ.eũdem Dec. in cõsi. 258. & 674.Ias.in consi.212.volu.2.cum alijs quæ adduxi in l. 2.j.de pac.inter emp.in 22.quæstione.

Postremò aduerten.quia,& si Bar.non soluat quæstionem per eum principaliter motam de pacto conseruatiuo successionis tempore ingressus religionis facto,stante statuto exclusiuo,de quo per eum arbitrantem ex decisione alterius quęstionis satis respon.quod vbi valet statutum valeat etiam pactum,& vbi non subsistit statutum, non subsistat etiam pactum,sed vt diximus nec valet statutum,nec Bar.argumento de pacto ad statutum,& e cõtrario concludit, vt vidimus in præcedenti quæstione in versicu.4.concludit Bar.& consequenter data inualiditate statuti,superuacuum est de pacto conseruatiuo successionis aduersus statutum tractare.

195 Secũda principalis quæstio Bar.est,† an valeat pactum de perdendo iure succedendi,seu de non succedendo?tacitò ...sionem negatiuam secũdum Aret.& alios quod nõ valet huiuscemodi pactum l. pactum quod dotali. C. de coll.vbi Ias.col.1.post relatas aliorum rationes hanc assignat,quia à pari procedunt aditio,& repudiatio. l. is potest ff.de acqui.hære.ideò sicuti viuentis hæreditas adiri non potest,ita nec repudiari.l.qui superstitis.ff.de acqui. hæred.& fuit Rimin.hic in vlti.col.quam tamen improbat Dec.in d.l.pactum meliorem assignari posse dicens, videlicet,quòd sicuti hæreditas pacto dari non potest. l. hæreditas.j.de pact.conuen.l.pactum supra.eo.ita nec remitti,argumen.d.l.is potest.facit §.cõditio.l.3.ff.de adimen.leg.vbi secundum Cur.conditio,quę non datur nec etiam adimitur,& fuit Saly.ibi de quo nonnulla, vt puto scripsi in l.1.supra eo.titu.Sed mihi nõ satisfacit, ideo.ni hæreditas pacto dari non potest:quia lex pro inconuenienti & absurdo habet,quempiam pacto,sibi auferre vel restringere testãdi facultatem l.stipulatio hoc modo.ff. de verb.obli.l.pactum quod dotali.supra eodem.l.si fratres, in §.item respon.ff.pro socio.quæ ratio cessat in repudiatione siue remissione hęreditatis,igitur nimirũ si diuer-

196 sa est iuris dispositio,† vbi contrariorum nõ est eadem ratio l.fi.ad finem.ff.de lega.tertio.Aret.instit. de his qui sunt sui vel alie.iur.& Soz.in rub.ff.de acquiren. poss.Prætereà quod ratio Salyc. & Deci. non procedat probatur. nam filijs pacto datur hæreditas vt diximus supra & tñ nõ adimitur.d.l.pactum j.de colla.

Aliam rationem assignat hic Aret.colum.4.per tex.l.si quãdo in §.illud,ibi meritis magis filios ad paterna obsequia prouocandos,quam pactionibus astringẽdos,quam rationem etiam ponderauit.Cor.consi.30.col.3.lib 2.

Sed hæc ratio non est generalis,vt esse debet, quũ text. ille loquatur solũ in filijs & conclusio generalis sit,quod non valeat pactum de non succedendo. Difficile est bonã & realem rationem assignare,quamuis iura sint clara, sed poteris recurrere ad vnã ex alijs quas refert Ias. in d.l. pactum quod dotali,col.prima.

197 Limita primo secundum Bar.hic.†quando pactũ habet mixturam delicti.l.1.in §.si parens ff.si quis à parẽte fue.man.secundum vnam lecturam, quãdo videlicet pa-

ter

ter capit pecuniam à filio pro emácipatione, inita secum pactione de non succedendo. Valet.n.etiã si ille texto.de pacto mentioné non faciat.probat tamen à fortiori. Ias. hic lim.hanc nititur defendere, sed reprobatur per Dec. in d.l.pactum, col.5.infra de collatio. & per Aquens.alia ratione in d.l.stipulatio hoc modo, col.5. quia si capere pecuniam pro emancipatione filij delictum cõtineret sequeretor pactum non debere subsistere.l.si vnus, §.pacta quæ contra.ff.de pac.sed fallit: quia delictũ non est in pacto, sed in receptione pecuniæ secundum opinioné Bart. & aliorum. Item pondera q̃ text.in §.si parens, non fundat se in delicto, nec de eo meminit. Ideo verius mihi videtur, q̃ hic in vlt.col. dicebat Rimin. q̃ pater recipiẽdo pecuniam, à filio emancipationem sibi vendere videtur. Ideò inconueniens legislatori visum fuit patrem ipsum in bonis filij postmodum succedere, prout etiam dicitur in liberto in l.etiam in §.si quis nummos ff.de bon.liberto.vel quia vt dicunt Mod.repeten. in d.l.i.stipulatio hoc modo concepta col.fi. cessat ratio propter quam prætor. contra tabul.patri concessit, de qua in l.j.in princip. ff.si quis à paren.fuere man.quia videlicet per emancipationé consequitur à patre beneficium quærẽdorum bonorum, quæ patri acquisiuisset, si in potestate remansisset. sed quãdo pater filium emancipat accepta pecunia tanti videtur æstimare damnum, quod ex emancipatione sentit, quanta est accepta pecunia, vnde quum nullo incommodo ex tali emancipatione affici videatur, prætor ei denegat bo. poss.contra tab.facit text.l.si ita stipulatio. ff.de bo.liberto.ibi tanti operas æstimare.

198 Secundo limi. † quando paciscens tantum accepisset, quantum erat ius legitimę.d.§.si parens.secundum Bart. hic cum quo alij transeunt, vt Alex.cons.180. cum seq.li.5.Aquens.in d.l.stipulatio hoc modo, col.5.Dec.in d.l.pactum quod dotali, etiam col.5.vbi subiũgit, quod & si iste intellectus sit bonus ad secundum resp. §.si parens nõ quadrat ad primum vbi parens à successione repellitur, quando pecuniam accepit. Ideò ad primum casum dicit esse tenendam solutionem, quòd sit aliud in patre argu.l.scripto.in fi.ff.vnde lib.& fuit Ro.in d.l.stipulatio. Sed bona ratione damnatur ibi per Aquens.in 5.col.quia æquiparantur in proposito pater, & filius accipientes pecuniã pro renunciatione successionis.l.si quando in §.illud, iuncto fine, infra de inoff.test. & sic si parens procedit etiam in pacto à descendente facto, vt per Bal.in consi.45 s.vol.5.& Abb.in cons.116.vol.2. Sed non est verus intellectus Bar.hic ad l.pactum, infra de coll. quòd ibi minus, quam

199 sit legitima acceperit, † sed intelligitur in successione ab intesta.§.si parens in successione contra testamẽtum, vt pulchrè declarat Sal.in d.l.pactum, dicens filiã ibi non prohiberi ab intestato patri succedere, quia tunc vocatur tacito eius iudicio l.si quis cum nullum ff.de iure codici. sed contra testamentum venire nequit, si quantum satis est habuerit, hoc est legitimam, aliàs secus, vt ibi à contrario sensu, vt saltem agat ad supplementum arg.tex.in l.si quando in §.illud j. de inoffic.testam. latiusque infra dicam. Et in §.si parens accepit pater pecuniam pro legitima competentem, vt intelligit Aquens.loco præallegat. quod probatur, quia Iurisconsultus subijciendo alterum casum alternatiue dicit vel postea filius tantum contulerit patri, quantum satis. Ex quo datur intelligi, quod etiã in casu præcedenti de emancipatione pecuniam competentem contulit: quia vna pars alternatiuæ per aliam declaratur.l.vtrum ff.de petitio.hær.l.j.ff.de reb.dub.& po-

200 nitur alternatiua inter æqualia, vel parum distantia † vt per illum text.declarat Soz. in d.l.j.col.j.& consequenter, quòd tantum acceperit pater filium emancipans in primo casu, quantum in secundo post emancipationem, & vbi id, quod datum fuit, esset minus legitima, peti posset illud minus, vt per Alex.in consi.108.lib.5. Alium intellectum ad §.si parens, dedit Corn.in d.l.pactum, col.penu, infra de collat. sed non placet.

Postremò aduertatis quòd procedit ista limita.secundum iura antiqua, secundum quæ sufficiebat habere legitimam quocunq; ti.pap.§.si quis mortis.ff.de inoff.testa. Aliud est de iure nouissimo authenticorum, secundum quod oportet iure ĩstitutionis legitimã relinqui. aliud quoque capit in auct.vt quum de appellat.cogn. ita Bar. ad fi.d.§.si parens. Et post Ro.sequitur Cor.loco præalle. Et Aquens. in d.l.stipulatio, col.5. subiũgens imputari in legitima quod datum fuit, prout etiam consuluit Alex.in cons.180.vol.5.quibus consideratis esset hodie correctus

201 ille.§.si parens. † Sed opposi. pulchrè voluit Alex. in loco præalleg.dicens, quod licet tutius sit ad euitandas opiniones facere testamentum, & iure instit. à patre filio, vel è contrario aliquid relinqui quodque in legitima imputabitur pro remissione hæreditatis datum, tenet tamen post Ang. quod etiam si nihil iure institutionis relictum fuerit non possit testamento querelari, quia exclusus à legitima non est de necessitate instituendus, vt per eum, vnde quum iste qui fecit pactum de non succedendo sit à legitima exclusus non est de necessitate instituendo, ideo præteritus non quærelat.

202 Tertio limitatur † quando interuenisset iuramẽtum per tex.c.quamuis.de pact. in 6.quam lim.restringit quadrupliciter hic Are.alias ponit Dec.in d.l.pactũ.j.de coll. vbi nouẽ modis limitat tex. c.quamuis.vltra cuius dicta, quæ repeten.scribunt in d.c.quamuis.vide Ang. in consi.94.in nouis.Aret.in l.qui superstitis.ff.de acq.hære. Bologni.in cons.35.col.pe.Dec.in l.qui se patris in vlt.no.j.vnde lib.& in consi.206.& 266.& pariter in consi.280.cum sequen.vbi tangit no.illam, & quotidianam quęstionem

203 † de filia renunciante bonis paternis, maternis, & fraternis, vtrum possit ratione enormis vel enormissimæ læsionis, non obstante iuramento contrauenire? quam quidẽ materiam tangunt etiam idem Dec.in consil.616. Ias.in consil.177.lib.2.& 133.lib.4. Cur.iuni. in consil.53.101.& 141. Matth.de afflict.in decisione regni 322.

204 Limi.etiam tex.d.c.quamuis, † vt non procedat quãdo promittit quis iuramento de non succedendo, si monasteriũ ingrediatur, vt per Sozi.in l.2.col.4.ff.de his quæ pœnæ nomi.& in cons.185.& Corn.in cons.272.vol.3.rationibus de quibus ibi per eos Restringendo secundum Soz.in præalleg.consi.col.fin.quando paciscens absolutè, & indistinctè se excluderet siue ingrediatur monasteriũ, siue non quia tunc cessat ratio.d.§.sed & hic præsenti, vt

205 etiam per Cor.præalleg. † Sed nõ aduertit Sozi. (dicunt aliqui) ad aliud, quòd renũciatio collata cẽsetur in tempus deferendæ hæreditatis & sub cond.si renuncianti deferatur: ideò quum reperiatur renuncians religiosus tempore, quo defertur hæreditas deficit conditio, & admittitur monasterium cui renunciatio non nocet, quum sibi immediatè, & monacho lex deferat hæreditatem patris monachi secundum Ioan.Andr.& Cano.in d.c.in præsentia, & dicit Soz.in consi.245.colum.fin. quod ab ista opi. in iudicando non recederet.

206 Sed instant præfati Mod. † quia immo hæreditas monacho immediatè defertur, & media illius persona monasterio quæritur secundum Bar.in l.tutor. ff.de bo.pos. quam opi.tanquam veriorem defendit Sozi.in consil.52.col.fi.lib.4.& latius in repe.l.primæ fol.7.versic.Circa tertiam.q.Bar.ff.de vulg.vbi sequuntur scrib. & vt ait Are.in l.is potest.col.5.ff.de acq.hære. Canonist.opin. est contra tex.in l.Deo nobis.supra de episc.cler.

Sed aduerte quia si renunciatio in tempus hæreditatis deferendæ collata censetur: quo tempore renuncians religiosus inuenitur, videtur dicendum renunciationem monasterio obesse non posse, siue dicamus hæreditatem immediatè deferri monasterio, siue monacho, & inde monasterio media persona monachi, quia oĩs voluntas monachi est in monasterium translata.c.nolo, & c.non dicatis 12.quæst.1.& post ingressum monasterij monachus nullam habet rerũ administrationem.§.illud etiam determina-

terminamus, in auct. de monac. & auct. ingressi supra de sacrosanct. eccles: eius igitur factum non potest monasterio præiudicare.

207 Melius est itaque dicere† quòd quum istud monasterio quæratur propter monachum cum quo transit in monasterium, vt per Bald. in consil. 494. incip, magna est quæstio. ad fi. lib. 5. Monasterium veniens ex persona monachi eius facto stare tenetur, maximè cum veniat tit. lucratiuo, vt per Dec. in lege ex qua persona. ff. de regu. iur. & obligatio monachi ante ingressum contracta in monasterium transit, vt in d. auct. ingressi, traditur, & istud procedit etiam tenendo opin. Ioan. Andr. quæ apud Canonistas est communis, & seruanda in terris ecclesiæ secundum Paris. in d. c. in præsentia. fol. pen. num. 203. cum sequen. quia ratione præscripta renunciatio, & conuentio monachi nocebit monasterio.

Quia tamen periculosum est litigare vbi sunt opiniones doct. tutius est facere dictam conuentionem, & pa-

208 ctum cum consensu monasterij,† quòd in quærédis potest præiudicare, vt per Dec. in consil. 269. col. 4.

Secundo restringitur lim. prædicta quando taliter pa-

209 ciscens est proximus ad ingrediendum,† quum tunc verisimile non sit quod propter pactum ab ingressu retrahatur, vt per Dec. in d. c. in præsentia col. 9. vers. postremo magis in tutum est, vt dixi ad abundantem cautelam facere pactú, & conuentionem cú consensu monasterij.

Duas alias lim. ad c. quamuis poteritis videre per Dec. in consil. 206. & 266.

... de filia, quæ renunciauit bonis paternis cum iura-

210 mento salua legali excheyta,† ponit Guid. Pa. in q. 292. declarans, cuius efficaciæ sit talis renunciatio, & qualiter intelligatur.

Et an pactum initum cum secúda vxore, quod filij ex ea suscipiendi non succedant in feudis valeat, & possit re-

211 mitti per ipsos paciscentes,† ponit Iacobi. de S. Georg. in tracta. feudo. in vlt. colum. Paul. de Cast. in consil. 301. visis impetrationibus in antiquis, & Deci. in leg. pactum col. 5. infrà de collat.

Tertia principalis quæstio Bart. est an valeat pactum de succedendo, & concludit, quòd non, iuribus hic per

212 eum allegatis,† rationem ampliationis, & limi. vide ordinatiè, per Deci. in d. l. pactum quod dotali supra eo. vbi etiam contra communem tenet pactum tale iuramento firmari, sed eius motiuis patet sol. ex his, quæ diximus supra in 5. not. ampliatione prima.

Secundo ex prædictis inferédo concludit Bart. quod si promitto, quod sis meus hæres, vel mihi succedas, aut quod te meú heredem instituam, non valet quod agitur quamuis secus sit si promittam omnia bona mea post mortē

213 meam. & sic vis est in conceptione verborum.† ideo caueant taliter paciscentes, vt consulant peritos, vt per Dec. in l. pactum col. ij. j. de collatio. & in consil. 225. 300. 655. Ias. in consil. 17. col. fin. lib. 3. & consil. 60. in eod. & consil. 173. vol. 4 Cur. iuniorem in consil. 15. & 25. col. fin. & 81. Ruinum in l. j. in §. sed si mihi col. pen. ff. de verb. oblig. & ad declarationem prædictorum vide etiam Dec. in cōsil. 494. col. j. vbi post Bartol. Alex. & alios ibidem relatos concludit, quod sunt certi modi succedendi constituti à iure, vel secundum legem 12. tabu. aut iure sanguinis, vel iure vltimæ voluntatis solennis: vnde infert non valere conuentionem factam inter duos, quod altero præmoriente alter succedat: quia iste modus succedendi non est à iure approbatus.

214 Et si factum sit pactum† quod primogenitus succedat an valeat, & tolli ac remitti possit à paciscentibus, vide, quæ scripsi supra ad fin. præcedentis quæstionis, & decisionem capellæ Tollosanæ 452. cum sequentibus. & Guido Papæ in quæstio. 267. vbi dicuntur valere donationem factam primogenito de tali re, nec posse reuocari. de primogenitura plura scripsi in proce. feudorum. in §. nos verò in vers. discipuli verò.

215 Tertia conclusio quę ex dictis Bar. colligitur est† quòd promissio omnium bonorum suorum post mortem promittentis, dr̄ donatio causa mortis, ex quo facta est mentio mortis, nisi actum inter partes fuerit, quod esset donatio inter viuos, & siue sit donatio causa mortis, siue donatio inter viuos valet. vt hic per eum quem docto. communiter sequuntur. vide Rim. supra in 3. col. Ale. in consi. 14. vol. 1. omnes scribentes in l. quæ dotis ff. solu. matri. Parisium in consi. 26. lib. 2. sed quia Bart. referendo glo. loquitur quando est facta mentio præsentibus; posteà examinando quæstionem non requiritur fuisse mentionem de præsentibus. Dubitari potest an isto casu quādo promisit quis simpliciter omnia sua bona post eius mortem, veniant etiam futura: omnes Moder. concludunt quòd non, per regulam l. si ita. ff. de aur. & arg. leg. quòd ad præsens

216 tempus refertur dispositio.† & in qualibet ordinatione procedit, vt per Barb. in cons. 6. vol. 3. Fel. in c. fi. de constitut. Ias. in l. si pater col. ij. j. de inoff. test. & in cons. 5 lib. 3. & in proposito, quod ad præsentia tantum referatur, vult hoc expressè Bar. in vers. item de fructibus. & licet loquatur de donatione inter viuos, militat tamen eius ratio etiam in donatione causa mortis.

Sed oppo. tenet Alex. in l. stipul. hoc modo colum. 4. & sequen. vers. sed quid si dixi dono tibi. ff. de verbo. oblig. quia agitur de modico præiudicio propter reuocationē, ideo includuntur futura l. fin. C. quæ res pig. obl. pos. pro qua opinio. adducit text. in l. quotiens in §. final. cum glo. ff. de vsufruct.

Non est recedendum à præcedenti opi. per regulam d. l. si ita cum alijs supra allegatis, & j. allegandis, dicat Alex. quicquid velit, optimè in ratione probat, dum ait quia præsens tempus semper intelligitur, & in quæstione nostra est verbum mea, sicuti in d. l. si ita. item in d. §. fi. cum gl. in qua se fundat Alex. oppo. probat, quia in secúda sol. referendo se ad l. si ita, & sic quiescendo voluit gl. futura minimè comprehendi, aliter etiam solui potest illud cōtrarium d. § fi. vt per Bar. in d. l. si ita. col. 2. Nec facilitas, & possibilitas reuocandi concludit quod de modico præiudicio agatur, patet ex d. l. si ita loquēte in legato ad nutum reuocabili. d. l. 3. § fi. cum l. seq. ff. de adim. leg. & tamen ad futura non extenditur & l. fi. prealleg. ponit casum specialem, & singularem ut ibi per Bart. & docto. & Bar. in d. l. si ita col. j. fatetur tamen quòd si facta fuerit donatio causa mortis de omnibus bonis præsentibus, & fu-

217 turis eam validam esse,† vt per Aquens. & Dec. in l. licet supra eo. tit. & per Moder. pap. hic.

Quarto concludit Barto. valere donationem omnium bonorum: quia de præsentibus tantum intelligitur, & de

218 acquirendis in futurum testari poterit;† iuribus hic per eum alleg. latius per Alex. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta col. 4. vers. item in quantum dicit Bar. Christoforo. por. instit. de pupil. in §. liberis in glo. fin. Ias. in cons. 5. col. 2. lib. 3. vbi dicit ab hac conclusione neminem discrepare, ideo in consulendo, & iudicando ab eadem non esse receden. valet itaque in præsentibus; quia in futurum acquirere poterit secundum præsumptionem legis, vt j.

219 arb. tutel. l. si defunctus.† & in l. cura in §. deficientium. ff. de de mun. & hono. & de illis testari, & sic talis donat. non aufert liberam testandi facultatem.

Exornare autem posses illum famigeratum tex. l. si defunctus, vltra superius allegata ex dictis Roma. in consil. 139. col. 2. & 247. & 346. col. fi. Aret. consi. 31. col. 2. Benedic. Cap. cons. 13. Alex. in consi. 82. col. fi. lib. 2. & 127. ad fin. vol. 5. Cor. in l. cum oportet ad fi. princ. j. de bon. quæ lib. Soz. in l. 2. col. fi. ff. de except. Dec. in consi. 175. col. 3. & fi. Ias. in l. decem. col. 8. vers. item propter. ff. de verb. oblig. & auct. ingressi. in 5. no. supra de sacrosanct. eccle. dicentem posse testari qui in præsentiarum nihil habet dú possit habere in potentia, sicque vt hic in 4. col. Bal. ait si con-

220 tingat donantem nihil postea acquirere,† non tñ irritabitur donatio, quia sufficit potuisse habere hæredem.

Intelli-

Intellige prędictam conclusionem Bar. nisi dicta donatio fieret in pœnam reuocantis vel mutantis testamentũ quia videretur auferre liberam testandi facultatem, ideò non valeret. d. l. stip. hoc modo concepta, vbi Bart. & alij. latè cósuluit Alex. in consi. 156. lib. 7. vbi dicit, ꝙ licet hæres nó possit infringere donationem à testatore factam, 221 sed illi stare tenetur, † fallit tamen, qñ facta esset in pœnam mutantis testamentum, qđ intellige in donatione vniuersali, secus in particulari puta alicuius legati, ita cósuluit Dec. in consi. 298. 222 † sed contrarium cósuluit Cur. Iunior. in consi. 56. col. 3. Alex. in præallega. consil. 156. & Parisi. in consi. 69. lib. 3. & verè opi. Dec. est contra text. in d. l. stip. hoc modo concepta in verb. tñ dare spondes. vt ponderat Alex. loco præal. col. fin. erat. n. promissio de re particulari in pœnam non facientis hæredem, & tamé reprobatur, est etiam contra doctrinam Bar. & scribẽtium in d. l. stip. hoc mó, & in alijs locis supra alleg. qui loquuntur de donatione omnium bonorum non expressis futuris, & vt dixi de præsentibus intelligitur, & tamen non valet, ét ꝙ remaneant salua futura, de quibus posset testari, ergo nec pariter valebit donatio alicuius rei particularis, quum nó sit dare rationem diuersitatis, erit ergo eadem iuris dispositio. vulga. l. à. l. 100. ff. de furt. & l. illud. ff. ad l. aquil. Item confunditur consultatio Dec. per text. l. cum duobus. §. item respon. ff. pro soc. vbi nec tollere nec restringere sibi quis póc testãdi facultatem, & respon. Dec. in d. consil. repugnat apertissimè ille text. Qñ tamen talis donatio in pœnam mutantis vel reuocantis testamẽtum esset facta ecclesiæ, & piæ causæ viribus subsisteret, vt consuluit Ias. alios referens in consi. 169. lib. 4. intellige ét prędictam conclusionem nisi in don. omnium bonorũ facta à minore 25. annis vel aliàs indiscreto, & simplici, nó seruata forma, & solennitate Ducalis decreti incip. malitijs lib. 3. in Ditione Sabaudiæ, quia esset omnino nulla.

Contrahentibus quomodo , qualiter & quando licitum sit se inuicem decipere,nu.5.cum seq.vsque ad nu.38.
Geminatus consensus non excludit a beneficio istius.l.nu.8. in 2.ampliat.& nu.71.
Ecclesia cultrix Iustitiæ esse debet.nu.10.
Læsio re ipsa contingens , an & quãdo æquiparetũr deceptioni dolosæ nu.11.
Bonus vir & forus conscientiæ idem sunt,& an liceat bono viro,et in foro conscientiæ licitum sit in cõtractu emptionis & venditio.decipere,in locis praalle.nu.12.cum seq.
Leges diuinitus dicuntur promulgatæ.nu 14.
Theologi iudicant vt Deus iudicaturus esset.nu.13.
Forus contentiosus,& forus conscientiæ differ.etiam secundum canones.nu.22.
Pretium rei verũ & iustum,quod & quale sit , & nunquid consistat in indiuisibili.nu.25.& sequẽtibus, & infra circa fi.nu.252.cum seq. vbi inuenies, an requiratur dici in depositione test. quòd res tanti valebat , seu vẽdita fuisset in foro publico.
Dominium semel iustè quæsitum etiam in foro conscientiæ, non est restituendum. licet superueniat scientia rei alienæ.nu.28.cum seq.
Diuisio dominiorum quando facta fuerit , & quamobrem. numero.19.
Lamech fecit cõuenire vxores suas coram Adam , quia nolebant reddere debitum.31.
Vendere quantum possumus, quando liceat in for.conscientiæ.num.32.
Emptio multipliciter illicita censetur in præcedentibus & sequentibus.
Lex in præsumptione fundata non habet locum in foro conscientiæ,quando veritas est ad oppo.33.
Dolus dans causam contractui,et dolus incidẽs quis sit, quo modo contractum viciet.nu 17.cum seq.& nu.50.
Vendens rem propriam, an & quando præsumatur scire valorem rei suæ.nu.31.
Lex positiua,q̃ñ concordat cũ naturali æquitate, an attendi debeat ẽt in foro conscientiæ nu.20. versic. nec obstat.
Restitutio in integrum omnia in pristinum statum reducit, nu.39.cum seq.
Fructuum restitutio non venit in iudicio virtute nostræ legis intentato,nisi post morã etiam quod læsio fuerit enormissima,nu.40.
Tex.l.officio.cum præcedenti. ff.de contrahen.emptio.declaratur.nu.40.
Remedium & actio ex hac lege competẽs, an habeat duplex caput.nu.41.
Aduersus remedium istius.l.quanto tempore , describatur, nu.41 cum seq.
Actio ex vendito in materia. l. nostra,datur ad rescindendum ipsum contractum venditionis , & ad suipsius resolutionem nu.42.cum seq.
Quæ sit vtilitas quòd competat potius actio , quàm officium iudicis,nu.38.cum seq.vsque ad nu.45.
Argumentum à simi.1 procedit , modo sit similitudo secundum quid.nu.43.
Remedium istius.l.sj.est de iure communi, non de iure speciali.nume.44.
Libellus in quo intentatur officium iudicis aliter capiendus est,quàm libellus in quo actio deducitur,nu.45.
Officium iudicis quantum duret,& quanto tempore illi præscribatur,nu.44.& seq.
Tex.l.fi.C.de tempore.in integ.restit.peta. declaratur & ornatur,nu.44.cum seq.
Præscribitur regulariter in criminalibus , spacio. 20.annorum, nu.46.
Actio regulariter non competit ad suipsius resolutionem. nume.47.
Tex.§.si quis virginẽ.l.ex empto.ff.de actio. emp. quomodo intelligatur.nu.47.

De practica

De practica petendi instrumentum cassari, & cancellari, nu. 48. & 52.

Contractus quando reddatur nullus propter dolum contrahentis, nu. 49.

Doli actio non semper competit, vbi competit doli exceptio, nume 50.

Remedium istius l. non competit cum actione de dolo. nu. 50.

Tex. l. si superstite. C. de dolo pulchrè declaratur, nu. 51.

Possessio non est rescissa, rescisso & annullato contractu, sed venit rescindenda. nu. 53.

Tex. l. cum haredes. ff. de acquir. poss. declaratur. nu. 53.

Emptor & venditor sunt correlatiua, & quando dispositum in vno censeatur dispositum & in alio, nu. 54.

Læsio vltra dimidiam ex parte emptoris quomodo consideretur, nu. 55.

Permutatio est contractus innominatus, nu. 57.

Permutatio beneficiorum ecclesiasticorum in qua læsio interuenit, an rescindi possit remedio istius l. vbi supra proximè. nu. 67.

Locatio in qua contingit læsio vltra dimidiam iusti pretij an possit rescindi beneficio istius l. nu. 58

Diuisio in qua interuenit læsio vltra dimidiam iusti pretij, an possit rescindi beneficio istius l. nu. 59.

Sorte quid dirimere, an & quando licitum sit. nu. 60. cum seq.

Dotis contractus, an & quando data læsione rescindi possit, nu. 6 . cum seq.

Remedium istius l. an locum habeat in contractu dotis. vbi supra proximè.

Mulier an possit omnia bona sua in dotem viro dare, & quando id facere præsumatur, nu. 62

Matrimonium est quædam species seruitutis, nu. 63.

Circumuentio præsupponit calliditatem & dolum, nu. 63.

Mulieri læsa in constitutione dotis qualiter succurratur, nu. 62 cum seq.

Tex l. si res. in §. 1. & l iure succursum. in §. fin. de iure do. declaratur, nu. 63. cum seq.

Dos tripliciter dici potest excessiua & immoderata, nu. 64.

Contractus omnes quantum ad effectum attenta dispositione iuris canonici sunt bonæ fidei, nu. 65.

Doli exceptio quando odiosa dicatur, nu. 68.

Decepto ita prouisum est de exceptione, sicuti de actione, numero. 69.

Stipulatio quando affirmat naturam actus, super quo interponitur, nu. 71.

Transactionis contractus, an & quando rescindi possit propter læsionem per beneficium istius. l. nu. 73. cum seq.

Tex. §. fi. l. Lucius ff ad Treb. declaratur, nu. 74. cum seq.

Ad essentiam transactionis sufficit rem esse dubiam, aliter quàm per litem, nu. 75. & 82

Dubius litis euentus, quomodo æstimetur, nu. 77.

Transactio multis prærogatiuis est condonata. nu. 78.

Si hæc dictio in l posita formam, & causam si importat, num. 78. versi. disputando.

Dolus ex proposito, & dolus re ipsa, an æquiparentur, nu. 79. cum sequen.

Intellect. ad text. cap. cum dilecti. de emptio. & vendi. nume. 82. & 116.

Transactio propriè sumpta requirit litem, vel probabilem timorem litis subesse, nu. 82.

Arbitramentum, an & quomodo æquiparetur transactioni, & plura de arbitramentis 92. cum seq.

Tex l. si libertus. ff. de oper. lib. ornatur. nu. 87.

Laudi iniquitatem allegantis onus probandi incumbit. & qua esse debeat forma libellandi & probandi dictam iniquitatem. & vsque ad quod tempus peti possit, numero. 87. cum sequen.

Iuramentum an excludat à beneficio istius l. maiorem, minorem, mulierem, & rusticum, nu. 91. cum pluribus seq.

Iuramentum habet vim specialis renunciationis, & specifici consensus nu 92. cum seq. & nu 97.

Renunciatio generalis, an sufficiat ad excludendum à beneficio istius l nu. 94.

Prohibitum simpliciter censetur prohibitum alternatiuè. numero 96.

Absolutio à iuramento, an concedatur, vel necessariũ sit data enormi, seu enormissima læsione, & an absolutus à iuramento censeatur absolutus à contractu, num 97 cum seq.

Iuratoriæ religionis non sunt capaces prodigus, furiosus, freneticus & minor. nu 100. cum seq.

Minor annis, 14. doli capax, & pubertati proximus, an obligetur iuramento, vbi supra.

Iuramentum minoris. 25. annis, qui iurauit contractui venditionis non contrauenire, an excludat à beneficio istius. l. nu 103. cum seq.

Authentica sacramenta puberum, quomodo intelligatur. nu. 104. cum seq.

Iuramentum est loco certiorationis beneficij competentis, nu 107. cum seq.

Notario asserenti se contrahentem certiorasse de beneficio competenti, an credatur, nu. præalleg.

Minor qui in contractu iurauit, si sit enormiter læsus, an & quando possit obtenta absolutione à iuramento restitutionem in integ. petere, nu. 109.

Iuramentum tutoris, vel curatoris non tollit minori beneficium restit. in integ. nu. 108.

Minor propter iuramentum tutoris, vel curatoris, an excludatur à beneficio restitu. in integ. nu. 108.

Minor iurans non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia quacunque de causa, an excludatur ab isto beneficio. & si simpliciter iurauerit, quomodo intelligatur iurasse. 110. cum seq.

Iuramentum minoris 25. cum maiorem repræsentat, & nihil plus facit. 11 . cum seq.

Successor singularis, & tertius possessor, an conueniri possit remedio istius l. nu. 113. cum seq.

Libellus in materia istius l. an debeat alternatiuè concludere rem restitui, vel pretium suppleri, nu. 116.

Pretij supplementum in materia istius l. an sit in obligatione, vel solum in facultate soluendi, nu. 115. cum seq.

Tex. c. cum dilecti de empt. & vendi. quomodo intelligatur, nu. 116. & supra, nu. 81.

Actor non tenetur in libello facere mentionem de beneficio, vel exceptione rei, nu. 117.

Lib. alternatiuus, an & quando admittatur. 118.

Mora per debitorem non incurritur, si non declarauit creditor locum sol. fiendæ. 119.

Pignoris ius an resoluatur re à possessore per beneficium istius l. auocata. nu. 130.

Resoluto iure datoris, an resoluatur ius accepteris, num. ibid. cum sequen.

Tex. l. lex vectigali. ff. de pigno. & hypo. declaratur & ornatur, nu. 120. cum seq.

Scienti valorem rei non competit beneficium istius. l. nu. 124. cum sequen.

Scientia valoris & æstimationis rei quomodo probatur. 125.

Clausula dedit quod plus valet, item clausula ex certa scientia, an cessare faciant remedium istius. l. nu. 123. cum seq.

Quæ renunciationes excludant à remedio istius l. num. 126. cum sequen.

Minor eo ipso quod renunciat læditur, nec valet quod agitur, nisi renunciauerit beneficio minoris ætatis & restitu. in integ. cum iuramento. nu. 133.

Renunciatio generalis non tollit beneficium l. nostræ, nisi fuerit appositum iuramentum. nu. 134.

QVAESTIONES IN HAC repetitione examinatæ.

24 *An dispositio ista locum habeat in venditione per procuratorem facta. 166.*

25 *An huc.l.locum sibi pariter vendicet in contractu venditionis factu ex mandato testatoris qui iusserit haeredem tali pretio vendere, nu.167.*

26 *Si rem valentem centũ vendidi pre.59 pacto apposito quòd si non solueris ad talem diem soluas centum aut iustum pretium vsura non est sed pretij augmentatio, pone vetiã fuisse quòd si in festo Pascharum non soluantur iustum suppleatur pretium an locum habeat dispositio ista.168.*

27 *An dispositio istius.l.habeat locum in casu.l. habitationũ. ff de pericul.& commod. rei venden. Quando videlicet quis domum vendidit reseruata habitatione debita libertis, qui paulopost decesserunt, & sic vendita fuit viliori pretio, quàm valeret propter onus habitationis prædicta, nu.169.*

28 *Si venditio non sit perpetua, sed temporalis quadriennio pacta duratura, an locum habeat ista lex dicta lusione, & quid in venditione fructuum, nu.170.cum seq.*

29 *Si emptor thesaurum in re empta inuenerit, an venditor vti læsus possit intentare istud remedium.171.*

30 *An dispositio l.nostræ loquentis de venditione rei locum habeat in venditione spei.174.*

31 *Si vnus ex contrahentibus renunciauerit beneficio istius l. an alter ub eodem remedio pariter sit exclusus, nu.1 6.*

32 *Si deceptio non fuerit in pretio, sed in quantitate rei, citra tamen dimidiam, puta eam fuissent vendita, aut donata centum iugera terræ & minoris mensuræ inuenta fuerint, an & quomodo succurratur læso, licet læsio sit citra dimidiam, & si reperiatur maioris mensuræ, an totum includatur, & quomodò ac qualiter respectu pretij, num. 177.cum seq*

33 *Si infirmus medico suo rem valentem viginti pro quindecim vendiderit, ita quòd non sit læsus vltra dimidiam, sed citra, an dicti contractus habeat remedium aliquod restitutiuam, nu.92.*

34 *An dispositio istu locum habeat, in quasi contracta qui perficitur consensu vnius tantum vt in quasi contractu aditionis hæreditatis, qui hæredis adeuntis tantum voluntate perficitur.nu.·93.*

35 *Quanto tempore præscribatur huic remedio, nu.194.*

36 *An dispositio istius.l.habeat locum in actu liberatorio quando læditur liberans vltra dimidium nu.195.*

37 *An dispositio ista habeat locum in donatione facta à patre filio propter benemerita, ita quòd si benemerita non sint infra dimidiam rei donatæ nequeat donatio rescindi, numero 196.*

38 *An lex ista locum habeat in venditione rerum mobilium. num. 19 .*

39 *Si vendita fuerint plures res, læsio sit in vna vltra dimidiam iusti pretij an & quomodo fiat rescissio contractus, num.197.*

40 *An dispositio istius.l. locum habeat in cessione & venditione actionum, nu.200.*

41 *Si emit fructus alicuius prædij ignorans à tempestate pro maiori parte fuisse prædia deuastatos, an habeat remedium istius l.vel aliud, nu.201.*

42 *An dispositio istius l.habeat locum in contractu emphyteutico, nu.202.cum seq.*

43 *An in contractu feudali, nu.207.*

44 *An exclusus à facultate redimendi rem venditam per lapsum temporis, sit pariter exclusus à beneficio istius legis.nu.22 .*

45 *Si creditor cui ex pacto distrahendi pignus ius fuit illud minus dimidia iusti pretij vendiderit, an possit debitor contra emptorem intentare remedium.l.nostræ. Et an contra venditorem habeat aliquod remedium.211.*

46 *Qualiter formandus sit libellus & petitio in materia istius. l.num.213.*

47 *Circa practicam & modum probandi valorem & æstimationem rei, maxime vt cognosci possit, an actor qui intentauit remedium istius probauerit necessariò requisita ad obtinendum in iudicio intentato, nu 231.*

48 *Vtrum probata æstimatione rei per actorem semiplenè deferri sibi debeat iuramentum suppletiuum, nu 270*

49 *Vtrum venditor ante traditionem rei in terminis l. nostra possit emptorem petentem rem venditam exceptione repellere.271.*

50 *Et vltimò stante statuto vel consuetudine; quòd consors in venditione præferatur si ipse offert decem offerens esse iustum pretium; alius offerat quindecim, quis præferri debeat.nu.27 .*

QVum huiusce.l.materia in palatijs agitetur, & in iudicijs assiduè versetur, nõ errarunt scribẽtes solennem & vtilem eam prædicantes.sapiunt.n.leges, tuncq; fructus ex arbore colligitur, quum praxim redolent, vt volunt Bal. & Fely.in ca.ex tenore de testi. 1 † quæ practica est vera legum intellectrix. In scholis.n. degluttiuntur leges, in palatijs digeruntur, dictum est Bal.solenne, in l.Aemilius.ff.de minor.& in c.1.de feu.sine cul.non amit. Ex assiduo.n.& quotidiano vsu illa cõstat, & experientia facit artem Philo.in prin.Metaphy.rerumq; magistra dicitur. c.q̃ sit.& c.cupientes de ele.in 6.ideò vera interpretatio à practica sumitur, vt post Bal.in locis preall.tradit Dec.in cons.11.col.6.& in cons. 286. col.1.optimum igitur erit omnia apertissimè dirimere iuxta tex l.hn.j.de bonis quę lib.& l.legati.ff.de lib. Diligenter ergo ad hæc nostra aromata, & inquisitiones animos aduertite. Mea quidẽ opera, studium, industria, vigiliæ non deerunt. Clare loquar, ordinatè procedam, superflua resecabo, vtilia non omittã, in diesq; (vt inquit ille satyricus) aliquid decoctius cudã, vñ euaporata lector mihi seruet aure, & voluntarios appetã labores, vt alijs quietem pparem, iuxta text.in auth. vt.diuinæ iussiones, in prin.& in c.1.de restit.spolia.in 6.

2 Quum ex supr. scriptione.l.† validum argumentum sumi possit, vt per gl.in c.quorundam.in verbo prędicat de electio.lib.6.cum not. per Barba.in c.1.de officio lega.& Rum.in consi.153.lib.4. non est enim verbum in iure nostro sine mysterio positum.l..cum gl.ff.quod met.causa. §.quibus supra in prima consti.C.& est tex.in c.si Romanorum.vbi Cardi.Alex.col.2.no.distin.19.

Propterea ex inscriptione solitus sum notare atq; per historias ostendere, quo tempore fuerit condita lex, & qualis fuerit vita authoris, quibus iurisconsultis si Imperator fuit tam in condendis legibus quàm in regimine reipu.vsus fuerit.si verò Iurisconsultus, sub quo Principe vixerit & qualis fuerit vita illius. Quod in proposito nostro obscurum non est, quum Maximiani & Diocletiani Imperatorum nostrę leg s authorũ vulgatissima sit historia, & de illis iam pluribus annis præteritis nonnulla tetigi in repet.l.si emancipati.infra.de colla.idcircò prędictis omissis, Auspice Iesu, in primis colligo vltra omnes ex prædicta l.inscriptione, iuncta præcedenti hic repetita, 3 † posse simul & eodem tempore regnare duos Imperatores, prout faciebant Maximianus & Diocletianus authores legis nostræ, id quod apertius tradunt historiæ.

Ad oppo.videtur text.in c.apibus.7.quæstio.prima ibi in hominibus vnus Imperator, expedit enim reipub. totius orbis vnum esse dominum omnium, & summæ rerũ per vnũ consuli.§. nouissime.l.2.ff. de ori. iur.tradit Philo.in 10.Metaph.quam materiam confusè tetigere.Imo. in l.fi.ff.de hęred.instit. Seuer.in repet.l. cunctos pop. fo. 2.de sum.trin. Cardi. Alex.in c nunc autem. 21. distinct. Archid.& alij in d.ca.in apibus. & Petr. de Monte in sua 4 monarchia. Vos breuiter & melius respondi.† q̃ tempore

nostra

nostræ legis & compilationis. C. imperium dependebat secundum iura nostra à populo Roman.d.§.nouissimè. & l.1.ff.de constitu.prin.non autem ab ecclesia,prout ho die tenemus.vt per Bart.in l.1.ff.de duo.reis immo de fa ĉto ab ipsismet Cæsaribus dependebat, ideo etiā de ipso imperio in testamento disposuisse constat, vt per Sueto. in vita Iulij Cæsar.& in Diocli.c.2.propterea quemadmo dum ipsis Imperato.placebat, imperij consortes assume bantur: & diuidebatur monarchia. Nunc autem quum imperium teneamus ab ecclesia depēdere, Approbatio & Vnctio & Coronatio Imperatoris à summo Pontifice fiant ac dependeant.ca.ad apostolicæ. de re iu.in 6.cle.1. de iureiur. Cardi. Alex.in c.quoniam.10.distin.cum alijs quæ aliàs adduxi in l.2.in vltim:versi. primæ partis de or. iur.consistatque imperium in indiuisibili, vt per Bald.in in rub.procœ.ffortum.in 5.col.vnus tantum debet esse Imperator.d.cap.in apibus.nec consensu ipsius Cæsaris, aut electorum duo possent rectè eligi,vel regnare, quum nō possint tale quid facere propter quod eneruaretur monarchia imperij, vt per Bald. & alios in locis præalleg.& rub. Procœ.instit. etiam traditur: permissione tamen & concessione summi Pontificis ex magna causa,vt aliàs factum legitur id posse fieri, vt per Card.in d.c.nunc autē. Diuiditur hæc lex in tres partes, vt per Bald.vel in duas si bimembrem desideras iuxta l.1. ff.de rerum diuisio. in prima ponitur decisio.in secunda quæ est ibi.minus autē declaratio responsionis.h.d. in summa totum complectendo. Si debitor vltra dimidiam iusti pretij læsus fuerit ex humanitate sibi hæredique eius succurritur,vt vel rem authore iudice restituendo pretium recipiat, vel supplementum iusti pretij si id emptor elegerit.Rationes dubitandi, & decidendi ex glo.1.colligi possunt.figuratio ca-

5 sus ex text.pariter clare patet.Not.ex ipso text.† id quod in summario dictum est & principaliter hic deciditur,quod si venditor vltra dimidiam veri & iusti pretij læsus sit in vend.ex humanitate ei hæredique suo succurritur, vt restituto pretio rem venditam recipere & recuperare possit, seruata tamen electione emptori, vt quod deest iusto pretio supplere valeat & retinere rem, secus quando læsio non transcendit dimidiam concordat tex. in l.si vo luntate.j.eod.quæ post istam facta fuit vt ex fine illius legis apparet.& text.in c.cum dilecti. & in ca.cum causa.de emp.& vend.quę decretales ex dictis legibus extractę fue-

6 re † prout & aliæ & bonæ ex medulla & visceribus legum desumptæ, vt inquit Bald.in l.fin.col.4.j.de ipon.quamuis igitur in pretio empt.& vendi.licitum sit contrahentibus naturaliter se circunscribere & circunuenire.l.item

7 si pretio.§.fin.ff.loca.l.in causæ.la.2.§.si.ff. de minor † Et sic etiam vltra dimidiam secundum rigorem iuris, quia tamen excessus in tanto valde iniquus est, ideo ex huma nitate & æquitate,lex voluit succurrere leso,prout in hac. l.scriptum est,secundum Bal.& Pau.de Cast.hic in 1.col. sed quando læsio est intra dimidiam iusti pretij lex humana noluit dictum rigorem corrigere,non quia id non fuisset iustum, sed ne impedirentur humana commercia vt dictat etiam naturalis æquitas quæ maius bonum minus bono præfert, quod in conseruatione totius humani

8 generis consistit † quæ quidem conseruatio fit per commercia & contractus.l.1.ff.de contrahen. empt.cum alijs quę Phil.tradit in primo Polit.& est cōis sententia etiam theologorum, vt per Are.in d.c.cum causa.col.ante.Si.n. emptionis & v.nd.contractus substantia consideretur quod emptor viliori cumparandi venditor cariori distrahendi votum contrahentes ad ipsum contractum accedant dicemus neq; bonam fidem quæ empt.& vend.conuentionem tuetur pati,neq; rationem vllam concedere contractum ipsum rescindi,aut ab eo posse contrahentes discedere l.si voluntate.j.eo.propterea dicebat Bal.in rub.j.de contrahē.empt.in 11.q.licere emere viliori pretio quam res valeat,quia vendens facit sibi ipsi iniuriam, vnde consequenter non debet de alio ex quo similiter licet contrahentibus vtilitatem propriam procurare, ca.n.est commerciorum conditio vt dixi.vnde Bald.in auth.ad hæc.col.6. j.de vsur.dicebat eo modo quæsita non esse restituenda, sed hæredibus tutò posse relinqui,quia quum acquisitum habeat in se consensum non est naturali iure prohibitū, vt per Cano.in c.quia plerique.de immu.eccl.de quo plenius & aliter.j.dicam. Post absolutum vero contractum non licet secum contrahentem decipere.l. penul.in versi. sancimus.ibi not.per Scriben. supra de pactis.

Ampliatur tex.noster & prędictum not.1.vt per Ias.in l.2.col.58.versic.inter cætera.nu.1-6.j.de iur.emph.& dicemus.j.in 27.q.Secundò ampliatur etiam quòd interue nisset geminatus consensus in cōtractu emptionis & ven. vt per Dec.in consil.60.ad fi.cum allegandis.j.ad fin.5.c. Tertiò amplia vt pulchrè per Bal.in l.1.per illum tex.j.si maior factus & Barb.in d.c.cum dilecti.col.3.

Potest etiam alijs modis ampliari ex hisquæ dicemus. j.in materia maximè in quæstionibus. Limitatur prædi-

9 cta conclu.ex tex sumpta multifariam. Et primo † in vsuris recompensatiuis licitis & hodie etiam permisis,vt rescindatur promissio si vsuræ non sint meritis æquales, & sic paritas dato quòd excessus non sit vltra dimidiam ita contra Saly.limitando hanc.l.nam tradunt Ias.& Decius l.petens.col.7.supra de pac.vbi rationem assignant. & sequuntur alij mod.ego dico quod rescinderetur talis promissio etiam si in obolo excederet, respectu excessus quia cessaret ratio recompensationis propter quam dicta vsu-

ra permittitur. imò non est vsura, & soluta vltra merita etiam ex contractu iurato repeti posset ca.1. & c.debitores de iureiu. Secundò limitatur prædicta conclu.in ecclesia, & ecclesiasticis personis quæ in suis contractibus,

10 † non debent fraudem facere,nec laqueum proximo ten dere.gl.in c.hoc ius.10.q.2.c.1.de aliena.feud.c.de viduis. 37.q.1.c. per tuas.vbi Abb.not.de dona.doct.in c.in ciuitate.de vsur.in cap.cum causa de testi. Barth. Veronen.in trac.de simul.contrac.fol.3.in 2.præsumpt. & Pantaleon Cremēsis hic in 35.col.fuę repet.papyri denigratiuæ quū cursim procedat transplantādo duntaxat dicta aliorum. Sed oppo.verius est & tenen.vt hic per Paul.de Cast.in 2. col.Barb.in cōsil.67.lib.4.Dec.in d.l.pen.in 3.no.& Mod. in c.cum dilecti.col.5.de emp.& vend.quia illa ratio non adhibendi fraudem in suia cōtractibus locum habet etiā in alijs personis, quia dolo aut fraude nō debet quis alium decipere.d.l.si voluntate. & præalleg.versic.sancimus.nec debent esse deteriores clerici quam laici. quam conclusionem indubitati iuris esse puto, quū de hoc iura sint aperta in c.cum dilecti & in c.cum causa.præalle.quæ loquuntur in ecclesia & ecclesiasticis personis, & idem determinant quod l.nostra,omnia tamen intelligenda sunt dolo fraudeque cessantibus vt latè infra dicam. Nec refragatur

11 prædictis † quod læsio re ipsa contingens deceptioni do losæ æquiparetur.l.si quis cum aliter.ff. de verb.ob.sed do losa rescinditur.l.si dolo.j.eo.ergo & illa quæ re ipsa con tingit intra dimidiam, quia arg.claudicat, nec pcedit in læsione citra dimidiam iusti pretij cōtingente,sed solum quæ est vltra dimidiam Abb.in d.c. cū causa.col.2.de emp. & vend.Pau.de Cast.in d.l.si quis cum aliter, & Mod.in c. cum dilecti.col.6.per adducta ibi per eos. Tertiò limitatur prædicta concl. † in quam non curatur de læsione in-

12 tra dimidiam iusti pretij consistente † vt nō procedat in bono viro,nec in conscientia quæ idem est qd bonus vir. vt post Ant.de But. Abba.& Io.de Ana.tradunt Ia.Aquē. & Curt.in d.l.penul.attestantes communem.& Cæpol.in trac.de simul.cōtractuum lo.præall.Dec.cons.111.col.5. Mod. Brixiē.in eorum.4.cautela & Archiepiscopus Flor. in 1.parte summæ ti.3.c.10.vbi de conscientia plenè tractat. Et quod bono viro non conueniat deceptio est glo.famigerata.in l.semper in contractibus ad fin.ff.de reg.iur. cum alijs adductis, per Decium in consi.præallega.col.1. per quam gloss. Ioan.de Ana.relatus per Ias.Deci.& alios præallega. dicit se tractasse quendam contractum cele-

bratum cum quodam episcopo secundum prędictos terminos in loco Ferrariæ, vbi dicit sic consuluisse & obtinuisse dando practicā q̄ taliter visus citra dimidiam iusti ꝑtij faciat positiones cum iuramento, quemadmodum aduersarius qui secum contraxit erat & est de p̄senti bonus vir: qđ verisimiliter conuentus non negabit, & tunc quia bono viro deceptio non conuenit retractabitur, dicit Io. de Ana. contractus, aut emptor iustum ꝑtium supplebit. sequitur simpliciter Cur. in d. l. pe. col. 2. dicens forum conscientiæ in hoc differre à foro cōtentioso, etiam ſm ius canonicum. Sed prædictam limi. de bono viro, reprobant Barb. in præalle. cons. 67. Fel. in c. fi. col. 2. de præsumpt. Dec. in d. l. pen. & in d. l. semper in contractibus, & in c. 1. col. 7. in 3. conclus. Abba. de const. & Anto. Burgos in c. cum dilecti. col. 5. & semper arbitratus sum p̄dictam conclu. Ioan. de Anan. alienam à veritate ac reijciendam. Primò quia dictam glo. præalle. l. semper in contractibus iurę non probatur, ergo &c. vul. l. illam. j. de colla. nec dicit illa glo. supplendum esse in foro contentioso qđ deest iusto pretio. Secundo per tex. in c. cum dilecti. & in c. cum causa præalleg. qui loquuntur in ecclesia & ecclesiasticis personis: quas inter bonos viros non debere cōnumerari sequeretur de necessitate, si diceremus iura ista non habere locum in bono viro. Tertiò quia fateri oporteret dispositionem legis nostræ cum alijs pręall. pro malis esse positam & in bonis viris non hr̄e locum: quod quam absurdum dicere & sentire ridiculum nemo est qui non videat, ideo penitus fugiendum. l. nam absurdum. ff. de bon. lib. c. cum inter. vbi latè Dec. in no. de excep. & asserta practica Io. de Ana. captionem continebat & dictis positionibus tanq̄ captiosis non erat respondendum, vt per Ias. & Dec. in d. l. pe. loco præall. & prius per Felv. in c. fi. col. 3. de præsumpt. vnde merito Barb. in præall. consi. 67. col. 4. dicit salua pace Io. de Ana. Verum non esse q̄ iudicatum fuerit vt ipse testatur, imò in prima instantia illius causæ fuisse oppositum sententiarum, & ſm consilium ipsius

13 Barba. De iure diuino & in foro conscientiæ † qui est animi iudicium, quod soli Deo pertinet, & alijs est absconditum, quū de occultis non iudicent iura d. c. in ciuitate de vsur. & c. à nobis. de sent. excom. in quo quidem foro conscientię non manum, sed cor respicit & interrogat Deus. c. si quid inuenisti. 14. q. 5. propter quod theologi forum pœnitentialem considerantes iudicant, vt Deus iudicaturus esset, sola facti veritate inspecta, ita eleganter Bal. in l. fi. col. 2. j. de iur. delib. & conuenit ac adaptatur forus conscientiæ iuri naturali, vt per Barb. in præall. cons. 67. ad fi. 3. col. Scribentes in hoc articulo varij sunt, & materia periculosa ſm Aret. in d. cap. cum causa. col. antepe. de testi. Dec. in d. l. pen. col. 2. ff. de pac. Aret. in d. c. cum causa. col. vlti. Barb. in præall. cons. 67. Deci. in d. l. semper in cōtrac. & in c. 1. col. 7. in 3. conclu. Abb. & Crot. in c. vt animarū, de consti. in 6. post Inno. Bal. Pet. de Anch. & multos alios tenent talem contractum non esse damnatum, nec reprobatum in foro conscientiæ & contrahentes tutos neq; teneri ad aliquam restitutionem, quia conscientia non est læsa: & quia talem deceptionem permittunt Canones, quorum finis est conscientiæ & saluti aiarum consulere. c. fi. de præscri. & d. c. vt animarum, cum alijs per pręfatos, alleg. & per Curt. in trac. de consue. super. c. fi. in 34. col. nā spiritu sancto suggerente scripti sunt Canones. ca. si quis

14 diaconus. l. dist. in † imò & leges ciuiles diuinitus promulgatæ dicuntur. l. fi. in fi. cum glos. super verbo diuino. j. de præscri. long. temp. l. 2. ff. de leg. ibi donum Dei plene Barba. in consi. 1. col. 9. & pen. vol. 1. & cons. 54. col. 5. in eod. Fely. in c. in omni. col. 2. de testi. & in c. 1. col. 14. de const. vbi Dec. 7. & prima in rub. ipsius titu. & Ias. in l. nemo potest. in 2. lec. in 18 col. ff. de leg. 1. sequitur necessario prædictum contractum de iure diuino nō esse reprobatum, & taliter contrahentes in omni foro humano & diuino tutos esse. Sed Ias. Aquen. Cur. & alij (quos in prin. 3. limit. retuli) oppositum tenent communem ita se habere attestantes, sed hoc maiorē exigit indaginē & discussionem.

15 † Ea pp pro enucleatione facio quatuor principales conclu. p quas materia, vt puto dilucidabit, & clara redde

Prima conclusio in contractu empt. & ven. similibusq; dolosa & fraudulenta deceptio prohibita est, etiam ſm iura ciuilia. l. & eleganter in princ. & §. 1. ff. de dolo. §. in. cum glo. l. item si pretio. ff. loc. & l. pen. in vers. sancimus. ff. de pac. Io. de Ana. in d. c. in ciuitate. col. 4. Aret. & Felv. in d. c. cum causa col. 1. & vlti. de test. Summa Ange. in verb. emptio. Dec. in d. l. pe. col. 2. & Caieta. in summula in verbo emere, & iura permittentia contrahentibus circumuentionem seu circunscriptionem loquuntur de læsione

16 re ipsa interueniente, ex industria negociatiua † non de deceptiua, quæ prouenit ex furtiua rerum occultatione ex falsa ꝑsuasione, ex dolosa dissimulatione, vel ex subiecti corruptione, & sic in substantia qualitate, vel quantitate in quouis foro illicita est & reprobata ſm Bal. hic in 2. col. & scrib. pręalle. dolus. n. suus non debet alicui lucro esse nec fructum ferre. l. itaque fullo. ff. de furt. l. dubium; infra de repud. Estq; adeo legi exosus prædictus contractus empt. & vendi. illicitus q̄ venditio nulla est ipso iure dolo dante causam contractui, vt puta quando non venditurus dolo inductus fuisti ad venden. sed si in contractu inciderit, vt quando ad venden. aliàs paratus minoris vendere inductus dolosè fuisti tenet quidem contractus, sed ad supplementum iusti pretij agitur. d. l. & eleganter cum glo. & Bar. tradunt Abb. & alij. in d. c. cum di-

17 lecti facit. §. si venditor. l. Iuli. ff. de actio. empti. † Et quicquid dicat sum. Ang. in verbo dolus. §. cum pro nono dolus dedit causam contractui, emptor non habet facultatem supplendi iustum pretium secundum Paul. de Castr. hic col. 1. nec mirum, quia vt dixi contractus est ipso iure nullus, adeò q̄ etiam nulla læsione interueniente, volente ac petente decepto per dolum contractus rescinderetur, vt no. in d. l. & eleganter, nullitas enim vel rescissio contractus fauore dolum passi causatur, vt per Abba. in d. c. cum dilecti, col. fin. Quæ conclusio in foro conscien-

18 tiæ clarius procedit, † quia adhibere fraudem ad hoc vt aliquid plus iusto pretio vendatur peccatum est, quia cōtra præceptum charitatis & contra l. iustam fundatam in eo principio quod habetur Math. 7. & in ca. humanum genus. 1. distin. decreti, quæcunque vultis faciant nobis homines, facite & vos illis. Præterea illud quod est contra medium & æquale iustitiæ commutatiuæ iniustum est & peccatum, sed adhibere fraudem, vt aliquid plus iusto vendatur, est contra medium & æquale iustitiæ commutatiuæ, ergo peccatum. Maior patet ex diffinitione peccati quod est in obseruantia mandatorum Dei ſm Theologos. Minor etiam patet, quia defraudans plus habet & defraudatus minus inter quę mediat æquale. Hinc Apost. ad Thessalo. c. 1. & ibi in expositione colligit. Nico. Lyra ne quisquam circumueniat in negotio fratrē suum, quoniam de his omnibus vindex est dominus. Quo ergo ibit anima mercatoris? Secunda principalis conclusio deceptio proueniens ex industria negociatiua, secundum iura præalle. licita est & contrahentes tuti in foro cōscientiæ,

19 † secundum Inno. Bal. Pet. de Anch. Aret. Barb. Dec. præalleg. quæ conclusio quamuis humano iure procedit per iura prędicta, in foro tñ conscientię non procedit, nec est vera. Et decipiens ad restitutionem tenetur, quum de iure diuino non liceat rem suam etiam sine fraude alicui quantum potest vendere, aut quāto minus potest ab alio emere, & proximum in notab. quantitate lædere, quo minus habeat quàm habere debet, vt per Io. de Ana in d. ca. ciuitata, col. 4. Ias. Aquen. & Cur. in d. l. pe. col. 2. attestans cōem, & eundem Cur. in l. ꝓcibus, col 3. ff. de impu. & alijs subst. & Ant. Burgos in d. c. cū dilecti col. 6. sed melius per theologos quorum hæc est farrago. videlicet Scotū in 4. sent. dist. 15. Tho. & Mod. in secunda secundæ. q. 76. cum seq. Augu. lib. 13. de ciuit. Dei exemplificantem in illo qui dedit iustum pretium libri et qui per ignorantiam mi-

nus

mus petierat, & per Caiet.in summula in verbo emere, & in verbo emptio. Faciunt quæ dixi in præced.conclus.de præcepto charitatis, adducendo etiam dictum Apostoli ad Thessal.4.de fratre non circunueniendo. Emptor igi-
20 tur & venditor † secundum ius diuinum & in foro conscientiæ debent esse concordes in voluntate iusta honesta & rationabili ∫m Aug.loco præalle. Præterea emptio & venditio secundum se pro communi vtriusq; vtilitate introductæ sunt.l.s.ff.de contrah.empt.& tradit Philos. Poli.1. quod autem pro communi vtilitate itroductum est nō debet magis in grauamen vnius quàm alterius esse, quod absurdum sequeretur si plus iusto pretio res venderetur. Rursus quia illud quod tollit æqualitatem Iustitiæ cōmutatiuæ iniustum est & mortale secundum præalleg.nisi quid minimum sit, vel indeliberatum, sed qui plus iusto pretio vendit æqualitatem prædictam tollit, quia quantitas rei venditæ mensuratur ∫m pretium datum.d.l.1.ideò si pretium excedat quantitatem valoris & æstimationis rei, vel è contrario, tollitur dicta æqualitas Iustitiæ,quod est peccatum,facit tex.in c.hoc ius,cum gl. 10.q.2. Nec obst.ꝙ dictus contractus in quo est talis deceptio toleretur, permittaturq;.l.canonica, quia non sequitur necessario, ergo & in foro poli vel conscientiæ, vt infra dicam, assignata ratione diuersitatis. Item non repugnant quæ scribunt Aret.in d.c.cum causa, col.fin.& Barb.consi.67.col.3.ſ alleg.ꝙ ex quo lex positiua concordat cum æquitate naturali, attendi debeat etiam in foro conscientiæ,vt per eos.& Abb.in c.quia plerique col.2.& de immu.ecc.& Dec.in c.1.sol.pen.de cōsti.Quia respondetur non esse verum naturalem æquitatem id suadere, imò oppositum dictat.l. nam hoc natura.ff.de cōdi.inde. Ius enim naturale semper bonum est & æquum.c.ius naturale.vbi Cardi.Alex.in 2.col.dist.1. Est enim inclinatio hominis ad bonum secundum naturalem rationem quæ est sibi propria, vt ibidem notant Archid.& Cardi & in principio decreti,quod tibi non vis &c.vt habetur Matt. 7.& de hac naturali æquitate quæ cum iure diuino concordat.c.humanum.1.distin. intelliguntur allegata superius. Iura autem dicentia licere naturaliter contrahentibus in pretio emp.& vend.similiumq; cōtractuum se inuicem circunscribere & decipere, non loquuntur de illa naturali æquitate pura & quæ cum iure diuino concordat, sed de negociantium votis ad vitia & malum per naturam deprauatam inclinatis,iuxta text.in c.omnis ætas.
21 12.q.1.& in c.procliuis.20.q.3.† Siquidem naturale esse dupliciter consideratur, vno modo sicut ex principijs naturæ ex necessitate causatum vt moueri sursum est naturale igni: alio modo consideratur ac dicitur naturale id ad qd natura inclinat,vt per sanctum Tho.in 4.sent.dist. 25.art.1. Emptor ergo & negociator à natura deprauata ad malum inclinatus vili pretio vellet emere, venditor rigido magnoq; vendere, non ꝙ æquitas naturalis & pura id suadeat, imò vt dixi oppo.dictat qa nemo ve.let suum sibi vsurpari, aut aliquid carius quàm valeat vẽdi, vt dicit S.Tho.secunda secundæ.q.77.art.1.Si quis igitur cognoscens gemmam pretiosam de manu rustici non cognoscentis quid teneat vili pretio emat,simile est ac si aurum pro auricalco ab ignorante venditore emeret, ideò peccat & ad restitutionem tenetur, vt per Caiet.in summula in verbo emptio:nisi ambo rei valorem ignorantes fortunæ se committerent. quia bona fides vtriusq; & voluntas commutandi cum incuria discussionis licitè dominium trāsfert.Et similiter secūdum eum si emptor gemmæ pretium cognoscat & moneat rusticum ꝙ sine scrupulo & cum bona conscientia intẽdit emere, dato quòd aureos mille vl.ra pretium datum valeret explicando ꝙ pro donato habeatur, quicquid amplius est vltra pretium conuentum,non vt iniustè emere inquit ex quo dominus rei cum protestatione monitus non curat rem suam discutere, propterea forte quia non emit,sed inuenit, & emptor non tenetur ei explicitè affirmare quantum valeat quum

ab alijs id possit exquirere & scire. Considera tamen si id in conscientia sit tutum, quia non diligit proximum vt tenetur & contra charitatem agit quum id sibi fieri nollet aut accidere iuxta pdicta & notata per Aret.in c.cum causa.col.5.de testi.& alijs in locis.supra alleg. Et hoc maximè in rustico grossolano & alijs indiscretis personis, quia deficeret vnum de requisitis ad faciẽn.ꝙ contractus sit licitus, videlicet ꝙ vẽdens sit prudens.aliàs magna motis leuitas illicitum reddit contractum vt ĵ.dicam. Est er-
22 go differentia † in prædictis etiam ∫m. Canones inter forum contentiusum,& forum conscientiæ,vt sæpe alibi in multis casibus, vt per Fely.& Mode.in c.si de præscrip.& in c.vigilanti col.fin.eodem.tit. Iaco.de S.Georg.in tract. feu.in verbo & promiserunt.col.3.Summam Ange.in verbo lex.§.4.Dec.& alios.in c.quoniam contra.in glo.super verbo negligentia,de proba.& Mode.Taur.in tract.præscrip.in sol.30.q.2.Sed operæ pretium est inquirere ac vi-
23 dere rationem diuersitatis seu differentiæ, † cur in foro conscientiæ talis contractus & deceptio respectu pretij non permittatur,secus tamen in foro contentioso,etiam secundum Canones S.Tho.2.2.q.76.ar.1.& beatus Bern. Sen.in tract.de vsur.sermone.35.art.1.c.2. dicunt humanam legem populo dari in quo multi sunt à virtute discedentes,non autem dari solis virtuosis: ideò prohibere nō posse quicquid est contra virtutem,sed sufficit prohibeat ea quæ humanam destruunt coniunctionem, alia quasi licita habeat, non quia ea approbet, sed quia non punit. sic ergo habet quasi licitum pœnā non inducens.Si absq; fraude venditor rem suam superuendat, aut emptor vilius emat: nisi sit nimius excessus, quia tunc lex humana ad restitutionem cogit iuribus præallega. sed lex diuina quæ non solum datur populo, sed omnibus virtuosis nihil quòd sit virtuti contrarium impunitum relinquit.vnde secundum legem diuinā reputatur illicitum si in emptio.& vend.iustitiæ æqualitas non sit obseruata, plusque habens tenetur compensare ei qui damnificatus est si da-
24 mnum notabile sit † modica enim additio vel detractio æqualitatem iustitiæ non tollit: vt dicunt præalle.theol. Cæpol.loco præalle.& Aret.in d.c.cum causa. col.pen.de testi.latiusque.ĵ.declarabitur. Nec refragatur,ꝙ in c.cum dilecti,& in c.cum causa.de emp.& vend.Canones talem contractum approbent,quando lesio citra dimidiam iusti pretij consistit. ergo non solum impunitum id dimittit,verum approbat.Quia resp.ꝙ lex canonica non approbat ea quæ sunt contra virtutem & sic deceptionem. tamen ne impediantur humana commercia & mortalium conuersatio destruatur permittit contractum, vt licitum quamuis læsio aliqua ex eo emergat de qua ratione prædicta non curauit. Dicit quoque Caieta.loco præalleg.ꝙ emẽs minoris iusto pretio citra medietatem licet de iure ciuili licitè faciat: non tñ de iure diuino, pmisiuè siquidem ait humano iure dicitur id licitum esse citra dimidiam iusti ptij,sed lex domini immaculata est,∫m quam mortale est proximum in quauis notabili re lædere. voluit allegare illud Matth.7.ꝙ tibi fieri non vis & c.& 22. de dilectione proximi quæ dilectio non solum est in corde seruanda,sed etiam opere exhibenda.Iab.c.3.Non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. Cui autẽ dubium ꝙ nollet quis in pretio decipi, aut notabiliter re ipsa lædi: ergo nec ipse aliū eo modo lædere debet. Quia igitur in materia peccati lex cedit Canon.c.fi.cum uo.de præscrip.si læsio fuerit citra dimidiam ex proposito tñ & cum intentione emendi seu soluendi minus iusto pretio reparabilis est in vtroq; foro si cōstat de deceptione aliàs in foro conscientiæ tñ vt per Moder.in d.c.cum dilecti. col.7. Ex quo sequeretur correctam tunc esse dispositionem legis nostræ, ac.l.& si voluntate.cum.l.nō idcirco.ĵ. eo.in foro contentioso, vbi de proposito voluntateq; prędictis appareret, faciunt quæ dixi s.in 1.q. Bar.in relatione secundæ opinionis referendo decisionem Alex.de pręscrip.Ex quando de mente ac proposito prędictis consta-

ret, & ſic de peccato, non procederent. c. cum dilecti & c. cum cauſa præalle. Sed ſolummodò qñ non conſtat, quia lex cano. nõ nutrit peccatum, ſed prohibet quoad poteſt præalle. g. fin. c. vt animarum. de conſti in 6. c. erit autem lex. 4. diſt. & c. non remittitur de re. iur. 6. ſed inſpecto iure ciuili qđ bonum publicum duntaxat conſiderabat, & ille erat finis eius, ſed finis iuris canonici eſt aĩarũ ſalus vt dixi, eaſq; in Deũ dirigere c. cũ cõtingat. cũ gl. de iurei. & poſt Abb. tradit Cur. ĩ trac. de cõſuet. poſito ſuper. c. fi. in 34. col. iõ nimirũ ſi diuerſimodè caſum iura determinãt.

25 Sed pro intelligentia quęro † quod ſit verum & iuſtum pretium rei: omnes conueniunt, quòd ſi à l. vel ſta. ſit taxatum illud erit verum & iuſtum pretium, à quo diſcedere non licet argum. text. in d. cap. erit autem lex. & l. proſpexit. ff. qui & à quibus. ſi verò pretium non ſit certum, neq; à l. aut ſtat. taxatum, tunc iuſtum pretium rei dicetur illud, qđ nunc hic ſub hoc modo vendendi, ſeu emendi cõiter inuenitur, ſiue loquamur de re mobili, ſiue de immobili, ꝗuis in probanda æſtimatione rerum immobilium alius modus, & alia tradatur forma vt ĩ. dicetur res tñ valet, quantum communiter vendi poteſt, & prædictam concluſionem ſequuntur cõiter doc. in l. pretia rerũ. ff. ad l. falcid. in §. ſi quis agens. inſti. ad acti. in §. ſi hæres. l. 1. ff. ad Treb. Cano. in c. 1. de empt. & vend. Cępol. de ſimul. contract. fol 4. Are. & Fel. in d. c. cum cauſa. de teſti. ſumma Ang. in verbo emptio. §. 7. Caiet. in ſummula, in verbo emere. Matt. de Afflic. in deciſio. regni. 316. quæ concluſio probatur clarè in iuribus præalle. videlicet in l. pretia. in §. ſi hęres. & in d. c. 1. Ita ꝙ ſi Romæ puta res aliqua vltro venditioni expoſita, ſiue ſubhaſtando, ſiue per proxenetas non inueniat emptorẽ vltra quinquaginta dare volentem, tñ quia vileſcunt merces oblatæ, tum quia ꝑꝑ penuriam pecuniarum pauci inueniuntur emptores, vel quia re illa non indigent, ſeu habere non curant, tunc iuſtum ꝓtium illius rei in quinquaginta cõſiſtet, nec peccant, qui tali pretio tñ emere volunt. qua ratione quum poſt bella & peſtes, domus & alia prædia exiguo veneant ꝓtio, vel quia rara eſt pecunia, aut non inueniunt emptores, taliter ementes, nõ peccant. pariter tranſeunte aliqua naui res vilius quàm valeant emuntur, quia tunc emptores aliud pretium dare volentes nõ inueniuntur, tale pretium iuſtum cenſebitur, vt per Caieta. loco præalleg.

26 Illud autem ſciendum eſt, † ꝙ iuſtum pretium rei ſm theologos non conſiſtit in indiuiſibili, nec eſt punctualiter determinatum ſed habet in ſe aliquam latitudinem. nam res ꝓciſe decem valere nõ poteſt, ſed plus, minusue parum. verus itaq; valor rei in latitudine iſta conſiſtit. Et ſic magis æſtimatione quadam, quę æſtimatio per cõem opinionem non eſt omnino certa, quum poſsit communis opinio errare, nec modicus exceſſus inæqualitatem iuſtitiæ cõmutatiuę inducit, ideò ad reſtitutionem illius modici quis non tenetur etiam in foro cõſcientiæ, vt per Scotum. & Mod. in 2. q. 15. diſtin. quarti S. Tho. in ſecunda ſecundæ. q. 77. Caieta. in ſummula. in verbo emptio. & Aret. in d. c. cum cauſa, col. fi. de teſtib. aliud eſt ſm Legiſtas, & Cano. ꝓpriè in materia noſtra, ſm quos pretium conſiſtit in indiuiſibili, vt dicetur. ĩ. in 14. q. Tertia concluſio eſt, † læſio contingens citra dimidiam abſq; dolo

27 & propoſito damnificãdi proximum non eſt illicita, nec curatur de ea in foro contentioſo, nec in foro conſcientiæ, vt hic, & in c. cum dilecti & in c. cum cauſa præalle. & eſt communis etiam penes theologos, poſito etiam ꝙ quis ſciat, & cognoſcat veram rei æſtimationẽ non conſtitur in mala fide, quia poſtquam ſemel ſine peccato

28 dominium rei tranſlatum eſt licitè, quamuis inde ſciẽtia pluris valoris rei ſuperueniat, non obligatur ad reſtitutionem, quia conſcientia non eſt læſa, & probatur per ſimile præſcriptionis ſemel completæ, ꝗ malæfidei ſuperuenientia non vulnerat, nec inficit ſm communes opi. doc. in c. vigilanti. & in c. fi. de præſcri. pro qua concluſione vltra theol. in locis præalleg. vide Are. in d. c. cum cauſa col. antepen. de teſtib. Dec. in l. pe. in 3. not. ĩ. de pact. & in c. 1. col. 7. in 2. concluſ. Abb. de conſti. Mod. Tau. in trac. præſcrip. fol. 17. in 9. q. & Mode. in c. cum cauſa. col. 6. & 7. de empt. & vend. Confirmatur eleganter prædicta cõcluſio,

29 † alius tũ exordiendo: dominia rerum non ſunt diſtincta in l. naturæ, neque in l. diuina ita ꝙ aliquid diceretur meum, vel tuum, intelligendo in ſtatu naturæ integræ, ſiue in ſtatu innocentiæ, & ante peccatum ſm theologos, vt per S. Tho. in 1. par. q. 96. artic. 1. Archid. & Cardi. Alex. in c. ius naturale. col. 4. 1. diſt. Deci. in quo quidem ſtatu innocẽtiæ omnes fuiſſent æquales in dominio, & omnia communia, neq; fuiſſet meum & tuum: id quod duabus rationibus ex parte pacificæ conuerſationis videlicet, & ex parte ſuſtentationis, ſubtiliter probat Scotus in 4. ſenten. diſtin. 15. q. 2. ſed ex corruptione naturæ & poſt peccatum per iniquitatem alius dixit hoc eſſe ſuum & alius aliud, ſicq; facta eſt inter mortales rerum & dominiorũ diuiſio, vt dicit text. in c. dilectiſsimis. 12. quęſt. 1. & in c. differt. cum ſeq. quo iure. 8. diſtin. hinc Apoſt. ad Roma. 7. inuenio inquit aliam legem in membris meis repugnãtem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, ideò caſtigo corpus meum &c. præceptum ergo illud de habendo omnia communia, de quo in præalleg. c. reuocatum fuit poſt lapſum primi parentis propter pacem inter mortales habẽdam, quum mali & cupidi vltra quam ſibi neceſſarium foret, occuparent etiam per violentiam, quæ violenta rerum occupatio cœpit à Nembroth robuſtiſsimo venatore, & hominum oppreſſore. c. non eſt peccatum. diſt. 6. & Geneſ. 4. 6. & 8. & tradit Fran. de Maironne, in 4. ſenten. diſtin. 16. Sicque optimo iure reuocatum eſt præceptum de habendo omnia communia poſt peccatum & violẽtam rerum occupationem, & inſtituta politia humanæ imperfectioni cõueniens, ſecundum Ariſt. & præalleg. Archid. & Cardi. Alex. in c. ius naturale. col. 5. diſtin. 1. & in c. differt. aliàs diſtin. 8. & ſic lege humana,

30 † conſuetudine, vel iure gentium actualiter facta diuiſio, vt in iuribus præalleg. dicitur, iure tamen diuino poſt deſtitutam naturam, & peccatum primi parentis, fuit diuiſio rerum, ac proprium, & dominia, iuxta præceptum decalogi alienam rem non concupiſces, tradunt gloſſ. & docto. in d. c. ius naturale. vbi Cardi. Alex. col. 5. poſt Scotum & alios theologos, ponit de Abraham & Loth primis parentibus, qui habuerunt dominia & diuiſas poſſeſſiones, traduntq; 4. Geneſis in expoſitione addita de La-

31 mech, † qui ſuas vxores conuenit coram Adam, qui erat pater & iudex eorum, quia debitum ei reddere nollebãt, ex quibus apparet, quòd etiam ante diluuium erant iudices & dominia, propriaque poſsidebant poſt peccatum. Creſcente verò hominum malitia, per conſuetudinem, & l. humanam, deducta præcipue ad actum & approbata vxorum, filiorum, dominiorum, cæterarumque rerum diuiſio. Meum ergo & tuum, & dominium proprium modo ſupra declarato inſtitutum eſt. l. humana. in naturali l. fundata, & ſic in propoſito tranſlatio dominij non obſtante læſione prædicta, abſque animo decipiendi proximum, contingente auctoritate. l. iuſtè facta, iuſta eſt, ita vt non poſsit inde infringi. ſi enim lex iuſta potuit prima dominia, meumque & tuum determinare, quum habeat eandem auctoritatem poſt diuiſionem dominiorum, quàm antea, per eandem cauſam, & eundem finem poteſt iuſtè transferre dominium in me, licet alteri fuiſſet appropriatũ, & ita fieri de tuo meum, & ècontrariò, ex quibus apparet concluſ. tertio loco factam iure optimo, ſancteq; procedere. Quarta concluſio contractus emptio. & vendi. illicitus eſt in foro conſcientiæ quando læſio procedit ex ignorantia, aut leuitate mentis aperta, ſiue præſumpta, vel ex qualibet magna neceſsitate, ex quibus cognoſci poſsit contractum non procedere ex mera & gratuita voluntate. nam talis læſio quæ conſiſteret in emendo, aut vendendo pluris, minorisue, non ſolum eſt contra iuſtitiam, ſed contra charitatem & pie-

tatem,

taté, licet ex vtriusq; partis voluntate ꝓcedere videatur.

32 Prædictis autem cessantibus † licitum est etiã in foro conscientię quantum possumus vendere, fraude coactione,& ignorantia cessantibus,modo ille q plus debito vendit,aut emit,donare posit argu.text.in ca.2. de donatio. quod.n.vltra est,vel deest, videtur donatum arg.text.in l. donari.ff. de reg.iur.l.campanus.ff.de ope. liber.l. & cum donationis.ff.de contrahen.empt.nam scienti & consentienti non infertur iniuria, neq; dolus.l.cum donationis supra de transa.l.venditor cum glo.j.eod.c.scienti de reg. iur. in 6.tradunt Abba. & alij in c.quia pleriq; de immu. eccles. Mod.in d.c.cum dilecti.col.5.& seq. Quam quidẽ conclusionem firmat Cæpol. post alios per eum relatos in tract.de simul. contract.fol.3.& 4. post Tho. Scotum & alios theolog.summa Ang.in verbo emp.§.vij. Caie.loco præal.quę nota ad limi.eorum,quę in secunda conclusione dicta sunt, in vendente rem alienam præsumitur ignorãtia æstimationis rei.l.si.ad si.ff.pro suo,secus in vendente rẽ propriam, quia eius æstimationem præsumitur scire.l.quisquis.j.eo.præterquã in muliere,minore, rustico,& prodigo,in quibus scientia ęstimationis rei nõ attribuitur liberalitati sed eorum facilitati; nisi essent sagaces personæ, quia in tribus pręscriptis pręsumeretur simplex donatio,secundum Bal.hic,& præalleg.faciunt quę de rustico squadrato scripsi, in l.si quis maior.C.de transac.

Item non procederet ꝙ de vendente rem propriam dixi,quando constaret rem ad venditorẽ ex inuentione aut successione,vel alio modo peruenisse,& illam incõtinenti distraxisse,& sic notitiam æstimationis rei nõ habuisse, nec in foro conscientię,quando appareret,venditorem.s. veram noticiam rei suæ non habuisse, quia regula l.quisquis.j.eo.fundata est in pręsumptione,quę non habet locum conscientię,& animæ,† quando veritas est ad oppositum,vt per Soz.in l.Gallus.in §.idem credendum.col.2. ff.de liber.& posth.Aret.in c.cum cã.in vltima char.de testi.& Ant.burgos.loco præalleg. Not.est etiam circa prędictum.3.requisitum liberę voluntatis,quia si ex necessitate quis emit,aut vendit, quamuis sciat verum pretium, & æstimationem rei,recipiens non est tutus conscientia, sed ad restitutionem tenetur secundum præfatos docto. quia in necessitatibus nemo liberalis existit.l.rem legatã. ff.de adim.lega. siquidem necessitas excludit rationẽ voluntarij,secũdum theologos & habetur in summa Ange. loco prælle. Sed obst.videtur primò text.in l.non idcirco.j.eod. vbi dicitur necessitatem rei familiaris non facere, vt venditio ratione minoris pretij rescindi posit. Secundo obstat quod scribit loco pręalleg.Caieta.pretium non reddi iniustũ ex causa, puta quia necessitate ductus, ac per hoc non vendit voluntariè,quia inopia qua ad vẽden. quis cogitur venditionem non reddit inuolũtariã, vt verbo suo vtar.alioqui etiam si rigido magnoq; pretio quis venderet, coacta redderetur venditio,quòd à veritate est alienum.Respon.ad primũ,ꝙ procedit in foro contentioso secundum l.ciuilem, non in foro conscientię ꝑ prędicta : at secundum procedere quando pretium iustũ fuit,nec in illo contigit,deceptio,& si ex necessitate venditio facta fuerit. Cõmuniter.n.venditiones fiunt ob necessitatem, & sequeretur absurdum, maximumq; inconueniens, aliàs dictos contractus emptio.& vend.& illicitos esse,& in foro conscientiæ damnatos etiam quando pretium iustum esset. Sapit igitur opin.Caie.modo prædicto declarata.†

34 Infertur ex prædictis vnum aliud valde not. quòd ad hoc vt prædictus contractus emp. & vend. citra dimidiã iusti pretij celebratus licitus sit in foro conscientię,requiritur quòd contrahentes non inducãt propter nimiam affectionem ad cõtrahendum, plus minusùe dandum, quia tunc contractus non procedit ex mera voluntate, & cessante coactione, ita etiam Cæpol. loco præalleg. exemplificans in libris,auibus,similibus,aut quæ res fuit maiorum suorum,argu.tex.nota.in l. si emp.ff.de minoribus. & l.libertus qui soluendo non erat.ff. de bonis quæ lib. Vel quando cupit quis ampliare domum, aut viridarium facere,iuxta ipsam domum , aut campum vicinum propter magnam commoditatẽ acquirere, quod facere sæpè interest, etiam supra iustam æstimationem l. si cui fundus.ff.de leg.2. secundum ll.ciuiles licitum esset maiori pretio vendere; sed aliud est in foro conscientiæ, quia contra charitatem,& pręceptum de dilectione proximi. Item quia affectio,aut commoditas prædicta non permittit illum affectũ in vera animi libertate consistere, sed magis necessitatem quandam inducit pluris emendi. Concurrit alia subtilis rõ reddens talem contractum in foro conscientiæ minus tutũ,quia licet mea intersit propter commoditatem vel opportunitatem, aut affectionẽ pluris emere , aut accipere,proximus & vicinus nõ debet commoditatem,vel opportunitatem,quę mea est nõ sua mihi vendere,sicuti dicitur in vsurario mutuante, qui vltra sortem nõ debet quicquam accipere pro re mutuata, quę illius est,cui mutuo data fuit,& si aliquid vltra daretur,vsura esset,quia de re sua solutum,secundum theologos relatos per Cæp.loco prælle.fol.4.col.1.& pulchrè ꝑ Are.in c.cum causa.col.pen.de testi.& Io.de ana.in c.in ciuitate col.5.de vsu.dicentes & in via theologorum, quòd si emptor multum ex re quam emit , iuuatur, & vendens non damnificatur vltra communem rei æstimationem , non debet eam vtilitatem emptori vendere,quia non est sua, sed emptoris,licet ẽt in foro conscientiæ posit ei vẽdere damnum & interesse qđ incurrit ex vẽditione , puta equi vẽditor sentit damnum, vel interesse solidorum centum, licet equus non valeat,nec cõiter ęstimetur plus solidis quinquaginta,põt ipsum centum vendere,quia venditor per hoc ꝙ vendit equum per accidens incurrit tantum damnum , & illud totum erit iustum pretium equi, secundum omnes doctores nostros,& theologos . Ille tamen qui ex re, q̃ emit plurimum iuuatur , potest sponte, & mera voluntate vltra commune pretium supererogare,quod ad honestatem pertinet secundum pręallegatos, & id bona consciẽtia accipitur,& retinetur.quæ no.sunt. communiter enim contrarium facimus , & in foro conscientiæ tenemur ad restitutionẽ illius pluris in quo non sumus damnificati, secundum pręfatos docto.

35 † Limita nisi vendens pręmonuisset , emptorem sagacem, quòd sine scrupulo,& cum bona consciantia intendebat habere tale pretium , etiam quòd excederet veram & communem rei ęstimationem,per ea quę scribit Caie. in summula, in verbo emptio: de quo ego dubito , quia non cessat coactio , nec emptor est in mera,& libera voluntate,quæ requiruntur ad substantiã liciti contractus, quantum ad forum conscientiæ , sed quodammodo extorquetur sibi rõnibus præscriptis . Item quia talis actio videtur contra charitatem & dilectionem proximi, ergo illicita,vt dixi supra in 2.& 4.cõclusione,& tradit in simili Aret.in c.cum causa.col.pe.in 2.conclus.de testi.

Notabitis tamen circa prędicta frequentem casum,ꝙ si venditori ob aliquam causam id quod venditur minus valet, emptori autem plus,licitè emi potest res illa maio-

36 ri pretio quam sit cõe,† & similiter si vẽditori plus valet, emptori minus, licitè minoris emitur per rationes in superioribus post theol.relatas, quamuis vt diximus è contrariò venditor rem maiori pretio , propter suum damnum,& interesse securè in cõscientia vendere posset. Exẽplum pone de prædictis in nomine debitoris vendito,qđ debitori minus valet , quia fortè recessurus est , vel in remotis degit, aut est homo talis conditionis, quòd non æque bene & faciliter exacturus est,vt cessionarius,quod exemplum conuerti potest pro exemplo alterius casus , quando cedens facilius & commodius posset plus exigere , quam cessionarius,quia licite minori pretio emitur, vt pulchrè post Bal.& Saly.docet Aret.in d.c. cum causa col.pen.de testib. Optimè.ni fallor enucleaui candidissime lector , quomodo intelligi debeat vulgatissimũ illud. hactenus malè intellectum, licere cõtrahentibus se inui-

cem

cem decipere: aliàs limita.ad.l.nostram, videbimus.j.in materia,& in discussione questionum. Descendam nunc ad interpretationem practicabilis & quotidianæ mate-
37 riæ l.nostræ.† & quia ex ordine docendi, ac scribendi facilius disciplina percipitur, ac retinetur. §.sed cum nos.in procę.pandectarum.l.2.in princ.ff.de orig.iur.tradit Cardi.Alex.in prin.decreti,col.2.Cogitabam qualem in pręsenti repetitione ordinem me obseruaturum constituerem, quo dilucidius articulos excuterem, & inde lector quæ desideraret sine inquisitione magni laboris inuenire posset: ad quod peragēdum Accursius lumen iuris viam ostendit, quem Bar.dux & auriga noster, magis tamen ordinate sequutus est,& inde Bald.& Saly. vestigia igitur q̃tum licebit, sequendo seriatim ordineq; decem quæstiones per eum primò tactas discutiam,& examinabo. Postmodum addam nonnullas alias in hac materia vtiles, & necessarias, quibus enucleatis assumam dicta eiusdē Bar. praxim concernentia, quę vtiliter, vt spero, secundum ordinem inchoatum absoluam tribus quæstionibus ad cōplementum cœpti operis adiunctis, quo ordine rē ad optatum finem bellissimè & vtiliter diuina suffragante gra-
38 tia perducam. Quæro igitur primò, cum Bart.† quo iure quoùe remedio petatur rescissio vend. in terminis.l.nostræ, quæ inquisitio, vt j dicam, cum Bart.magni est effectus. quidā officium iudicis dari dixerunt. Nonnulli conditionem ex l. alij actionem ex eo contractu. Antiqui vt glo.Cy.& Bal.referunt opi.primo loco relatam, amplexi fuere per tex.l.nostræ ibi auctoritate iudicis & l.in cōtractib' ibi officio iudicis supra ex quibus cau. ma.vbi.n.verba ad iudicem referuntur, vt in pręall.iuribus oritur offi. iud.l.si soror.cum gl.j.de colla. hanc primam opi.reprobant glo.Bar.Bal.Saly.& alij, tum quia vt.j.videmus competit quæ obligationem præsupponit, non offi.iud.quod nullam præsupponit obligationem, tum quia, vt hic in 2. col.ait Bal.in officio iudicis concluditur iudici, cuius officium imploratur non autem concluditur parti, vt fit in materia istius.l.vt ex forma libelli.j.apparebit,& declarat
39 not.Bar.in l.1.col.4.ff.de iur. om.iud.† & ad.iura. supra. alleg.pōt multipliciter respon.vel quòd loquūtur de officio iudic.mercenarij deseruienti actio. ex vendito ad rescinden.competenti, non autem de offi.iudi.nobili absq; actione intentando, vt per gl.hic & in d.l.in contractibus vbi etiam per Pau.de Cast.& quotiescunque ex qualitate rei, vel ex natura contractus constat actionem competere, tunc etiam quòd ad iudicem verba referantur, nō oritur officium iudicis nobile, sed mercenarium.l.si Pascenda cum glo.supra de pact.& tradit Dec.in l.si soror.in 3. limita.j.de colla. quamuis ergo verba prædictarum legū ad iudicem relata essent, deberent intelligi de offic.iudi. mercenario deseruienti actioni ex vendi.ad rescinden.ex natura contractus competenti, non autem de nobili q̃d sine actione per se stat, vel aliter ꝙ offi.iud.oritur, vbi verba ad iudicem referuntur quando respiciunt modū agendi, secus vbi executionem; aut condemnationem, quæ à iure fit, quum tunc semper verba ad iudicem referantur & de mercenario intelligantur, vt per Dec.& alios in d.l. si soror. Nec ob. quòd d.l.in contractibus posita sit in materia restit.in integ. ergo videtur competere officium iudicis nobile quando venditor petit se restitui aduersus vend.ex clausula generali, si qua mihi iusta cā esse videbitur in integ.restituam de qua in l.1.ad fi.ff.ex quibus cau. ma. quo casu officium durare tantum quadriennio.l.fi.§. de temp.in inte.rest.vt hic per Bal.Saly.& Pau.in 1. quęs. Sed respon.q̃d electio nō daretur reo, vt hic fit, sed actori, vt in l.si iudex circunuento ff.de minor. Item ꝙ maiores ex clausula illa generali aduersus gesta per eos non restituuntur, sed aduersus neglecta, vt per Pau.hic, & in d.l. in contractibus. Ergo ex clausula illa generali non restituuntur, aduersus venditiones à se celebratas,& quamuis illa.l.in contractibus, sit posita in materia tractatus resti. in integ.satisfacit ad ta.loquentē de maioribus, qualiter eis subueniatur, quia non tm̃ per restitutionem in integ. aduersus neglecta, sed etiam iure actionis aduersus gesta propter dolum aduersarij, vel enormem læsionem, vt ibi per glo.& Pau.de Cast. Item restitutio in integ.omnia in pristinum statum precisè reponit.l.quod si minor in §.restitutio.ff.de minor.l.1.& seq.supra si aduers.transac.tradit Pau.de Cast.in consi.141.visis ad fi.in antiquis, sed in hac materia nostra læsus præcisè non restituitur, quum emptor supplēdo ꝙ deest iusto pretio possit facere subsistere contractum venditionis. ergo resista nō expeditur per viam resti. in integ.præterea in resti.in integ. veniunt fructus percepti præalleg.§.restitutio. sed in materia nostra non veniunt fructus per emptorem percepti in restitutione, ergo &c. Hoc probatur ex doctrina Abba.in c.ad nostram.de emp.& ven.quòd vbi titul' onerosus, vt emp.
40 & ven.reuocabilis est, data culpa reuocare volentis, † reuocatio nō fit cum fructibus perceptis.l.2.j.de pac. inter empto.& vend.aliàs secus, sed hic imputandum est agenti, qui non est statim expertus, ergo &c. vt etiam p Ant. burgos.in d.c.ad nostras.col.11.Item emptor habet coloratū tit.& est honę fidei possessor, ideo facit fructus suos, vt per Fabia.de S.Sabino in tracta.de empt.& ven. in vlti. col.8.q.principalis. Et quod veniat restitutio fructuū, videtur, probari, hic,& in d.c.cum causa. de emp.& vēd.dū iura loquuntur de restitutione, & receptione fundi, & possess.de fructibus nullum verbum, ita ēt voluit Cæp.in tract. de simul.contract. fol.2.secus etiam dicens in foro conscientiæ, quod melius declara, vt diximus supra. Post moram autem conuenti remedio pręsentis.l. fructus percepti etiam in foro cōtentioso, vt statim dicetur.& sic nihil facit tex.pręalle.l.quòd si minor.in §.fi.vbi resti.in integ.expeditur officio iudicis nobili, quia hæc materia nō expeditur p modum restitutio in integ. de qua in dicto ti.de mino.quod remedium speciali fauore minorem ex illo edicto de mino.introductum fuit.sed istud solum ex æquitate causæ secundum Bar.& Bal.hic in 1.quęstio. Ad l.officio cum pręcedenti.ff.de contrahen.emptio.respon. etiam nihil facere vt hic pulcbrè per Bald.& Saly.in 1.qō. Bene ergo hęc prima opinio à scriben.communiter reijcitur, vt hic dixit Saly.in 2.col.

Opinioni secundo loco relatæ, quòd competat conditio ex.l.adhæret Ang.in l.si id quod aurum.ff.de ver.obli. per regulam.l.vnicæ.ff.de condi.ex l.sed Bal.& Saly.hanc damnant, post Cy.& antiquos, quia conditio ex.l.est stricti iuris, quum non enumeretur in §.actionum.instit.de act.in qua propterea non veniunt fructus à tempore moræ, sed à cont.lit.videamus.§.si actionem. iuncta.l.2.ff.de vsur. sed hic veniunt fructus à tempore moræ, vt voluit gl.hic in princip.& statim dicam, ergo &c.

Secundo quia conditio ex.l.datur, vbi non competit alia actio, vt ibi dr̃, sed hic competit actio ex cōtractu vt j.concludam, ergo.& ca.quomodo autem intelligatur l. 2.j.de act.emp.hic per glo.alleg.vide ibi Bal.& Soz.in cōsil.18.col.3.& 5.lib.2.Glo. ergo hic & in d.l.in contractibus & in d.c.cum causa.Bar.Bald.Saly.Paul.& alij cōmu-
41 niter sequuntur opin.vltimo loco relatam, † concludentes agi ex contractu emp.& venditio, idem volunt Areti. Aquēs.& alij in d.l.si id quod autum.de verbo.obli. Cor. consi.17.lib.4.Mod.Taur.in tract.præscrt.fol.73.qō.26. & Ant.burgos.in d.c.cum causa. col.pe.vbi propterea cōcludūt remedio.l.nostrę.spacio.30.annorum tm̃ pręscri-
42 bi, quemadmodum alijs actionibus personalibus † prout etiam voluit hic Bar.& licet Alex.in consi.46.ad fi.lib. 3.post Imol.dicat emptorem citra dimidiam iusti pręij ex quo scit contractum posse rescindi esse possessorē malæ fidei, ita quod hodie nullo tempore pręscriberet.c.fin. de præscrip.quod est contra communem, de qua supra, saluari posset, qñ de mala fide constaret, ut quia esset probatum emptorem sciuisse rem fuisse uenditā citra dimidiam iusti pretij, aliàs secus, ut per Mod.Taur. loco præalle. imò licet contra ecclesiā non currat regulariter pręscriptio

scriptio minor,quadragennaria ann.tamen in presenti re medio, actionibusq; personalibus non datur tantũtempus,sed tm.30.annorum , secundum dispositionem iuris ciuilis,vt per Abba.& Mod.in d.c.cum causa.col.pe.Fely. & alios in c.de quarta. de præscri. sed in foro conscientiæ etiam quod mala fides non probaretur,non esset quis tu tus nisi facta restitutione,secundum prefatos Mod.Tan. loco præallega.fol.90.in 2.quæstio . de qua materia latius dixi in superioribus.E diuerticulo in viam redeundo pro hac communi opinio.quædam allegantur, quibus dispu tando responderi posset. In primis tex.noster cum glo.id dicente respon.tex. id non dicere glo.vero non esse adhibendam fidem necessario, quum eius fides sit probabilis tantum, quatenus ratione mouetur non necessaria,vt per glo.in l.1.supra de ll.& in l.sed licet.ff.de offic. præsi.

Secundo allegatur text.in l.ex empto in §.si quis virginem.ff.de ac.emp.vbi actio ex empto ad resoluendũ emptionem datur, quando emit quis mulierẽ credens eme re virginem,sciente venditore,sed præcise rescinditur em ptio propter perfidiã venditoris,restituto pretio,hic con tractus emp.& vend.non rescindit præcise per illud reme dium, sed in potestate conuenti supplendo quod deest iu sto pretio facere contractum firmum remanere, et cõtra voluntatem vẽditoris,diuersi igitur sunt termini. Tertiò allegatur tex.in §.si fundus.l.sed celsus.ff.de cõtrah. emp. sed non agitur ibi ad rescinden. sed fundus ex conuentio ne partium inemptus efficitur, non obseruata cõuentio ne in odium & præiudicium emptoris,non autem venditoris,hoc non dicente conuentione, ideo nimirum si agi tur actione ex vendito,per ipsum venditorem ad obseruãtiam promissorum,vt ibi dicit tex. Quartò facit.l.vnde si Neruæ.ff.pro soc. vbi si ita coita sit societas, vt Nerua communis amicus partes socias constitueret,isq; inique fecerit.si arbitrium ita prauum sit, vt manifesta appareat eius iniquitas corrigi potest p iudicium bo.fidei,1.actionem pro socio,quæ bonæ fidei est,vt ex.l.ibi sequenti ap- paret & natura tit.sub quo lex est sita ostendit: sicut ergo ibi laudum validum, sed inquum rescinditur, & corrigit per actionem ex eo contractu,videlicet pro socio quę bo næ fidei est, vt sublata læsione constituatur societas ad partes æquas arbitrio boni viri , ita in hac nostra agitur actione ex eo contractu ad rescissionem, vel vi per pretij additamentum tollatur læsio.

Sed respõderi posset agi ibi vt corrigatur iniquitas lau di , & remaneat societas ex æquis partibus,propterea ni- mirum si agitur actione pro socio, ex eo contractu , sed in materia nostræ l.ad rescinden. ipsum contractum vẽ. principaliter agitur, qui ex prouisione eiusdem.l.pŏsit emptor quod deest iusto pretio supplere, & rem retinere sublata iniquitate læsionis,ita q̃ valde diuersi videntur termini & videtur absurdum secundum Saly. actionem ex vendito quæ datur ad obseruantiam ipsius contractus l. 2.in prin.j.de ac.emp.§.ex emp.l.Iul.ff.eo.ti. ad rescindẽ- dum ipsum contractum dari, & inducta ad vnum effectũ operari contrarium effectum contra iura vul. Sed nõ est à cõi opi.discedendum primo per tex.d.l.vnde si Neruæ. nam actio pro soc.datur similiter ad obseruantiam cõtractus societatis, vt in d.tit.pro soc.& tamen in d.l.vnde pp ini- quitatem cõstituentis societatem, ex inquis partibus da- tur actio pro socio, ex eo contractu p bonam fidẽ con- tractus ad destruendum ipsam societatem inique cunstitutam vel; vt iniustitia contractus emendetur societate ad æqualitatem p iudicem appel.reducta:ita in materia nostra propter naturam contractus bonę fidei, non est mi- rum dari actionẽ ex eo cõtractu ad emendãdam eius ini- quitatem per recuperationem rei venditæ restituto pre- tio, vel additamentum iusti pretij re hoc modo ad equa- 43 litatem reducta.nec ad hoc, vt procedat arg.à simili † re quiritur similitudinem esse in omnibus,& p omnia , sed sufficit, vt sit secundum quid, eo videlicet respectu quo agit c.constitutus,vbi Abb.de appel.c.translatio vbi Dec. & alij, de consti.& sic vt ibi propter iniquitatem agitur actione ex ipso contractu ad rescin.ita hic & sic inter ca- sus dictarum.ll.aliqualis sit differentia.

Secundo pro ista opi.ex text.in l.venditi.la.3.cum gl.j. de act.emp.actio inquit venditi,si non ab initio aliud cõ uenit non facile ad rescin.perfectam vend.sed ad exigen. pretium competit,pondera verbum non facile , secus er- go ex causa,sed quæ causa iustior est,quam æquitas,l.no- stræ.vt modo prædicto tollatur iniustitia contractus.

Tertio per tex.in d.§.is qui vina.vbi cõtractus resolui- tur ex dispositione contrahentium, & tamẽ agitur actio- ne ex eo contractu ad id quod actum est, & sic actio ex contractu datur ad ipsum rescindendũ,de quo vide Dec. in cons.187.Nec est hoc absurdum actionem,videlicet ex vendito dari ad rescindendum ipsam venditionem con- tra regulam præalleg.l.legata inutiliter, vt hic per Saly.in 1.q.Item quum istud iudicium sit bonæ fidei, benignæq; naturæ,datur ad omne id ad quod dari æquum est , sicq; etiam ad rescindendum suadente æquitate.d.l.venditi cũ glo.l.§.si fundus.& is qui vina.præallegato , & notat Paul. de Cast.hic in 3.col.

Successiue ex dictis Bar.in hac q.colligo quatuor cõ- clusiones.In primis quia legistę non certant de lana capri na,vt faciunt sępe grammatici secundum Horatium,pri- ma erit conclusio circa effectum resultantem ex compe- tentia remedij in materia l.nostrę.quia si competit actio erit longioris vitę,quam si competat officio iud. annorũ, videlicet.30.officium vero iud.quadriennij l.fin.j. de tẽp. in integ.restit.quæ conclusio approbatur per Bal.& Saly. hic reputantem hoc valde not.ad extensionem.d.l.fin. vt procedat etiam in officio iudicis ad rescinden. compete- te.In contrarium est doctrina Abb.& Mod.in d.c.cũ cau sa.col.pen.volentium,q̃ siue competat offic.iudicis, siue condi. ex.l.vel actio ex ipso contractu ad rescindendum, posset semper deceptus agere vsque ad 30.annos, quia ibi imploratur officium iud.loco actionis,vt esset in proposi 44 to nostro, † ex quo competit de iure communi vt hic p Bar.ad fi.primæ quęstionis,& notauit Ias.in l.2.consi.58. versi.inter cætera nu.176.j.de iu. emphy. tanto tempore viuit,ac durat quanto personalis actio, in cuius locũ suc- cedit,& p consequens.30.annis.d.l.sicut.& quod de qua- driennio in d.l.fi.dicitur,procedit quando petitur restit. in integ.& sic officio iudicis ex ordinario,quod est debi- lius secundum Abb.loco præalleg. Nec obst.tex.in l.dulus. j. eod. dum ait competere in integrum restitu.ad rescin. vendi.quia non loquitur in materia ista,quando fuit de- ceptus re ipsa vltra dimidiam , sed quando dolosè quis in venditio.datus extitit.Prædicta disputatio uana est in ter- minis l.nostræ.quia vt conclusum est supra.non offi.iudi. sed actio ex eo contractu competit.

45 Alio respectu posset esse utilis † quia aliter concludi tur in libello, ubi imploratur officium iud.aliter ubi intenta tur actio,ut hic per Bald.col.2. quam differentiam latius notant,& declarant.Bart.in l.1.col.4 ff.de iurisc. om.iud. & Alex.in l.1.col.fi.supra de eden. sequitur etiã alius ma- gnus effectus,quod competat actio personalis,quia rem e dum istius l. contra singularem successorem & tertium possessorem non poterit intentari,quum actio personalis non sequatur rem,ut in 10.quęstione latius declarabitur. officium igitur iudicis,ut ex predictis liquet quicquid di- cant hic gl.Bar.Bal. & Saly.regulariter est uitæ annorum., 30.fallit in pluribus casibus,ubi aliter disponitur ratione subiectę materiæ.ut plene Mod. Tan.in præalleg. tracta. præscript.fol.38.cum seq.quęstione.29. & 30.& fol.63.in 22.casu in materia restit.in integrum, quæ officio nobili expeditur,ut dicit text.in l.quod si minor.in fin.ff.de mi- 46 nor.† causa principalis,& primę instanoę intra quadriẽ- nium intentari & finiri debet,dicit tex.in præallega.l.un. quia extraordinarie exceditur , secundum Abba.loco su- pra allega.materiam.d.l.fi.latius examinant Mod. Tau. loco prædicto.est alius principalis tex. in c.1.de in integ restitu

restitu.lib 6.vbi Cano.tradunt, & Alex.in consi.89.col.4. lib.2.& in consi.1.col 3.vol.4.& in consi.31.& 81.col.6. lib.5. & consi.39.col.pen.& 62.vol.6.& 150.lib.7.Ias.cõsi. 54.lib.1.Cor.in consi.135.lib.2. docens cui incũbat onus probandi, ꝙ prædictam restitu petens sit intra tempora quadriennij. Parpal.in l.si quis maior in 2.nota.supra de transac.Dec.consi.474.circa fin.Moder.in tract.præsum. in 42. præsumptione primæ regulæ. In criminalibus præscribitur spacio.20.annorum, vt l.de fals.l.querela. cũ ibi not.per Bar.& alios.& per Taur.in tract.præscrip.fol.30. in 2.q.In reliquis concernentibus materiam præsumptionis officij Iudicis, me remitto ad dicta per eosdem, ibi in fol.92.dum referunt dicta Hostien. Secundam conclusionem colligo ex dictis Bart.q. vbi contractus empt. & vend.ipso iure resoluitur, seu nullus ab initio redditur ex dispositione contrahentium agitur actione ex ipso contractu ad resoluendum contractum, quatenus de facto processit iuribus hic per Bart.alleg.& in l.si id quod & in §.is qui vina.prealleg.& ita consulunt Deci.in consil.187.

47 † regulariter oppo.statuitur, quia actio quæ orit ex contractu ad sui resolutionem non competit.d.l.venditi.la.2.ff.de ac.emp.nisi vt ibi dicitur id inter partes actũ esset, siue expressè, siue tacite, secundum Bal.in d.§. is qui vina. Bal.& Saly.in d.l.venditi.tacitè, vt in prealleg.§.si quis virginem.à contrario sensu, secundum Saly.in d.l.venditi. quia nõ erat ibi aliàs mulierem empturus, si sciuisset corruptam secundum Bar. & Saly.quod non videtur procedere, quia ibi resolutio non fiebat ex voluntate cõtrahentium, nam voluntas venditoris non concurrebat, sed tñ emptoris, qui si sciuisset corruptam non emisset, agitur potius ibi ad recisionem validi contractus venditionis, quum non fuisset erratum in sexu, vt dicitur.in l.alioqui. ff.de contrahen.empt. sed deficiebat qualitas substantialis, quum vendita fuisset ancilla tanquam virgo quæ corrupta erat, Paul.de Cast.ibi hunc casum distinguentem à casu Bart.hic, quando communi consensu partes à contractu emp.& venditionis recesserunt, vt est de mente iurisconsulti, ibi.melius igitur facit hic Bar. quam in d.§.is qui vina.non miscendo.d.§.si quis virginẽ. cum hac conclu. quando resolutio contractus causatur ex dispositione contrahentium, & similiter dum vult agi tunc actione, ex eo contractu, ibi dicit ex eo contractu tunc agi, qñ inter partes id expressè actum fuit, vt in §.is qui vina.ibi de hoc verbum nullum licet dicatur communi consensu fuisse à contractu empt.& vend.recessum, nec etiam in §. 1.d.l.sed cels.resoluitur vtrinq; contractus, sed tantũ actũ fuit, ne vẽditor esset obligatus, vt ibi dicit tex. Dictum tamen Bar.verum est in se, quia si agitur actione ex eo contractu ad rescin.quando nihil de hoc dictũ fuit propter naturam contractus bonę fidei, multo magis debet posse agi, quando conuentum ita fuit d.l.venditi.la.2. agiturq; non solum ad rescisionem cõtractus, sed ad oẽ id quod conuentum fuit, vt ibi per Bar.& per Dec. in consi.187 & procedit prædicta conclusio, etiam si conuentum fuisset, vt à contractu penitus discederetur. vt per Aquensl.in d.l. si id quod aurum Et pro opi.Ang.quòd non competeret actio ex eo contractu, vbi inter partes id fuisset expressè conuentum, videtur text.in d.l.sed cels.in §.1.ibi non vt, omnis obli.emp.& ven.vtrinq; solueretur. Si ergo id actũ esset obli.ex eo contractu vtrinq; solueretur. Nec obst.prædictæ conclus. regula.l.ab emptio.ff.de pac. quòd frustra agatur ad rescinden.quum pactu ven.sit rescissa.& ꝙ ruptum rumpi non potest, quia respon.secundum Bar.Bal.&

48 Saly.hic, in 2.col.post glo.d.§.is qui vina.† agi ad rescind. quatenus de facto processit, i.vt iur.datio reddatur, & instrumentum emp.& ven.cassetur, facit quod de bannito petente se tolli de libro & cassari scribit Pau.de Ca.in §.1. d.l.ex empt.facit etiam text.not.in l. libellorum in versic. quòd si libelli & in fi.l.ibi reo postulante nomen rei, aboletur cum ibi not. per Bart.ff.de accusa.

Tertia conclusio Bar. vbi contractus est nullus absque dispositione contrahentis, tunc non agitur actione ex eo contractu, sed actione de dolo, vel alia. De dolo intellige, si interuenit.l.si dolo.ij.eod.& eleganter; cũ no.ff.eo.aliàs competit condi.indeb.secundum Imol.Aret.& Aquenl. in d.l.si id quod aurum. per.l.in venditionibus.§.fin.& l.

49 cum ab eo.ff.de contrahen.empt.† Quando autem sit, ꝙ contractus nullus redditur propter dolum contrahentis, declarant Bar.in d.l.& eleganter.in prin.& Barb.in c.cum dilecti.col.pen. de emp. & vend.exempla tradens de dolo

50 incidenti, & de dolo dante causam contractui † & intellige contractum esse nullum propter dolum nolente eo qui dolum passus est, aliàs non, quia contractus subsisteret.glo.in d.l.& eleganter.in verbo, nullam.Are.consi.77. in 2. dub.Fely.in c. fin.col.6.de iudic.& in c.dilectus.el.2. col.4.de rescrip.& Mod.in d.c.cum dilecti.col.pe.Quando ergo contractus ab initio est nullus, non oritur actio ex eo contractu, quia non est, vnde oriatur, secundũ Bar. hic in 2.col.secus quando fuit validus, sed redditur nullus ex dispositione contrahentium, vt supra dixit Bart. Quarta conclusio Bar.vbi contractus est validus, sed rescindendus, vt in terminis l.nostræ, rescinditur actione ex eo contractu, vt hic per Bar.quã conclu.supra latè probauimus. Secus esse subiungit Bar. si rescisio fieret in priuilegium, & fauorem alicuius personæ, ut puta quando contractus non rescinditur actione ex eo contractu, sed offi.iudicis, quo expeditur restitutio in integr. minoribus concessa.l. quòd si minor.in fin.ff.de minor. uel nisi ratione alterius extrinsecæ qualitatis de alia actione specialiter prouideretur, ut per actionem quod met.causa.l.1 supra.eo.& sequuntur hanc conclu.Aret. & Aquenl. ampliantes etiã si contractus rescindendus esset rõne doli, quia licet Imol. dicat cõpetere actionem de dolo ad rescin. quum rescindatur ex qualitate extrin.per.l.dolo, ad fi.ʃ.de inuti.stipu. & l.si quis cum aliter de uerbo.obl. Vbi adhibito dolo, nascitur quidẽ actio si fuerit interposita stip. sed obstat excep.doli.Ipsi tamẽ.Aret.& Aquens.improbant, quum iura præal.loquantur de excep.doli, quæ semper competit, ubi quis dulosè cõuenitur: sed actio de dolo regulariter est subsidiaria, nec datur, ubi alia competere potest.l.1.ff. de dolo. Vnde non sequitur adhibitu dolo, except.doli semper competit, ergo & actio, quando contractus est rescind.ideò dicunt esse tenendam doctrinam Barto.quòd rescisio fiat per actionem ex eo contractu, sicut quando contractus debet rescindi propter uitium rei, prealle.§.si quis uirginem.aut propter deceptionem in pretio, ut supra uisum est. Sed quandu contractus esset nullus, tunc agendum esset actione de dolo, iuxta pręcedentem conclu.& sic male uidetur loqui Ias.in d.l.si quis.col.6. dicendo, cum actione de dolo competere remedium.l nostrę. ut enim ex pdictis patet, est actio ex ipso contractu quæ non cõcurrit cum actione de dolo. Nec pdictis obst.text.

51 in l.si superstite, in fin.supra de dolo.† ubi qñ contractus est rescindendus propter enormem lęsionem datur actio de dolo.pręter quam contra patrem ob reuerentiam paternam, aduersus quem datur actio in factum, cum qua quidem actiune de dolo concurret cond.in deb. tãquam generalis ad repaten. ut per Alex.in d.l.si quis ubi faciunt quę tradit Bar.in l.1.§.ait pretor.ff.de dolo.uolens actionem de dolo, posse concurrere cum alia generali. Quia respon.ꝙ nun competebat ibi alia actio, quia ut ibi dicitur per nouationem & acceptil.sublata erat, ideò nimirum si ad act.de dolu deuenitur, per quã rescinditur illa transac.in qua hęc duo interuenere, immodica lęsiu, & dolus ex proposito, ac uoluntate, ut per Ias.in d.l.si quis col.6. ubi Aret.antep.& Aquẽs.prima melius quam fecerint gl. & Ale.in d.l.si superstite.declarant uerba illius l.h.nõ immodicè læsa es, ad quud uide etiam Pau.de Cast.in consi. 177.in antiquis.& Soz.in cunsi.20.col.fi.lib.3.Quum igit in hac materia actio ex eo contractu ad rescin.uen.competat, poterit læsus remedium istius l.intentare, usque ad 30.annos tantum, de quo dixi supra. Quemadmodũ igitur

tur

tur ex prędictis apparet, contractus quandoq; est, nullus,
interdũ annullandus & resoluendus, nonnunquã emen-
dandus per detractionem pretij, aliquando per additio-
nem supplendus, vt hic per Bald. in 2. col. & vbi emptor
non vult pretium supplere, sed potius contractum rescin
52 di.† potest petere vt instrumentum cassetur, vt in 2. cõcl.
dictum fuit, & hic in 2. col. tradit Bald. sed plenior cautio
est, vt fiat instrumentum liberationis iuxta. l. pecunię. j. de
53 sol. vt hic per Sal. in 2. col. Vnum postremo not. est, † qđ
rescisso contractu ipso iure, non est rescissa possessio, sed
rescindenda, vel auocanda. gl. no. in l. si vnquam ad fi. j. de
reuocand. don. nec mirum, quia possessio non transit etiã
in hæredem, nisi apprehendatur, quamuis alia iura adita
hæreditate transeant in hæredem l. cum hęredes. ff. de ac-
qui. poss. declarando ac limitãdo, vt per Barb. in rub. j. qui
ad mit. col. 43. Matth. de affli. in decisi. regni. 167. Bald. in
tracta. pręscri. fol. 33. nu. 3. Ias. in consi. 147. lib. 2. & 85. lib.
3. & 146. & 152. lib. 4. & Deci. in l. fi. C. de edi. diui. col. 2. &
54 3. & in consi. 467. Secunda quæstio Bart. † si emptor fue-
rit deceptus vltra dimidiam iusti pretij, an sibi competat
beneficium. l. nostræ, concludit quod sic, & à scrib. cõmu
niter approbatur, vt p Bal. j. in 16. quæstio. Sal. 18. & Pau.
de Castr. ad fi. commen. nam in contractibus seruãda est
æqualitas, tam in eis interpretandis, quam iustificandis. l.
si socius pro filia. ff. pro soc. Emptorq; & venditor correla
tiua sunt, & dispositum in vno censetur dispositum & in
alio. l. 1. cum ibi no. C. de cup. lib. 11. l. fin. vbi latè not. j. de
indi. vid. tol. cum alijs, de quibus per Soc. in consil. 75. vol.
3. Fely. in procæ. Greg. col. 2. & 3. Ias. in l. non dubium. 4. de
ll. supra, videbatur prima facie oppo. quum maior rõ suc-
currendi videretur in vẽditore, qui magis propter neces-
sitatem vendere cogitur, quàm emptor emere, nihilomi-
nus maior necessitas plerunq; cogit emere quam vẽdere.
Nec in tali necessitate lex facit fundamẽtum, aliàs seque-
retur quod si venditor nulla cogente necessitate vende-
ret, data lęsione non esset locus beneficio istius. l. sed con-
siderat hæc l. læsionem & humanitatem abhorrens tantũ
excessum in quouis ex dictis correlatiuis. & concl. proba-
tur per rationes. l. si voluntate. j. eo. quæ ita militãt in em-
ptione, sicuti in venditione, vt per Ale. consi. 27. lib. 1. Quẽ-
admodum ergo venditor læsus vltra dimidiam iusti pre-
tij potest fundum ab emptore non supplente, quod iusto
pretio deest, auocare, ita è contrario emptor vltra dimi-
diam iusti pretij læsus emptionis contractum rescindere
poterit, & restituta re empta repetere, ac consequi pretiũ
per eum venditori datum. Facit præalle. §. si quis virginẽ.
l. ex empto. ff. de ac. empt. sed quum emptor & venditor à
pari procedant, vt diximus, & emptor possit contractum
iustificare per additamentum pretij, pariter in arbitrio
venditoris esse debet iustificare contractum p detractio-
55 nem pretij, & tollere læsionem ac causam querelæ, † gra
tia exempli, si res quę vendita fuit. 16. valebat tantum de-
cem, poterit restituere sex, remq; emptori dimittere, hoc
modo læsio vltra dimidiam calculanda est, & consideran
da in emptore, vt post glo. tradunt Bald. in 16. quæstio. &
Pau. de Cast. circa fi. cõmenti, & Fabia. in tract. de emp. &
ven. in 8. quæstio. col. 3. & si id male intellexerit Saly. Ter-
56 tia quæstio Bart. † an l. ista locũ habeat in omnibus con-
tractibus bonę fidei, concludit quod sic, licet gl. dicit ipse
non tangat, cuius oppo. ostendunt eius verba ibi. Illud au
tẽ constat quos contractus habes enumeratos, in §. actio-
num. insti. de actio. & per scrib. in c. dilecti. de emp. vend.
hęc concl. communiter est approbata, vt hic per Bal. Saly.
& Paul. de Cast. Abba. Imol. & alios in d. c. cum causa quia
in eis est eadem ratio, ergo idem ius. l. † Titio. ff. de verb.
obl. l. illud. ff. ad l. aquil. quæ conclusio in specie probatur,
per l. an contractibus & l. 3. alleg. per Bart. & l. item si ptio.
§. fin. ff. loca. cum l. seq. & hoc procedit non solum in con
tractibus b. bo. fidei nominatis; sed etiam in Innominatis.
vt permutationis secundum Bald. hic, in 3. quęstio. Quid
autem sit contractus innominatus, est text. in l. naturalis.
in §. 1. ff. de præscri. verb. nec id mirum est, propter iden
tatem rationis, quum sit bone fidei. d. § actionum & l. ,
permutationem. j. de rerum permut. quæ illam emptioni
æquiparat propter magnam cõformitatem quã inuicem
habent. Probatur etiam in l. fi. ff. ex quibus cau. in pos. eã,
& sequitur hic Paul. de Cast. Abba. & Imol. in c. cum dile-
cti de empt. & vend. & Ant. burgos. in d. c. cum causa. col.
4. dicens habere etiam locum redhibitoriam & quanto
minoris, per tex. sing. in l. sciendum. in §. 1 versi. si emptor.
ff. de edil. edi. sequitur etiam Fabia. loco supra. allega. Sed
57 maius dubium est, † vtrum id procedat in permutatione
beneficiorum ecclesiasticorum. Pantal. cremensis hic in
asserta sua repe. lim. 29. post Bal. de vbal. tenet simpliciter,
quòd non, quia nullus est vicissim regressus, ex quo con-
trahentes causam, & tit. vnus ab altero, in materia ista nõ
habent, sed ab Episcopo, vel alio collatore, & est hæc cõ-
munis scribẽtium sententia, quod inæqualitas beneficio-
rum, vel ratione redituum vel ratione incumbẽtiũ one-
rum non vitiet permutationem, vt per Fede. in tract. per-
mu. benefi. quęstio. 40. Gemi. post alios in ca. vnico super
gl. in verbo fraudat, de rerum permu. in 6. Imol. in clemẽ.
vnica. col. 5. de rerum. permuta. & in d. c. cum causam col.
pen. Rotam in decisione 129. in antiquis. Fel. in c. quia ve
risimile. col. 1. de præsump. & ita consuluit Deci. in consil.
210. nam talis permutatio robur sumit à superiore, non à
facto partium. c. quæsitum de rerũ permut. ideò propter
superioris auctoritatem fraudis suspitionem remouentẽ
c. nisi. de præbẽ. & quia in spiritualibus, ac beneficialibus,
non auri cupiditas, sed animarum vtilitas ac interesse spe-
ctatur. dicunt Feder. de senis, & domini de Rota. supra al
leg. non vitiari permutationem beneficiorum, nec præ-
sumi fraudulentum licet vnum beneficium sit maioris
æstimationis, quam aliud. Calder. tamen in consil. 4. sub
titu. de rerum permuta. adhæret contrariæ opin. eo quòd
permutatio similis sit contractui vend. sequitur Ant. bur-
gos. in d. c. cum causa. col penul. quia minor beneficio suo
renuncians grauiter læsus auxilio in integ. restitu. suæque
personæ illud recuperat. Abb. in c. ex parte. col. 5. de resti.
spol. similiter & fortius vltra dimidiam fructuũ valorisq;
beneficij deceptus agere posse debet remedio. l. nostræ,
quum sit potentius quàm illud quod habet minor ratio-
ne minoris ætatis: & videtur magis subueniri deceptis in
istis spiritualibus, quàm in alijs, quum in eis sinceritas, &
bona fides magis exuberare debeat, quãdoquidem eccle-
sia fraudes huiuscemodi nõ toleret. c. cum vniuersorum.
de rerum permu. c. per tuas. de dona. & tradit Abba. loco
pręalle. ob quod superiore permu. robur sumat, quia par-
tium consensus, renunciatioq; exigitur, nec superior alte
ri quam permutare volenti titulum dare potest. clem. 1.
de rerum permu. nec supioris authoritas operari debet,
quin contractus rescindatur interueniente tali læsione.
Abba. d. c. cum. causa. col. 2. & dicam. j. & ad rationem do
minorum de Rota dici potest, non solum attendi profe-
ctum animarum, sed expedientiam personarum cap. cum
vniuersorum. & c. quæsitum præalleg.

Sed non esset à communi recedendum, eo max. quia li-
cet consensus partiũ, ac renunciatio in permutatione be
neficiorum à principio vt dictum est requiratur, tamen
post factam permu. ex quo permutantes à seipsis causam
& titu. non habent sed à superiore permutatio sumit ro-
bur. Remedium istud non bene adaptatur, quia etiam in
permu. beneficiorum vtilitas ecclesiarum, & animarum
profectus principaliter attenditur, vt per Ancha. in consi.
279. quęstio. Nimirum ergo si permutatio beneficiorum
non retractatur, quum attendatur quod principaliter, nõ
quod secũdario agitur, vulg. l. si quis nec causam ff si cer.
pet. & per consequens lucrum, & commodum pecunia-
rium in retractatione benefici permutati non est in cõsi-
deratione. Pro concordia prædictarum opin. considera-
ri possent aliqui casus: aliquando fit permutatio benefi-
ciorum absq; expressione valoris, vel assertione reddituũ

& tunc

& tunc nō rescinditur nec retractatur, licet in redditibus contingat læsio, quia de fraude non apparet. alijsque supra alleg. rationibus. Interdum exprimitur valor & redditus, & tūc secus, priuabiturq́; fraudis particeps, quia asseruit, puta beneficium fuisse valoris aureorum. 200. quod ad quinquaginta tantum ascendebat, quum ecclesia vt dixi, has fraudes non toleret. nam vt ét scribit Caietan. in summula, in verbo permutatio, si fiat cum dolo & fraude, illicita est. Quandoq; petitur retractatio nō respectu læsionis personæ permutantis, sed pro interesse ecclesiæ. vltra dimidiam iustæ æstimationes deceptæ, & tunc procedat opin. Cal vt per Dec. in præall. consi. Idem quando peteretur beneficio restit. in integ. minoribus cōcesso. vt per Abba in loco prælleg. vbi rationem assignat, & similiter vbi alter permutantium nō haberet ius in beneficio, nulla cōtrahitur permutatio, rescindiq; debet, quatenus de facto processit, quum sit necessaria superioris auctoritas, vt post Abba tradit Paris. in c. cum venerabilis, col. 2.

58 & sequenti, de exceptio. De contractu locationis,† non est dubium, quum sit bonæ fidei, & probatur in d. l. item si pretio. in §. fi. & in l. si olei. cum glo. j. loca. per quæ iura ita consuluit Roma. in præalleg. consilijs declarans, quomodo æqua pensio, iustusque affectus æstimetur sequuntur Bal. Saly. & Pau. de Cast. Aret. institu. loca. col. 1. Abb. Imol. & alij. in d. c. cū causa. Pau. de Cast. pulchrè in consi. 387. factum, in nouis, & Cæpol. in tract. de simulat. contrac. in primo casu, in duabus primis col. Idem dixit Bal. hic, de contractu mutui exemplificari posset in l. rogasti. in §. si tibi. ff. si cert. peta. sed inaduertenter loquutus est quum sit stricti iuris, vt etiam per Moder. in d. c. cum dilecti in glo. fi. ideō Bal. malè miscuit mutuum cum contractibus bonę fidei. Circa contractum diuisionis, quum

59 sit bonæ fidei eadem erit disciplina,† probaturq́; in specie. in l. 3. cum gloss. in verbo perperam supra. communia vtr. iud. & tradit plenè Ludoui. Gozad. Bono. in consi. 44. col. fi. Bald. Pau. & alij. in d. l. 3. faciunt quę scribit Deci. in consil. 206. & 525. col. 2. & hanc conclu. probant Bald. & Paul. loco præalleg. etiam quòd per sortes & breuia fieret

60 diuisio,† quia propter læsionem excedentem dimidiam iustæ æstimat. potest officium iudicis pro retractatione & reparatione impetrari propter magnū excessum, aliàs secus, vt etiam per Ias. in l. si quis duobus col. 2. j. communia de lega. & Dec. in c. licet causam col. pen. de probat. & in l. 1. col 5. supra. de pac. limitando tamen prędicta, vt p

61 Gozadinum loco præalleg.† Quando autem licitum sit sorte dirimere, vltra not. in locis prealle. vide Fely. in c. capitulum S. crucis col. penul. de rescr. & in rub. de tre. & pa. col. 6. Caieta. in summula, in verbo sors. vbi quædam pulchra de sorte diuisuria ponit. In contractu societatis locum pariter habet remedium. l. nostræ. quum sit bonę fidei, & ad hoc text. in præalleg. l. vnde si neruæ. ff. pro soc.

62 Circa contractum dotis,† vtrum in eo locum habeat remedium l. nostræ, quęstio difficilis est, & per scriben. malè declarata, ideò paulo altius est exordiendum, quomodo & qualiter succurratur læso in contractu dotis distinguendi sunt aliqui casus: quandoq; enim cōtingit læsio, quia mulier omnia bona sua, vel vltra quam facere deberet marito in dotem dedit: quandoque mulier dolo vel fraude læsa, & circumuenta fuit in contractu dotis. Et distinguendum est, quia aut loquimur in maiore. 25. annis, aut in minore. Nam in maiore non subueniunt iura l. vnica à contrario sensu. C. si aduer. dotem. cum ibi no. p Bal. & Pau. de Cast. etiam quod marito non merenti tantam dotem id fecerit, secundum Pau. de Cast. ibi intelligendo tamen, vt j. dicam mulierem. n. dare marito omnia bona sua in dotem, nulla. l. phibitum. d. l. vnica. & l. mulier bona. ff. de iure doti. imò in dubio id censetur facere, quando viro conuenit & matrimonium secundum Aristo. in Topicis, refert gl. hoc reprobans in d. l. mulier bona. sed non est ita reijcienda opi. Philo. s. luariq; potest optimè vide latè de ipso antic. Bar. in quęstio. incipien. mulier habens amplum patrimonium Bal. in tit. an maritus, in vsibus feudo. Roma. consi. 44. Alex. consi. 144. lib. 5. & 122. lib. 7. Calcan. consi. 1 1. Bal. nouel. in tract. dotis sol. 13. in speciali. 14. Dec. in auctent. præterea in 3. notab. j. vnde vir & vx. Cur. iuniorem in consi. 168. Ludouic. Gozadi. in cōsi. 33. & Campez. in prima parte tract. de dote, quæstio. 39. Et similiter quando mulier promisisset dotem supra vires sui patrimonij, ita quòd non esset soluendo intra non subueniunt, vt pulchrè per Bal. no. in tract. prealle. fol. 22. in 43. speciali. Nisi, videlicet mulier fuisset læsa, & circumuenta in dando dotem adeò excessiuam, vt quantitatem iustæ, & congruæ dotis respectu suę conditionis ac viri & quantitatis substantię, vel patrimonij in duplum excederet. tunc enim iuuaretur beneficio. l. nostræ, quum sit cōtractus bonæ fidei, præalleg. §. actionum. probaturque in specie, in l. si res. in §. 1. cum glo. in verbo præbet. ff. de iure dotium. & tradit Bal. not. loco prealleg. in 6. fol. 4. partis si verò non excederet duplum, puta quia dos congrua erat. 200. aureorum, & dedit quadringentos, aut minus nec ad id dolo viri inducta fuit illi non succurritur. quum. j. dimidiam iusti pretij æstimationisq; sit licita deceptio, vt hac. l. secundum Bald. prealleg. in 42. speciali subiungente quod ibi lęsio fuit vltra duplum, licet subsit ęquitas. l. nostrę. contractus rescissiua propter enormem lęsionem re ipsa dolum causantem, non tamen intentabitur istud remedium p modum alternatiuum, videlicet vt dos ad iustam mensuram reducatur, vel à contractu dotis penitus discedatur, quia si contractum erat matrimonium quod elt irreuocabile, ita etiam habere secum debet dotis concomitantiam pro supportandis oneribus matrimonij. l. pro oneribus. j. de iure dot. Item quia inter partes actum fuit, quod esset dotata, licet in quantitate dotis tanta fuerit lęsio, aliàs à viro posset expelli vxor. l. si. cum nota. j. ad velleya. ideò agendum solum esse dicit, vt dos reducatur ad congruam mensuram, modumq́; viro & vxori conueniemé, quemadmodum & hic ad ęqualitatem reducitur per additionem vel detractionem pretij, vt præceden. dictum est. & sic quamuis remedium. l. nostrę & dictę. l. iure succursum. de iure dot. ab eadē ęquitate deriuent, modum tamen concludendi diuersum habent. idem tenet ipse Bal. ibidem in 43. speciali, col. 3. versi. potest respon. & fol. 40. in 36. speciali. per tex. d. l. iure succur. & in §. 1. d. l. si res. concludens etiam dicta in muliere maiore per eandē rationem locum sibi vendicare in viro re ipsa decepto in modo constituendę dotis, quę citra dimidiam dotis congrue suit, vt ex eadem equitate iuuari posśit, quo cōgruā dotem habeat. Quicquid tamen dicat Bal. nouel. in materia. l. nostrę, non est necesse libellum alternatiuè cōcludere, sed sufficit rem petere, licet sit in facultate cōuenti, qđ deesset iusto pretio supplere, vt latè dicam. j. in 10. quęstio. Rursus aduerte, qa ad terminos quęstionis formatæ, malè videtur adaptari beneficium. l. nostræ. primo, quia est rescissiuum totius contractus, secus in contractu matrimonij, cum quo bona in dotem data fuere, quod est indissolubile, quia quos Deus cōiunxit. & c. c. ex publico. de conuer. coniug. Secundo, quia remedium istud principaliter est introductum, vt venditor restituendu pretium rē venditam recuperet, recipiatque, & si ex eadem æquitate inductum fuerit, vt venditor supplendo quod deest iusto pretio posśit contractum iustificare, & rem retinere, ita quòd resolutio iustificatione contractus residet in arbitrio conuenti, sed in casu prædicto mulier ageret præcisè ad reducendum dotem ad mensuram iustam & fieret p̄cisè diminutio dotis. Tertiò beneficium istud propter læsionis enormitatem ex æquitate & benignitate inductū fuit, conseruaturq́; indemnis venditor rem suam recuperando, aut quod deest iusto pretio recipiendo. & similiter emptor quia est in eius potestate rem restituere recepto pretio per eum dato, vel supplere iustum pretium, ita quod emptor iustam causam quærele non habeat. Aliud in dote, quia maritus, cui in dotem data sunt bona mulieris,

lieris, si ad alium modum dos reduci posset, remaneret deceptus, quia non habet bona ipsa in dote, sine quibus non contraxisset forte matrimonium. tum quia insupportabilia sunt illius onera. Item quia est quædã species seruitutis ipsum matri.† l.2.ff.de li. hom.exhi. Abb. in c.2.col.3.de in integ.restitu.Alex.consi.71.lib.2.Barb. in c.quoniam frequenter, in §.porro.col 3.vt lite nõ contest.ideò nec æquitas, nec benignitas videtur suadere fieri prædictam reductionem & diminutionem dot.quamuis enim minor dos marito congrua fuisset, tamen ipse dicere poterit de hoc non curare. quia matri.nõ contraxisset, nisi cum ea dote, qua priuari sine culpa factoq; ipsius non debet.l.id quod nostrum.ff. de regu. iur.l.sicut. supra.de actio.& obl.Pro qua opi.facit ẽt tex.in d.l.vnica. supra.si aduer.dot.dum vult consti.dotis, dolo, & circumscriptione cessantibus retractari non posse.& dicta in muliere, locum habent in viro ne ad imparia iudicentur. à communi tamen non est recedendum, quicquid disputando supra dixerim. Sed vbi mulier dolo fraudeùe circumuenta fuisset, aliud esset. quia si re ipsa, ac principaliter in dando aut constituendo decepta fuit; quia suæ intentionis fortè nõ erat ea bona, vel tot in dotem dare, verum si ad facien. dolosè inducta fuit contractus dotis nullus est ipso iure, quum sit bonæ fidei; vt dixi, & locus repetitioni.§.1 d.l si res, & j.solu matri.l.si circunuenta. sibiq; imputet vir propter dolum suum.si matri. sine dote; aut cum minore remanebit.quod si fuerit in parte tantum puta in vna re ex pluribus in contractum dotis deductis, nullitas erit respectu illius rei tantum, arg l.qui duos.ff.de cõtrahen.emp. Sin autem mulier volebat viro dotem dare, sed in pecunia numerata vel in alia re, verũ dolo viri inducta fuit ad ita dandum, prout fecit. ex quo talis dolus potius incidens dici potest, quam quòd contractui causam dederit, tenet contractus, tamen mulier rem, aut æstimatio. etiam constante matri.repetere poterit.§.1.d.l.si res quamuis hoc casu teneatur erga virum, quatenus erat prima intentio circa dotis consti. si non fuisset decepta, ne indotata remaneat, quod iniquum esset.d.§.1.vt per Bal. loco præalle.fol.42.in speciali.35.& sequenti. Sed videtur in prædicto casu dolum propriè dedidisse causam cõtractus circa res in dotem datas, ideò contractum esse nullũ, & repetioni locum per prædicta.& tex.d.§.1.loquitur, qñ mulier circunuenta fuisset in æstimatione & in dãdo seruum.in electione sua inquit est seruum repetere contractu remanente nullo propter dolum, aut si voluerit augmentum eiusq; interesse propter lesionem in æstimatione interueniẽtem.quia vbi contractus est nullus in fauorem alicuius, potest fauori suo renunciare & stare cõtractui, vel rem repetere, vt probat tex.in d.§.1.& in l.& elegãter.in principio, cum gl.& Bar.super verbo nullam, de dolo, notat Abbas in c.cum dilecti.col.fi.de emptione.& vendit.Aret.consi.77.in 2.dubio, Fely.in c.dilectus.el.secundo.col.4.& seq.de rescri.& in c.fi.col.6.de iudic.si igitur mulier circunuenta fuerit in re, vel æstimatione, & rẽ in dotem datam remanere volueri, pretij augmentum propter dolum petet, sin autem nullitati cõtractus inhærere voluerit, rem repetere poterit, dote tamen ad metam præcogitatam ex æquitate reducta.l.iure succursum.§.fi. & l.Titia.ff.de iure. doti ũ.sed si absq; dolo & fraude mulier ætate maior re ipsa in modo æstimationis læsa sit, vt quia rem in dotem datam minoris æstimauerit, ita vt læsa sit, vltra dimidiam iusti pretij quum contractus dotis sit bonæ fidei, & in contractibus bonæ fidei locũ habeat remedium nostræ.l.procedit ẽt hoc casu glo.§.1.dictæ l.si res. & lex si ex causa.§.in dotis.ff.de minoribus. & mariti conuenti electio erit præstare iustam æstimationem, aut rem mulieri restituere, tenebitur tamen mulier hoc casu ad æstimationem cõuentam, ne vir in damno remaneat, secundum Bald in dicto speciali.35 & si vir deceptus esset vltra dimidiã iusti pretij in modo æstimationis pariformiter iuuaretur facit tex.in l.si circunuenta, in ver.sin aũt

j.solu.matri.disponẽs ita succurri marito in æstimatione, grauato, sicut vxori.si verò læsio in æstimatione citra dimidiam iusti pretij fuerit, vt quia mulier decepta fuit in æstimatione rei in dotem datæ vltra verum valorem appreciatæ, fauore dotis rem poterit repetere, & iustam æstimationem viro præstare, licet res iam esset effecta dotalis aut rem penes virum dimittere, licet regulariter quis nõ audiatur ratione huiuscemodi læsionis, nisi qñ dolo aduersarij, aut vltra dimidiam iusti pretij læsio intercesserit vt hic, & in d.§.1.& in §.fi.d.l.iure succursum secundum Bal. in d.speciali.35.& quia maritus in hoc non grauatur contra regulam compromittẽtem deceptionem in pretio, in alio releuatur, vt habeat electionem restituẽdi rem vel iustam æstimat.secundum dist.§.1.& l.si circunuenta. præalleg.quod si rem elegerit, restituere tenebitur mulier, ad dotem secundum æstimationem de re à principio factã, ne maritus in damno versetur, secundum Bald.loco præalleg. & præalleg.iura.ad probandum specialitatem hanc in contractu dotis, quamuis læsio sit citra dimidiam iusti pretij allegauit Imo.in c.cum dilecti. col.6. de emp. & vendi.vbi.etiam per Mod.in 12.limitatione, & prædictæ sententiæ se subscribit Matth.de affl.in decisione regni.270.

Considera tamen, quia vbi læsio est citra dimidiã non videtur posse recedi à tali contractu per regulam.l.nostræ & §.fin.l.in causæ.la secunda.ff.de minori.& l.sicut sup.de actio.& obliga.secundo quia sequeretur max. absurdum rescindi posse contractum, ex quauis læsione, ita quod vix talis contractus subsisteret. Tertiò quia fugienda est multiplicatio tot specialium.l.1. cum gl.j. de dotis promis.nec videtur id fauorem dotis concernere, sed mulieris, quod enim in casu prædicto repetitur, est mulieris, extra dotẽ. nam pro dote, ac in causa dotis erit solummodo tantum quantum fuit æstimatio facta, vt dixi, nisi forte res æstimata data fuisset in dotem adiecto pacto, vt soluto matrim.pro eodem pretio, quo æstimata fuit, restitueretur, iuxta.l.quoties.& l.si inter j.de iu.dot. posset enim tunc fauorem dotis concernere, si res maioris pretij sit, d.l.si.inter.in fi.Nec opinio contraria videtur probari iure, nam §.1.d.l.si res quicquid ibi sentiat glo.loquitur in muliere, dolo, calliditateq; viri circunuẽta, vt ex fi.l.apparet, dum scæuolam contra Mar. Vlpianus sequitur propter dolum viri. ita etiá intelligi potest.§.fi.d.l. iure succursum prout in vno legendi modo gl.ibi sentit quæ intelligentia ad iura præalleg.quòd loquantur, vbi dolus coniugis interuenit confirmatur ponderando verbũ circunuenta, ibi positum quod arguit dolum, & calliditatem interuenisse l.1.cum gl.in verbo circunscrip.ff. de restitutione in integ. cum not.per Alex.in aucten.ex causa.col.8.j.de lib. præteri.vbi igitur absque dolo, & calliditate viri, mulier maior in æstimatione rei in dotem datæ re ipsa citra dimidiam læsa est, videtur quòd ab ipso contractu recedere nõ possit, nisi forte in casu, de quo supra memini, allegando.l. quotiens, & l.si inter.super quibus tamen cogitabis. Circa secundum membrum distinctionis supra factæ, quando in constitutione dotis mulier.25.annis minor læsa est, sub distinguẽdum est, aut dolo & calliditate viri decepta fuit.& idem quod in maiore dicen.per eadem media. Aut sui facilitate læsa, & aduersus matrimonium non iuuatur etiam per restitutionem in integ. quum sit indissolubilẽ, vt per Bald.& alios in d.l.vnica.supra.si aduer.dot.Aduersus verò contractum dotis diuersimode: nã si omnia bona sua in dotem dedit cũ decreto iudicis contractus subsistit, sed tam ipsa, quàm hæres eius in integrum restitui propter læsionem poterunt.d.l.vnica cum not.per Bal.Paul.& alios Campez.in tract.de dote, in prima parte qstio.31.& Cur. 64 iuniorem, in cõsi.6.in 2.dubio principali,† & dos potest tripliciter dici excessiua, aut immoderata, primò vbi est vltra patrimonium.secundo quando vltra vires patrimonij.Tertiò quando vltra, supraque qualitatem viri, & vxoris.aliud est enim loqui de patrimonio, aliud de viribus patrimonij sub patrimonio, vt gl.etiam Bald.in d.l.vnica.

dicunt,

dicont, includunt debita & credita, ſed vires patrimonij non dicuntur, niſi deducto ære alieno, iuxta.l.cogi.cum. not.ff.ad trebellianum.primo caſu remedium reſciſsiuũ, ſecundum Bal.in d.l.vnica.non eſt neceſſarium, quia con tractus per minorem celebratus nullus eſt ipſo iure.l.ſiue gen.cum gl.in ver.non valet.ff.de iure dot.vitiatur tamen quod eſt ſuperfluum tantum, vt ibi dicitur: quæ tamẽ intellige, niſi interpoſitum fuerit iuramentum, vt per Campez.loco prealle. Nunquid autem in caſu prædicto curator obligetur, tradunt Pau.de Caſtr.in d.l.vnica.& Bal.in præalleg.tractatu, ſol.21.in 41.ſpeciali. In alijs duabus caſibus ſupra poſitis neceſſaria eſt in integr.reſtitut. ſecundum Bal.loco præalleg.quod intellige, vt per Pau.Caſt.in d.l.vnica.& Curt.in præalleg.conſi.6.in 2 dubio. Quando autem mulier ætate minor decepta fuit & læſa modo æſtimationis rei datæ in dotem, ſiquidem dolo & calliditate viri, ſuccurrendum eſt, quemadmodum diximus ſupra in maiore: ſi verò re ipſa tãtum, aut læſio eſt vltra dimidiam iuſti pretij, vltra remedium noſtræ legis competit in integrum reſtitu.vt per Bal.nouel.in locis præallegatis. Aut eſt citra dimidiam, & non iuuabitur remedio iſtius.l.tũc non proportionabili, ſed beneficio reſtitutionis in integ. glo.in prealleg.§.in dotis.modo debita quantitas ſemper in dote remaneat, vt per Pau.de Caſtr.in d.l.vnica.intelligendo tamen niſi appoſitum eſſet iuramentum probata læſione, quæ ex multis excludi poteſt; vt per Cur.in dicta ſecunda dubitatione. Item niſi appoſitum eſſet iuramentum, vt per Campez.loco præalleg.quæ verò dicatur dos honeſta, vel competens, aut congrua tradunt, latè Bru.in trac.excluden.fœm.ſtantibus agna.& Pariſius in pluribus conſilijs, quæ referre non eſt curæ.

65 Quarta quæſtio.Bar.† in hac materia principalis, ac fundamentalis, an remedium iſtud locum habeat in contractibus ſtricti iuris.in qua concludit primo Barto.in contractibus bonæ fidei læſum, antequam ſoluat habere exceptionem.l.qui nondum.ſupra.de hæred.vend poſt rem traditam habere actionẽ bonæ fidei, vt hic, quia in hiſce contractibus ſumma æquitas deſideratur.l.bona fides.ff. depoſi. In contractibus autem ſtricti iuris decepto vltra dimidiam iuſti pretij, vel æſtimationis, ſi non ſoluit, ſuccurritur exceptione doli.l.ſi quis cum aliter.ff.de verborum obli. vbi quando per machinationes eſt obligatus, aliter quam conueniſſet, exceptione doli vti poteſt, idem eſt etſi nullus dolus interceſſer, it ſtipulãtis, ſed res ipſa in ſe dolum habeat, quia propter iniquitatem deceptionis, exceptione doli iuuatur læſus, petens.n.ex ea ſtipulatione, hoc ipſo ꝙ petit dolo facit, ideo per exceptionem doli repelli poteſt, ſed poſt ſol.ſuccuritur per conditio.inde. de condi.l.1.inde.vt hic per Ba.cum quo tranſit.Bal.in 7. oppo.& in 3.quæſt.volens habere ẽt locum incerti con.vt in ſtatu debito res reponatur.l.ſi tibi librum.ff.de action. empt.§.fi.l.ſed & ſi me.ff.de cond. indeb.ſequuntur Pau. de Caſt.hic, col.4.& Salv.in 2.quæſtio.& ſimiliter cõpetit actio in factũ ſubſidiaria, per.l.quoties.ff.de præſcr.verb. ſed Alex. in d.l.ſi quis cum aliter.col.1.nec incerti conditionem, nec in factum ſubſidiariam competere dicit. nã ſubſidiaria ceſſat, quia vt inquit Bart.indebiti cõditio cõpetit vnde ſubſidiaria non eſt opus. Idem in incerti cõditio. quia vt in iuribus per Bald.allegatis apparet ſubſtãtia rei debita erat cum effectu.hic non.ideò nimirum, ſi ibi incerti.cond.competit. Iaſ.tamen in dicta.l.ſi quis.col.fi. tenet generalem incerti conditio.competere, & cum omni alia actione nominata ad incertum cõpetente concurrere, vt etiam per Bartolum in d.§.fi.incerti verò ſpecialẽ nõ, quia ſubſidiaria eſt, vt per eos.competit ergo ſine dubio indeb.conditio & incerti generalis, ſecundum Bald. & Iaſ.Et cum prædicta concluſio.Bar.quòd remedium.l. noſtræ non habeat locum in cõtractibus ſtricti, iuris, ſed bene doli except.& indebiti conditio, tranſeunt communiter doctores, vt poſt Imol.in d.l.ſi quis cum aliter.col. fin.in tertia concluſione, vbi Aret.col.1.dicta Bar.elegantia reputauit: Ratio prædictæ cõcluſionis eſt, quia lex noſtra, & textus in dicto.c.cum cauſa, loquuntur in contractu vendi.& bonæ fidei, non in contractibus ſtricti iuris, in quibus ſolum datur actio ad id quod inter partes actũ fuit. quia quicquid in dictis contractibus non eſt verbis expreſſum, omiſſum intelligitur etiam ex mente contrahentium.l.quicquid aſtringendæ ff.de verborum.obligatio.ideò &c.Sed Aquenſ.in d.l.ſi quis cum aliter, cõl.prima.& Ant.burgo.in d.c.cum cauſa.col.3.& ſequen.tenẽt. iſtud remedium locum habere etiam in cõtractibus ſtricti iuris, quum in illis æquitas pariter deſideretur.d.l.ſi quis cũ aliter, ita quòd ratio diuerſitatis inter prædictos contractus in propoſito non datur, ergo nec diuerſum ius.l.illud.ff. ad l.aquil.c.tranſlato de conſtit. quæ opinio planius procederet in terris eccleſiæ propter formam canonum, ſecundum quos omnes contractus quantum ad effectum ob æquitatẽ, quæ de iure can.ſeruatur, ſunt bonæ fidei, iuxta dictum Balb.ſolenne, in c.1.ad fin.de plus pet.& approbatur communiter per ſcri.vt per Aquenſ.in l.cum poſteaquam de pac.Firmia.in reper.in verbo contractus bo.fidei, Ant.burgoſ.in c.cum dilecti.in gl.fin.de empt.& vendi.& in c.cum cauſa, col.4 eo.tit.quicquid dixerit Iaſ.in d.l.cum poſteaꝗ. Ea propter quum in omnibus cõtractibus bonæ fidei locum habeat remedium noſtræ.l.etiam in prædictis, qui ſecundum ius cano.bonæ fidei cenſentur, videtur debere locum habere. Nihilominus in terris Imperij non eſſet à communi receden. quia licet etiam in contractibus ſtricti iuris æquitas deſideretur, tamẽ omiſſum habetur pro omiſſo.l.quicquid aſtringen.& iſtud remedium datum eſt in contractibus bo.fidei, & non reperitur conceſſum in contractibus ſtricti iuris, licet remedia alia vt diximus, competant: ergo.&c.& ſic non eſt verum, quòd ſit eadem ratio in contractibus ſtricti iuris, quæ eſt in contractibus bo.fidei, quia in primis omiſſum habetur pro omiſſo.in alijs habetur pro expreſſo, & cauto, ſi æquum ſit: Fatẽdum tamen eſt, dato ꝙ remedium iſtud & d.c.cum cauſa. in contractibus ſtricti iuris locum non haberet, habere tamen locum prouiſionem, & remedium.d.l.ſi quis cum aliter.quod à præſenti noſtro remedio parum differt, ſecundum Ant.burgoſ.in d.c.cum cauſa col.5.quum læſus vltra dimidiam iuſti pretij ante traditionem doli exceptione agentem repellere poſsit.d.l.ſi quis quum aliter.poſt traditionẽ habeat condi.indeb.ad repetendum, & rem recuperan.vt hic ꝑ Bar. quam rem retinebit, donec iuſtum pretium ſibi ſuppleatur. vnde ſi animo donandi promiſerit quis rem valẽtem decem putans quatuor tantum valere, & conſtet de hoc, poterit ſecundum præfatos Mod.retinere rem, donec iuſtum pretium ſupra quatuor, ſuppleatur.vel ſi rem tradiderit ad eundem effectum condicere per prædicta. vnde

66 Alex.in d.l.ſi quis cum aliter.col.2.dicit. † remediũ iſtius l.locum habere in effectu in contractibus ſtricti iuris videlicet per doli excep. ſi res eſt tradita.

67 † effectus dñiæ in hoc conſiſtit quia in iudicijs bonæ fidei, vt hic ait Bar. veniunt vſuræ, & aliæ acceſsiones poſt moram.§.in bonæ fidei.cum gl l.mora.ff.de vſur.ſed in iudicijs ſtricti iuris nõ veniunt vſuræ, l.1.ſupra de condi.inde.cum ibi nota. per Bar.ad fi.l.dicẽtem.idem in fructibus, niſi naturales ſint, aut loco naturalium ſubrogati, prout etiam tradunt alij, in l.indebiti.ff.de condi.indi.& ideò Alex.in l.petens col. 1. ſupra de pact. magnæ vtilitatis eſſe dixit habere potius actionem ex vẽdito à ſtip.informatã ad deducta in pacto ſtipulatione vallato, ꝗ actionem ex ipſa ſtipulatione ꝑꝑ priuilegia quæ habet, vt tradũt gl.& doct.in §.actionum inſti.de actio.& in l.1.ff.de iu.omn.iud. Concordando tñ opin.prædictas ſic dici poſſet.aut quæris, an beneficium.l. noſtræ locum habeat in contractibus ſtricti iuris, ita ꝙ læſus vltra dimidiam poſsit reſcindere contractum, niſi pars quod deeſt iuſto pretio ſuppleat, & dicen. quòd ſic, quia beneficium.l.noſtræ fundatũ eſt in æquitate ac benignitate, vt ſuccurratur deceptis, quæ æquitas, vt dixi, deſideratur

fideratur etiam in contractibus stricti iuris, & ita procedat opi. Alex. Aquens. & Mod. prædict. inquantum volūt in dictis contractibus habere locum in effectu l. nostram quia cōceditur doli exceptio ante traditionem, & datur actio cond. indeb. ad repetend. ac rescin. post traditionē, neque hoc negant Bart. Bal. & præalleg. imò concedunt, dum volunt agi etiam posse, vt res in debito statu reponatur, iuxta l. si tibi liberum. ff. de act. empt. declaratam per Alex. in cons. 17 lib. 3 & Aquen. in d. l. petent. col. 2. & sic propter æquitatem scruādam, si vltra dimidiam iusti pretij, vel æstimationis deceptus nondum tradiderit rem tutus erit doli exceptione. Post traditam aget condictione indebiti repetendo, vel incerti generali, vt in debito statu reponatur res, aut quæritur, vtrum nostræ. l. remedium locum habeat in contractibus stricti iuris, vt in terminis in quibus loquitur Bart. & dicēdum φ non, quia actio ex vendito est ex eodem contractu descendens, iuxta cōclusionem factam supra in 1. quæst. quod remedium actionis ex vendito bonæ fidei est, ideo nullo modo potest locum habere in contractibus stricti iuris, ita procedat opinio Bart. & sequacium. Et consequenter facienda est differentia inter beneficium à l. nostra datum ad rescindendum, & remedium, seu actionem ipsius. l. faciunt, quæ dicam in sequen. quæstione, in versic. dicunt tamen.

68 Secundo concludit Barto. in hac quæstione, † ideò per viam repetitionis succurri decepto, quia doli except. qua est tutus, non est odiosa, quum ex post facto nascat, aliud esset, si ab initio nata foret, dicit, quia diceretur tūc odiosa, ideo non daretur repetitio l. qui exceptionē. ff. de condict. indeb. & l. qui se deberi. ff. de condit. ob causam, cum no. Pau. de Cast. hic in 2 q. post Cy. tenet oppoli. quia exceptio doli odiosa censetur, quando contra ius commune competit, vt quum succedit loco except. Macedoniani, secus vbi ex æquitate iuris naturalis datur, vt quū succedit loco excep. metus, ita in proposito, quia æquitas naturalis dictat, vt succurratur decepto. vnde non est odiosa, vt hic per eum. Ideò habens talem excep. dicitur tutus exceptione fauorabili, ideò repetet solutū, sequitur Alex. in d. l. si quis cum aliter. col. 2. dicens contra Bar. hic φ licet ab initio dolus interuenisset, vt in prin. d. l. si quis cum aliter, tamen soluens, quia fauorabili excepti. tutus, solutum per condit. indeb. repetere poterit. d. l. qui se debere, quod valde extollit ad declarationem & lim. d. l. qui exceptī. In secundo verò casu. d. l. si quis, absque dubio non daretur actio de dolo, sed condit. indeb. secundum Aquens. ibi in 1. col. post Imo. Alex. & alios, & in prædictam sententiam quicquid dixerit Aret. concurrunt communiter scriben. vt per Ias. in l. sub prætextu. la 1. col. 3. §. de transactio. per eundem, & Aquen. in d. l. si quis. colum. 3.

69 Tertiò vult no. Bar. † in dicta sua doctrina, de exceptione danda læso, si non soluit, φ in materia. l. nostræ, sicuti prouidetur decepto de actione, ita ac fortius de exceptione contra petentem rem venditam citra dimidiā iusti pretij, quam doctrinam vt no. signauit Ruinus in cōs. 79. col. 2. lib. 1. quod indubitati iuris est, per regulam. l. in unius. in §. cui damus. ff. de reg. iur. cum alijs adducendis.

70 † circa finem commenti. Quinta quæstio Bart. † si cōtractus bonæ fidei deductus fuerit in stipulatione, quæ stricti iuris est, vt quotidie fit per tabelliones in instrumentis, dum dicunt, & prædicta omnia sibiinuicem partes dare, facere & seruare promiserunt per pactum solenni stipulatione vallatum, an competat istud remedium, cōcludit post glossatorem, φ sic, remittēs se ad ea quæ plenius scripsit, in d. l. si quis cum aliter, sed gl. hic, & ibi noluit φ vbi cum bonæ fidei cōtractu permiscetur contractus stricti iuris locum habeat remedium. l. nostræ. imò voluit excludere istud remedium, sed nō remedium. d. l. si quis cū aliter, vt etiam ibidem melius intellexerunt Bart. col. 1. & post Imo. Ias. col. 4. versi. 2. habes. Ego arbitror cum Bart. & Ias. ibidem, quando contractus stipulationis additur contractui bonę fidei, prædicta remedia simul competere, videlicet. l. nostræ, ex contractu bonæ fidei & remedium. d. l. si quis cum aliter, ex stipulatione quæ stricti iuris est, vt ibi per Iasonem, & videtur rationi consonum, ex quolibet ipsorum cōtractuum suum proprium remedium descendere, ac cōpetere, quum contractus coæquiui sint, nec sit facta nouatio, quæ in dubio non præsumitur, vt ibi per Bar. & Ias. & Bal. in tractatu dot. fol. 5. in tertio requisito, & traditur in l. singularia si cert. petat. Sed probabilius dubitari potest, an ex stipulatione interposita super contractu bonæ fidei competat nostræ. l. reme-

71 dium † & vr φ sic, quum. n. accessoriè cumuletur, sequit naturam præcedentis actus, super quo interponitur. l. t. §. bellissimè. ff. vt lega. no. caueatur. Ias. in d. l. si quis. col. 5. Ruin. ff. de verb. obl. col. fin. vbi etiam omnes alij Mod. Si igitur naturam contractus bonæ fidei assumit, cur istud remedium locum habens in omnibus contractibus bonæ fidei, locum pariter in eo sibi non vendicat? & hæc vr cōis scribentium sententia, vt per Ias. & alios in d. rubr. ff. de verb. obl. & in l. cum mota. s. de transact. dixi latè in d. l. singularia in l. speciali. Bart. Et clarius procederet ubi fieret nouatio contractus per stipul. adiectam, quia omnes qualitates & prærogatiuæ contractus in stip. transfusæ cēferentur. Bar. & alij in d. l. si quis cum aliter. & idem esset, quando appareret contrahentes voluisse omnia quę erāt de natura contractus bonæ fidei in stip. deducere, ut per Ias. in d. l. si quis col. 5. facit. §. si conueniat. l. 1. ff. depo. Dicunt tamen notanter Aret. Ias. & Aquens. in d. l. si quis. & Mod. in d. c. cum causa. col. 4. de empt. & vendit. φ remedium istius. l. nostræ, tunc punctualiter & propriè non competit intelligendo de remedio actionis ex uendito, quia talis actio & remedium non sunt proportionabilia stipulationi quæ est contractus stricti iuris, sed φ locum habet actio ex stipulatu, quæ tamen habebit naturā actionis bonæ fidei hic cōpetentis, & per hoc dicit ibi Aquen. col. 1. non obstare φ contra Bart. dicebat Imo. quem etiā ibi reprehendit Alex. Nec prædictis refragatur geminatio interuenientis consensus, qui videbatur debere plus operari tollendo remedium. l. nostræ. quum talis geminatio voluntatem contrahentium magis deliberatam, & enixam arguat, excludatq; præsumptionem erroris. l. Balista. cum plenè ibi no. ff. ad Treb. & l. pen. §. de pact. Deci.

72 cons. 60. in fi. 118. col. fi. & 181. colum. 3. † Quia respon. φ non excluditur tamen remedium. l. nostræ, ut per Deci. in locis præalleg. & prius Sozin. in consi. 85. col. 3. lib. 1. etiam interueniente temporis interuallo, vt ibi per Sozi. & sic propter æquitatem istius remedij succurritur læso, etiam φ consensus sit geminatus, quia & in secundo consensu deceptio est. l. doli. versi. ff. de noua. max. ubi nō interuenisset temporis interuallum, glo. l. 4. in verbo nisi, de pig. act. cum cumolatis per Alex. in cons. 42. super lib. 3. & Dec. in c. sua nobis. col. fi. de appel. Sexta quæstio per Bar.

73 † est de apicibus iuris vtrū l. nostra locū habeat in cōtractu transactionis, vix discerni potest, quæ sit in hoc puncto cōis opi. secū Dec. in cons. 5. alleg. Pantal. cremē. hic, in x. amplia. referens nonnulla d. scrib. nescit pedem figere. Ias. in d. l. si quis cum aliter. se latè excessurū arti. pollicetur, quum in contingentia facti quæstionem sæpe habuisse dicat. attamen in suis consil. nihil de hoc, ego quia hic art. est subtilis, & ex principalioribus artic. l. nostræ, illum plenè enucleare proposui: clarum est secundum Bal. in l. sub prætextu. la 1. §. de transl. & scribētes in d. l. si quis cū aliter. φ cōtractus transactionis est stricti iuris, quum non sit enumeratus, in §. actionum inst. de act. & tū sortitur naturam contractus bonæ fidei, quando super cōtractu bonæ fidei interponitur, quia distractus debet sapere naturam contractus glo. approbata in l. de tutela. §. de integ. rest. Alex. in d. l. sub prætext. col. fi. dixi latius in rub. §. de pact. Modo pro parte negatiua, φ beneficium istius l. non habeat locum in contractu transactionis, Iaso. loco præalleg. facit quatuor fundamenta, quæ habuit ab Alex. & Imo. ibidem, ego clarius dicam pluribus alijs additis.

74 In primis stringit tex. † in §.fi.l.Lucius.ff.ad Treb.vbi iu-
risc. transactionem factam super restitutione fideic.non
posse rescindi,etiam ꝙ in quadruplum læsio contigerit,
& sic nec prætextu max.læsionis:Alex.in d.l.si quis.col 4.
& Mod. in d.c.eum causa eum simpliciter sequentes du-
pliciter resp.primò ꝙ intelligitur ille tex.;secũdum termi
nos.l.nostræ,quæ sol.confunditur per verba illius tex.ibi
quadruplo amplius,ergo ẽt ꝙ læsio excedat dimidiã. Se-
cundò respondent post gl.& Bar.hic,ibiq; ꝙ ille tex.pro-
cedit cõsiderata vera æstimatione rei,super qua facta fuit
transactio,non autem considerato dubio litis euentu,ut
in proposito considerari debet ,prout Bart.no.Ibi.n.fuit
compertum læsionẽ excedere dimidiam æstimationis de
biti fideicommissi toto fideicommisso simpliciter consi
derato,quæ læsio tali modo consideranda non est, sed re
spectus habendus est ad æstimationem dubij euẽtus litis,
quia quum fiat super lite, & dubius sit euentus litis. l.qđ
debetur.ff.de pecul.vt dicatur quis læsus vltra dimidiã ha
beri debet respectus ad illum dubiũ litis euentũ.qui con-
sideratur in lite,secundum quam æstimationem læsio ibi
non transcendebat dimidiam æstimationis pretij quod
perceptum fuisset,si lis & cã illa alienata fuisset, & ista est
cõis sol.& intelligentia scribentium ad illum text.Com-
probatur secundum quosdam,quia in hac materia consi
deratur valor rei,secundum tempus contractus,vt dixi,&
j.dicam,quo tpe inspecto,quum penes hæredem non es-
sent aliæ res,quàm illæ,quæ per transa.fideic.traditæ fue-
runt, aliæ.n.quarum prætextu causata fuit læsio, repertæ
postmodum fuerunt , patet fideicommissarium nõ posse
ibi deceptum dici transactionis tpe, siue consideres verã
æstimationem totius fideic.siue dubium euentum. Quæ
solutio coniuncta prædicta comprobatione ad d.§.fi. nõ
satisfaciunt,nec de iure procedere videnť. non.n.apparet
ꝙ esset ibi lis aliqua inter hæredem,& fideic.& ad illa ver
ba,nisi transactum esset,quæ id innuere videbantur, quũ
75 trans.super re dubia,& lite incerta fiat.l.j.ff.de trans. † re-
sp.sufficere ad essentiam , & validitatem trãsactionis rem
esse dubiam,aliter quàm per litem.l.de fideic.l.de alimen-
tis.s.de trans.tradit Bal.in d.l.1.vbi Ias.col.pe.Lan.deci.in
l.1.col.pe.s.de pact.& alius est sensus illius tex. d.§.fi.vult
enim hæredem rogatum vniuersam hæreditatẽ restitue-
re,minimam quantitatem quam solam in bonis fuisse di
cebat restituisse postmodum per instrumẽta nouiter in-
uenta,compertum fuisse quadruplo amplius in hæredita
te fuisse.In reliquum fideic.nomine posse conueniri,ne fi
deicommissarius in dãno,& hæres in lucro ex dolosa eius
assertione versetur,nisi trãsactum esset. subiungit tex.in-
telligo super controuersia & contentione,etiam extraiu-
dicialiter,inter prædictos inde orta,nam talibus cautiuni
bus hæc obijcere amplius non oportet,vt ad propositum
dixit tex.opt.in l.vnica.in fi.s.de plus pet.imputandumq;
est postea super prædictis transigenti, vt in simili dř de er
rore calculi,qui siue ex vno contractu,siue ex pluribus e-
merserit veritati præiudicium non affert,nisi fuerit tran-
sactum, tex.est in l.vnica s.§.fi.de errore cal.iste est verus
& planus intell.illius tex.meo iudicio,nec in d.§.fin.dicit
vt volebant illi,quos supra retuli,ꝙ aliæ res tpe restitutio
nis fideic. non essent penes hæredẽ, imò tex.innuit oppo.
ibi in reliquum fideic. conueniri posse. erant ergo penes
eum qui dicebat quantitatem restitutam solam fuisse in
bonis, cuius contrarium per instrã postmodum reperta
constitit.ideò ne dolosa hæredis assertio ipsi proficua sit
cum damno fideicommissarij in reliquum fideic.cõueni-
ri potest,nisi vt subiungit tex.transactum sit, & quamuis
tpe transactionis de læsione nõ constaret,quia instrã oc-
culta erant,illis tamen postea repertis,quũ appareat qua-
druplo amplius in hæreditate fuisse , quàm assereret hrs,
probatur fideicommissarium tunc vltra dimidiam fuisse
læsum,facit l.sub prætextu,la 1.s.de trans.tex.tñ in d.§.fi.
non explicat instrumenta illa fuisse occultata per transi-
gentem, & secundum prædictam declarationem ad d.§.
fi.sequitur nihil facere inductionem,quam de illo tex.cõ
tra Bar.facit Are.in d.l.si quis cum aliter col.5.sequiť Ias.
ꝙ ibi impotentia rescindendi simpliciter attribuatur cõ-
tractui transactionis alio non considerato, & sic nõ habi
to respectu ad dubium litis euentum,ut ibi subtiliter per
eum,nam intelligendo illum tex.prout declaraui,nihil fa
cit ad propositum Aret Secundò principaliter probatur
76 per tex.† in l.sub prætextu instrũ.s.de transa.vbi trãsactio
nõ rescinditur prætextu instrũ de nouo reperti,nisi in oc-
cultatione instrumenti dolus transigentis intercesserit.&
tñ instrũm,quod est probatio probata, & veritas apparens
ostendit dolum fuisse in toto,multo minus igitur,qñ læ-
sio solum est vltra dimidiam iusti pretij,etiam considera
to dubio litis euentu.responde secũdum Imol. in c.cũ cã.
col.4.vbi Ant.Burgo.11.de empt & vend.& Alex.in d.l.si
quis aliter. col.3.hoc nõ procedere qñ in trans. quis læsus
fuit vltra dimidiam iusti pretij , & æstimationis, attento
dubio litis euentu, vt inquit Bart.quia locum tunc habet
beneficiũ l.nræ vt tollatur iniquitas & seruet̃ æquitas,quæ
in omnibus contractibus,vt dictum est desideraẽ.quam-
uis ergo.l.sub prætextu, generaliter indistinctèq; loquať,
interpretationẽ tñ & restrictionẽ accipiet ab alijs ll.& cõ
sequenter à l.nostra. quemadmodum restringitur ẽt l.il-
la,ne procedat in transactione mala fide inita.itẽ nec vbi
læsus esset minor,aut ecclesia,vel respub.alijve, quibus be
neficio restit.in integ.aduersus dispositionem d.l.succur-
ritur,vt per Soz.cons.66.lib.4. & Ias.in repet.l.admonen-
di.col.14.vbi ẽt alij Mod.ff.de iureiu.:Tertiò pro hac par
te facit,transactio & sñia æquiparantur.l.2. ff.de iure iur.
l.vnica. s.de erro. cal.vtrunque.n.dirimendarum litiũ re-
medium est l.fratris. s.de trans.c.j. de lit.contest.in 6.sed
sententia non retractatur, licet vltra dimidiam læsionem
inferat l.sub specie.j.de re iud.l.2.j.qñ prouoc.nõ est ne-
cesse,ergo nec transactio,secundum Imo.Alex. & Ias.qui
rñdẽt,diuersam rõnem reformare pactum, iuxta l.inter-
posita. s.de trans. quodq; iniquissimũ foret omni reme-
dio taliter læsum destitui , ideò ex beneficio præsentis.l.
succurri, attento saltem dubio lit.euen. in sentẽtia aliud,
quia est imputandum parti, si non appellauit, vt per eos.
Quartò iuramentum & trans.æquiparãtur.d.l.2.sed iu
ramentum non retractatur, licet quis totaliter sit læsus.l.
nõ erit.§.dato.ff.de iureiu.§.1.l.nam & postea. eo.ti.ergo
idem in trans.Aret. & Ias.in d.l.si quis cum aliter col.5.&
7.dicunt rationem omnino bonam nõ videri,quia æqui-
paratio non est vniuersalis, nam sententia per dolum par
tis lata,& iuramentum non retractatur regulariter.l.ꝙ si
deferente.ff.de dolo.l.si prætor.§.Marcellus.cũ ibi no.ff.
de iudic.& tamen transactio propriè sumpta retractatur
pp dolum.l.si superstite.s.de dolo. & l.si quis cum aliter.
s.allega.& in iuramento dici potest, ideo non retractari,
quia sufficit pœna periurij.l.nam sufficit. ff de dolo. Deũ
enim habet vltorem.l.2.s.de rebus credito. quæ pœna in
transactione non reperitur, nec ad eã adaptantur termini,
ideò nimirũ si propter talem læsionem retractari potest.
Quintò facit, quia malè videtur probari posse dubiũ
litis euentum,in quo fundatur contraria scribẽtium opi-
nio, oportet enim testes de eodem deponentes esse val-
de peritos,& tanquam deponentes de eo quod sensu non
percipitur magis iudicare,quàm testificari dicerent,ideò
non valeret illorum depositio.l.qui testamento.ad fin.ff.
de testamen.l.testium.s.de testib.Ias.in d.l.si quis.col.7.&
fuit Sal. in §.arbitrorum, dicentis se in practicam nescire
deducere talem æstimationem dubij euentus litis,vt etiã
per Barb.in d.c.cum causa,col.5.Imo.in §.fin.d.l.Lucius.
Aret.in d.l.si quis cum aliter.col.5.Alex.consil.42.colum.
5.in 2.vol.& Curt.seniorem, in addit.ad suum consil.44.
Itaque etiam quòd velis dubium litis euentum conside-
rare,non videtur in contractu transactio.posse locum ha
77 bere remedium.l.nostræ.Responde,† quòd probationes
fient circa valorem rei, & æstimabitur dubius litis euen-
tus secundum cõmuniter contingentia iuxta doctrinam

Bar.in

Bar.in l.si iactum. ff.de act.empt. & iudex qui cuncta rimari debet,& rerum ordinem inquirere. c.iudicantē.30. q.5 æquitatemq; ante oculos habere. leg.ꝗ si epheli.ff de eo quod cer.loco l.2.cum not.§.de eden.factis probationibus super valore & æstimatione rerum deducto,ac articulato,ꝗ læsio est vltra dimidiam,& considerato euentu illius litis & controuersiæ, super hoc pronunciabit, & iudicabit,vt per Soz.in cons.85.col.2.lib.5.verum est in hoc maximè offic.iudicis, in cuius arbitrio id consistit plurimum posse,& bonum esse habere ipsum fauorabilem:& ꝗ vbi mota est lis æstimari debeat dubius litis euētus,'nō vera quantitas debiti super æstimatione transactionis plenè facienda, videtur text.in l.cum hij. in §.si cum lis.ff.de transact. vt per Aret. in d.l.si quis cum aliter in 7.colum.

Sextò probatur, quia transactio valde priuilegiata est. inuēta.n.fuit vt litibus finē imponeret.l.fratris.§. de trāf. c.j.de litis contest. in 6. & multis prærogatiuis condona-
78 ta reperitur.† c.j.cum no.per Abb.& alios,de transf.l.minor 25.annis inbuenitur.ff.de minor.cum alijs,de quibus per Cor.in l.fi.in §.& si præfatum. col.j.de iu.delibe.Soz. consi.63.colum.fi.lib.3.Iaf.in l.2.col.2.ff.si quis in ius vocan. ideò dicendum videtur rescindi non posse per remedium. l.nostræ. Responde non propterea excludi remedium nostræ.l.in benignitate fundatum ad tollendum & rescindendum Iniquitatem in deceptione consistentem, propterea vt dr̃ in l.si superstite.§. de dolo transactio & si fauorabilis sit,tñ rescinditur propter dolum verū,uel præsumptum,qui re ipsa arguitur ex tali læsione.l.sub prætextu.& l.si quis cum aliter.prællег.fauendū est igitur transactioni sincerè,ac bona fide initæ,vt dicit text.in præall. l.sub prætextu.non autem iniquè, dolosè,& deceptiuè.

Septimò pro ista opin. est casus singularis in l. à diuo pio.§.si pignora ff.de re iud.vt per Aret. in d.l.si quis col. 5.respondēs nullum verbū ibi fieri de l.nostra & eius materia,ideo illam generalē decisionem intelligo,scd̃m terminos istius l.nisi creditor deceptus esse vltra dimidiā iusti pretij,quia in gñali sermone non tollit remediū istud, vt per ipsum Aret.in d.l.si quis.col.5.& Aquenf. fi.vbi ita intelligit.§.si pignora.licet de Aret.non faciat mentionē.

Octauò facit, quia transigens incertum remittit dubium,videlicet litis euentum.l.quod debetur. ff.de pecu. ideò non vr̃ posse læsionem allegare,arg.l.j.§.de pact.& l. de fideic.§.de transf.cum alijs, de quibus per Aret.in d.l.si quis. col.6. resp.arg.procedere in euētu dubio in natura, & de facto, iuxta l.cum quidam. in §.quod dicitur. cum no.ff.de acq.hære. sed nos loquimur in eo quod satis est, certum de iure,& de præsenti ad certitudinem reduci potest, modo quo dicit Bart.considerato,videlicet dubio litis euentu,secundum Aquenf.in d.l.si quis.col.2. vel melius dic, ꝗ taliter transigens non remittit incertum, imò certum habita consideratione ad incertum, videlicet ad dubium litis euentū.Suprascripta fundamenta sunt,quæ magis stringunt pro hac parte negatiua quam amplexi fuere,gl.iuris canonici,Guilel.cum Ricar.Malum. Dyn. Cyn.Spec.Io.And.Bal.Pet.de Anch.Imo.quos refert Alc. in d.l.si quis col.2.& seq.dicens hanc opi. in puncto iuris veriorem esse.Are.in 4.col.communiorem dicit, idem facit ibi in 6. col. Iaf.transiens cum, ea adducendo In super Inn.Ang.Abb.Raph. communem. & Io.de Ana.eandem opi.sequentes Alex.in cons.42.lib.1.hanc esse magis communem attestatur, à qua dicit non esse recedēdum in iudicando,aut consulendo,idē facit Deci.in cons.216.479. & 551.col.2.licet artic.sit dubius dicit, ideò fœdere dist. nititur concordare opi. & vt per eum , & j. latius dicam. Cum prædictis inuenio etiam concordare Matth. de afflict.in decis. regni.220. & Parisium latè, vbi alios refert in cons.96.col.7.& seq.lib.1.Pro contraria opi.ꝗ beneficium.l nostræ. locum habeat etiam in contractu transactionis, quando læsus quis fuit vltra dimidiā iusti pretij, & æstimationis,cōsiderato dubio litis euētu plura faciūt. Sed sex fundamentis magis stringentibus contentus ero.

In primis tamen vt intelligas hunc loquendi modum gl.Bart.& doct.de æsti. & probatione dubij litis euentus, pone litem fuisse motam super domo valoris & æstimationis quingentorum aureorum inde deuentum ad transactionem,& pro summa cētum aureorum recessum fuisse à lite, & renunciatum omnibus iuribus competētibus cum promissione de non contraueniendo , attento vero & communi valore & æstimatione domus quingentorū aureorum transigens est læsus vltra dimidiam, tamen nō poterit rescindere transa.quia postquàm res,& domus erat litigiosa, necessariò nō sequitur ꝗ fuerit læsus vltra dimidiam,quum ita potuisset in lite succumbere, sicut obtinere , ex quo dubius est litis euentus.l.quod debetur.ff. de pec.cum ibi no.ideò volens probare se per talem transact.læsum id debet probare inspecto & considerato illo dubio litis euentu,videlicet ꝗ ius illud quod prætēdebat super dicta domo communi æstimatione habenti notitiam litis prædictæ fuisset venditū vltra ducentos aureos. hoc probato erit probata læsio vltra dimidiam iusti pretij, inspecto dubio litis euentu , & secundum terminos Bar.hic.Pro hac parte affirmatiua, primò adducitur tex. in l.si superstite.præall.vbi propter magnam læsionem dicitur transactionem posse rescindi etiam aduersus patrē. de illo tex. plura scribit Iaf.in d.l.si quis. col.5. & tandem ait non stringere pro Bar. quum loquatur de dolo ex proposito interueniente , & sic vbi læsio magna concurrebat cum dolo ex proposito,secus quando dolus re ipsa tātum interuenisset,vt in terminis nostris. Sed Aquen.in d. l.si quis.col.1.pro hac opin. subtiliter inducit illum text. dum vult dari actionem de dolo , vel in factum propter reuerentiam patris immodicè læso , verbum immodicè enormem læsionem importat,vbi per eum, & Are.in pe. col.ex quo sequitur.l.illam loqui de dolo præsumpto,qui re ipsa committitur,non de dolo ex proposito,quia non requireret enormem læsionem. l.si oleum. in fin. cum l. sequen.ff.de dolo,vt ibi per eum.

Responde, ꝗ ibi Imperator reassumpto facto proposito respond. si immodicè læsa es, vt narrasti , videlicet tribuenda est actio &c. & ꝗ fuerit ibi dolus ex proposito , qui propriè dolus est,probat natura tit.de dolo, sub quo lex est posita,item qu a tex.in versic.sanè aduersatiuè, ad præceden.loquitur in præcedentibus, de transigente bona fide.verba fecit ergo in casu sequenti aduerso de transigente dolosè, & sic propriè , & ex proposito.

Tertiò quia hoc clarè cantant verba illius.l.in fi.de dolo propter paternam verecūdiam,ergo aliàs competebat actio de dolo.Disputando dici potest, ꝗ dictio illa, si, in l.polita,formam importat,& causam fi.l.prætor.in prin. ff.de coll.bono.plenè Fel.in c.cū dilecta. col.3.de resc.ergo lex illa solum procedit,quando læsio fuit enormis,sicq; in dolo re ipsa,non aūt ex proposito,quia enormis,vt dictum est , non requireretur,verùm contractus rueret, vel per actionē de dolo,aut per except.doli.l.sub prætextu instri.præall.& d.l.si quis cùm aliter.Bar. in l.quod nerua.col.2.ff.depo.Cur. cons.53.& 141. sed resp.ꝗ propter naturam tit.de dolo,& verba illa non de dolo propter paternam reuerentiam, quæ omnia dolum proprium significant,intelligitur de dolo proprio,& ex proposito,& dictio,si, ut sup.dixi est relatiua facti propositi per partem. ideò non importat iuris mysterium, iuxta gl.l.vnicæ.vbi latè dixi j.quando non peten.par. sed quia ita contingit.

Secundò principaliter pro hac parte facit c.inter cæteras.scd̃m cōem intel.de re iud.vbi sententia cōtinens euidentem iniquitatem nulla est,& retractabilis, ergo & trāsa.illi æquiparata l.2.ff.de iure iur.l.1.§.de erro.calc.secūdum Aquenf.loco præall.respon. ꝗ transactio nō dicitur continere euidentem iniquitatem, etiam si læsio sit vltra dimidiam propter odium litium,ad quas tollendas,& finiendas inuenta est,attamen ista lex in verbo humanum, & quia in claris non est opus coniecturis,euidentiaq; rei per probationem non indiget, iniquitatem manifestam

ostendunt, corroboro sic arguendo, si sententia transactioni æquiparata ob talem iniquitatẽ retractatur, à fortiori debet posse rescindi transactio, per ea quæ dixi s.in 5. argumento pro parte oppo. ꝙ facilius retractatur trãs. quàm sñia, quum à sñia appellari possit, propterea imputandum sit parti læsæ, si non appellet, secus in transactio.

Tertiò facit, quia contractus, quamuis iuratus prætextu talis enormis læsionis rescinditur, vt per Im. & alios, in c.1. & in c.cum contingat. de iure iur. per scriben. in l.pactum quod dotali. ꝯ. de pact. ergo similiter & transactio quæ iuramento, vt s. dictum est æquiparatur, nisi respon. diuersum esse in contractu transactionis finiendarum litium fauore. Nec ob. dum s. dixi, facilius retractari trans. quàm iuramentũ, quia id procedit in iuramento litis decisiuo, ac voluntario, hic loquimur de confirmatorio cõtrac. sed potest replicari cessare dictam prærogatiuam, & fauores propter iniquitatem transactionis cõtinentis tãtam læsionem, vt dixi s. in 6. argumen. partis contrariæ.

Quartò valde stringit tex. in l.in summa. in princ. ff. de cond. inde. in except. ibi posita, sinautem euidens calumnia &c. iuncta l.si quis cum aliter. dicit tex. l.in summa. datum nomine transactionis non repeti quia hoc ipso, ꝙ à lite disceditur, videtur subesse causa, sed detecta euidenti calumnia imperfectam esse transactionem, & repetitionem dari, sed interueniente deceptione vltra dimidiã iusti pretij, dolus patet re ipsa. d.l.si quis cum aliter. ergo & euidẽs calumnia, quum id ex præsumptione iuris colligatur. l.licet Imperator. ff. de leg. 1. & consequenter data euidenti iniquitate repetitio concedetur, & rescindet trans. secũdm Anto. Burg. in c.cum cã. col. 7. de empt. & vend. Respõderi posset, vt p Alex. in d.l.si quis cũ aliter. col. 3. vers. vnum tñ qui procedit vbi apparet litẽ fuisse calumniose motã, super qua inde deceptio contingit, tunc trans. nulla est, etiam ꝙ cessaret remedium l.nostræ. vt ibi per Ale.

79 Quintò facit, † quia dolus ex proposito, & dolus re ipsa æquiparant. d.l.si quis cum aliter. Deci. plenè cons. 180. col. 5. vers. non obstat, sed trans. de dolo ex proposito inita rescinditur. l.in summa. l.si superstite. preal. ergo similiter, vbi dolus re ipsa intercessit. & sic propter enormem læsionem dictum dolum causantem. Potest responderi, vt per Ias. in consi. 133. col. 2. lib. 4. æquiparationem negãtem. & maximè in hac materia nostra id procedere videtur, quia venditio per dolum facta nulla est ipso iure. l.& eleganter, in prin. ff. de dolo. & tamẽ data læsione vltra dimidium iusti pretij, sicq; dolo re ipsa interueniente, contractus venditionis nullitati non subiacet, licet rescindi possit beneficio l.nostræ vt hic, & probatur ẽt in l.dolus. j. eod. ti. tradit Alex. in d.l.si superstite, nec mirum quum talis dolus non sit propriè dolus, secũdum gl. in d.l.si quis cũ aliter, in verbo dolũ, quam sequitur ibi Ias. licet Curt. iunior. in cons. 53. & 141. contrarium teneat, quod procedere posset, qñ læsio in magno excessu, & vltra dimidiã esset. & tunc dicti doli æquiparent. dicet, tñ de hoc latius. j.

Sextò facit, quia vt dictum est l.ista locũ habet in effectu, & in contractibus stricti iuris, ergo & in cõntractu trans. considerato dubio litis euentu, dabiturq; indeb. cõdictio, vt in statu debito res reponatur, vt in cõtractu stipulatio. diximus, in 4. q. & seq. quæ condictio indeb. tanquàm generalis potest concurrere cum actione de dolo, vbi ad contrahendum, vel exigẽdum quis per dolum inductus fuisset, vt per Alex. in d.l.si quis cũ aliter. in 2. col. ergo &c. Ex quibus apparet † quicquid dixerint Ale. Are. & plures alij hãc opinionem esse veriorem in puncto iuris, & amplectendam, tanquam magis æquam, & esse cõmunẽ considerato dubio litis euentu, vt tenuit gl. in §.si. d.l. Lucius. quam Bart. hic, & ibi & in d.l.si quis cũ aliter. semper secutus est. Eandem opi. tenuerũt Rayn. de Forli. Ang. Car. Ant. de But. Rom. Imo. Fabi. de monte S. Sauini, Sene. & Hieron. Tortus, relati per Ias. in l.si quis cum aliter. col. 5. & Soz. in cons. 285. col. a. lib. 1. vbi addit Pau. de Cast. Fl. de S. Pet. & Abb. in d.c. cum causa. licet Ias. loco præall. ad oppo. & malè allegauerit, pro eadem opi. cõsuluerunt Sal. & Fanc. de Rampo. vt referunt Cor. consil. 166. circa primum. col. pe. vol. 1. & Dec. cons. 216. & 479. hanc partem sequuntur Aquens. in d.l. si quis cum aliter. & Io. de Ana. in consi. 33. licet Ias. loco præalle. malè eum intellexerit, & melius intellexit Deci. in cons. 216. prædictus asscntitur etiam Ant. Borgo. in d.c. cum causa. & ab ista opi. tanquam magis communi & æqua non esse recedendum in iudicando, vel consulendo, dicunt Soz. præal leg. & Dec. in cons. 60. col. fi. & verè vt ex prædictis apparet crebrior est, & communior apud Mod. maximè: quæ quidem opinio clarius procederet, quando læsio esset vltra dimidiam in magno excessu, ex quo dolus facilius præsumitur, vt per Deci. in cons. 203. 216. 479. col. fin. & 551. col. 2. quod confirmari potest per simile renunciationis de bonis paternis, maternis, & fraternis factæ cum iuramento per filiam, quæ nuptui cum dote traditur, licet enim valeat per c. quamuis. de pact. in 6. illud tñ non procedit qñ læsio est enormissima, & excessus magnus, sicq; re ipsa dolus, qui dolo ex proposito æquiparatur, vt latè per Soz. in cons. 263. lib. 2. secundum ordinem continuatiuum, Ias. cons. 133. vol. 4. Afflic. in decis. regni. 322. Dec. in d.l. pactum quod dotali. & in consi. 45. 180. cum seq. & 616. Curt. iuniorem. cons. 53. & 141. Ripam lib. 3. resp. c. 15. quicquid dixerit Paris. in præalleg. cons. 96. col. 8. imò data huiuscemodi enormissima læsione non est necessaria aliqua absolutio à iuramento, vt j. circa fi. 8. quæstionis late dicetur. Ex quibus pulchrè, vtiliterque infertur,

81 † ad declarationem & limitationem istius l. & l.dolus j. eo. totiusque materiæ ꝙ data læsione vltra dimidiam iusti pretij in magno excessu, contractus nullus erit ipso iure, quemadmodũ vbi dolus ex proposito contractui cãm dedit. & sic in potestate conuenti non erit supplere, quod deest iusto pretio, & rem retinere secundum dispositionem istius legis, imò erit in facultate læsi repetere rem cũ fructibus perceptis, per tex. in l.& eleganter. in princ. ff. de dolo. & l.si res in §.1. ff. de iure dot. cum dictis. s. de dolo ex proposito interueniente, & per Aquens. in spec. seu in tit. qui seu. dare pos. fol. 8. col. 3. in 4. amplia. dum inquit, ꝙ vbi contractus rescinditur, quo ad rei alienatæ recuperationem contra malę fidei contrahẽtem, etiam quo ad fructus rescinditur, vt ibi per eum: Nec prædictis obstat text. in c.cum dilecti. de empt. & vend. vbi læsio enormissima fuit in triplum, & tamen contractus non erat nullus, imò fuit irritata prima sentẽtia, per quam fuerat pronunciatum contractum vẽditionis non tenere, prout dicetur latius j. in 11. q. Dolus igitur re ipsa interueniens æquiparatur hoc casu dolo ex proposito: non respectu nullitatis contractus, sed respectu rescissionis eiusdem, vt res restituatur, vel quod deest iusto pretio suppleatur. respondetur enim ꝙ in casu c.cum dilecti. non liquebat, ꝙ de illa enormissima læsione per legitimas depositiones testiũ constaret, sed per verba narratiua partis tantum, quæ fidem non faciunt, nec probant glo. approbata in l.vnica. vbi plene de hoc scripsi. j. quando non peten. par. adeo nimirum, si iuxta ibi contenta rescriptum fuit.

82 Sed pro declaratione prædictorum aduer. † quia ad hoc, vt transactio dici possit, & valeat compositio, vt transa. requiritur, ꝙ sit lis, aut probabilis timor futurę litis. l.j. ff. de transa. l.2. supra de trans. nec staretur verbis notarij narrantis ut communiter fit, ꝙ quum dubitaretur de futura lite &c. nisi ita esset in veritate, quia transac. super lite ficta inita nullius est momenti, quum text. resistat potentiæ transigendi. l. cum his. §.si cum his. ff. de trans. plenè Dec. in cons. 351. 479. 551. 587. in rub. & l.a. s. de transac. Quidam tamen Mod. ibidem intelligunt non subsistere quod dictum est de transactione, nisi super re dubia & lite incerta inita fuerit, quando lex resistit potentiæ transigendi vt super iudicato, uel alimentis de futuro. l.si causa cognita. s. de transa. l.de alimentis. eod. tit. & §.si cum his præalle. secus si sit in libera potestate partium transigere.

Quod

Quod dictum non videtur verum, quia trans. distinguit à pacto gratuito, simplicique conuentione, nec est in potestate partium facere, quod pactum sit transact. quæ peculiaria quædam habet quę partium consensu tolli nequeunt. Vt quod fiat de lite incerta præsenti vel futura & aliquo dato, vel retento l. 1. de transact. supra. ita quod non est in potestate partium transactionis contractum facere absque lite, vel timore litis, nullove dato, propterea de his non staret assertioni partium. l. si forte. cum ibi no. per Bart. ff. de pecul. cast. cum alijs, de quibus per Ias. in d. l. j. de transact. & Dec. consi. 351. col. pe. quando ergo non fuisset lis, aut verisimilis timor futuræ litis, non posset dici propriè transa. hoc est à lite & actione transitus, ita quod cessaret fauor litium finiendarum, propter quem scribentes præalleg. voluerunt beneficium istius l. non habere locum in trans. & sic vbi dubium causaretur aliunde, quàm à lite, ita quod nó esset propriè trans. iuxta no. per Ias. in d. l. 1. col. pe. & Dec. in cons. 551. col. 2. sufficeret tunc læsio vltra dimidiam iustæ æstimationis rei per prædicta, imò non etiam posset tunc considerari dubius litis euẽtus, quum nulla esset lis, quod notab. est. Sed si conuentio túc non valet, vt transl. an valebit vt pactum, simplexque conuentio glo. Bart. & Ias. ad fin. d. l. 1. tenent quod non, nisi fuerit appositum iuramentum, quod facit actum valere omni meliori modo possibili. §. filius matrem. l. quum pater. ff. de lega. 2. ideò valebit, vt pactum. & pulchrè defendit Aquen. in l. si quis maior. col. 3. s. de trans. Hodie tamen extra hanc difficultatem sumus, quia notarij communiter in instrumentis, hæc, vel similia verba apponunt. Quòd partes prædictæ, ab infrascriptam transactionem, conuentionem & pacta, deuenerunt; inculcantes prædicta, & multa alia, ut actus omni meliori modo possibili valeat, vt etiam per Bart. & scribentes. in l. si causa cognita. ad fin. supra de transact.

83 Septimò quæro, † vtrum ea quæ in transact. dicta fuere rescindenda ex læsione contingente, cósiderato dubio litis euentu, locum habeant in arbitramento, quod trãs. dicitur, & nuncupatur auth. si vero s. de iud. cum not. ibi, & per Lanfr. in tract. de arb. fol. 7. col. 4. versi. alterius quæro. Paris. in cons. 45. col. 2. lib. 1. & Ripam in d. l. admonendi. col. 8. ff. de iure iur. Bar. hic, & in d. l. si quis cum aliter. vbi Ias. & alij cum eo trãseunt præsertim Are. & Ial. in 7. col. Sal. hic, col. 3. Soz. consil. 85. col. 2. lib. 1. & Mod. Tau. in rub. s. de trans. col. vlt. tenent partem affirmatiuam, quod arbitramentum sit species transactionis, & dicunt probari debere quód arbitrator fuerit arbitratus plus, minusve quàm valeret dubius litis euentus, & est solennis practica secundum Bar. hic, & in d. §. arbitrorum. col. pen. nam in quolibet contractu, in quo venit aliquid, quod pendet 84 ex futuro euentu incerto, † euentus ille dubius æstimari debet, si rei facienda sit æstimatio, quia dictus euentus in contractum venit per text. not. in l. si iactum retis. ff. de act. empt. secũdum Are. in d. l. si quis cum aliter. in fi. Bal. verò hic in octaua opposi. solum valorem rei non dubiũ litis euentum attendẽdum esse dicit, & sufficere pro Bar. deceptionem re ipsa, nec esse litem, sed rem litigiosam cõ rã arbitratore doctrinam Bar. erroneam reputans, cumque non pauci sequuntur vt per Alex. & Ias. in d. l. si quis cum aliter. & Barb. in d. c. cum cã. col. 5. de emp. & vend. præsertim quia arbitramentum transa. dr largo modo, & in genere, prout importat recessum à lite l. 1. & 2. ff. de iure iu. vt etiam per Rom. & Ial. plenè in l. transa. in fi. s. de trans. Alex. Aret. & Ias. in d. l. si quis cum aliter. col. 7. sequuntur Bar. nec obst. quod non sit propriè transa. quum coram arbitratore non sit lis, quia id procedit quantum ad processũ ordinarium, secus quo ad litem diffiniendam, prout loquitur Bart. & sic tollitur alia rõ Bal. quia vbi trans. est super re dubia, & contentiosa, & continet aliquid dari, vel fieri dicitur tunc vera trans. vt intelligitur concl. Bar. hic, 85 † & dicit hic no. Sal. in 3. col. quendam esse arbitratorem, qui assumitur super re nó litigiosa, neque in iurgio, cõtentione, vel cõtrouersia posita ad arbitrandũ, vel declarandum pretium rei emptæ, puta. & de hoc nó loquitur Bar. nec prædicta conclusio, sed qñ assumitur super re in contentione, vel controuersia existente, partes. n. sic compromittentes implicitè in id cõsentiunt, quod arbitrator declarauerit, & illo dato, vel retẽto, quod arbitrator dixerit transigere videntur Bar. in cons. 159. vbi a. Seuer. in tracta. trans. q. 3. Soz. cons. 85. lib. 1. vbi sequitur hanc conclusionem Bar. quæ de plano procedit emologato, & ratificato laudo. tunc. n. dicitur propriè trans. Lanfra. loco præalleg. fol. 2. col. 3. vers. emologatio. Dec. in c. si quando. col. fi. de offi. deleg. & in cons. 60. col. 2. Paris. in cons. 89. lib. 1. Gozadi. cons. 98. col. fi. & Ripam. in d. l. admonendi. col. 9. in quibus locis concludunt doct. quod compromittens & ratificans, quamuis omni remedio contrauueniendi destitutus videretur, attenta tñ enormi læsione illi succurri beneficio l. nostræ, eo quia omnia remedia quæ aduersus transactionem locum habent, procedũt & in laudo approbato. quod quidem arbitramentum dr propriè transa. Nec prædictis obst. quæ dicit Ant. Burgo. in d. c. cum cã. col. 8. quod ad probandum iniquitatem trãsactionis, & enormem læsionem requiratur deceptio vltra dimidiam iusti pretij, habito respectu ad futurum litis euentum, & tñ in arbitramentis ex læsione sextæ partis, vel tertiæ secundum aliorum opinionem rescinditur arbitramentum, vt per Abb. in c. quintauallis, col. 15. de iure iur. & Alex. in l. si quis arbitratu. col. fi. ff. de verb. obl. vnius ergo ad aliud non est adaptabilis conuenientia. Quia resp. quod læsio quæ in arbitramentis sufficiens est ad rescissionem, & retractationẽ considerari debet secundum dubium litis euẽtum, & ita intelligitur concl. Bar. non quod velit loqui de dimidia parte considerata in transactione, secundum Saly. hic, in 3. col. sed de ea parte læsionis, quæ in arbitramentis operari potest rescissionem & reductionem considerato dubio litis euentu, prout in transactione, qm non est dare rationem differentiæ, cur diuersum in arbitramento quod est species transactionis, ut ait Soz. in præalleg. consi. 75. col. 2. &

86 nunquid prædicta emologatio laudi † fieri possit antequam feratur, sine emologari laudum futurũ, & qñ procurator constitutus ad emologandum, id facere debeat, possitque; tradunt Bar. in j. cum antea. s. de arbit. & Bald. in l. fi. col. fi. s. de contrah. empt. & Paris. in cõs. 45. & 89. vol. j. consil. 24. lib. 2. Aduertendum quoque est, quod in talibus arbitramentis in casu prædicto peti potest, vt res in debito statu reponat, iuxta ea quæ in superioribus dixi. Quid autem si ratificatio prædicta cum iuramento facta esset, an excludatur tunc remedium istius. l. dicam latè. j. vbi congruentius materiam hanc de iuramen. tractabo, in 8. quæstio. Sed & si arbitramentum non fuerit ratificatum, quando fuit super re dubia, & continet aliquid dari, vel 87 fieri, † idem videtur omnino concludendum, quum sit species transa. vt s. dictum est, & tradunt etiã Mod. Taur. in rub. s. de transa. col. fi. quamuis enormiter læsus habeat aliud remedium reductionis, videlicet ad arbitriũ boni viri, quod impediri non potest, per quamcunque verborũ cautelam, etiam si in compromisso iuratum fuisset de eo obseruando, & non cõtraueniendo ratione enormis, uel enormissimæ læsionis, & dicta uerba generalia prolata videntur sub quadam cõfidentia discretionis arbitri, vel arbitratoris, ideò nó debent latè vt sonãt, intelligi, accipique; vt per Ant. de But. Abb. & alios, in quintauallis, de iur. iu. & in alijs locis. j. alleg. Et si sub tali cõfidentia decipi, quẽ contingat, illi succurrendum est l. si libertus ita iurauerit. ff. de oper. lib. l. creditor. §. Lucius. ff. mand. Et ita se habet 88 cõis obseruãtia, † practicantque; vbique aduocati, ut ex enormissima, uel enormi læsione pp magnam iniquitatẽ, nõ obstante quauis cautela verborum in cõpromisso apposita, petatur reductio ad arbitrium boni uiri, ut per Pa. de Cast. in cons. 74. quia frustra. col. 2. Guid. Papæ in quæst. 519. de qua materia, uide & signa ad ornamentum d. l. si Libertus. Anch. in consi. 330. col. 5. Aret. cons. 90. Alexan. consi. 53. col. 6. lib. 3. Soz. cons. 24. & 85. lib. 1. & 69. colum. 2. To. Hiero. Cagno. 5. lib. 2.

5.lib.2.& cós.8.col.fi.lib.4.Ias.in l.Iul.col.10.de cond.indeb.omnes scrib.in §.duo fratres. Deci. in c.ad hæc el 2. de appel.in cons.60.& 587.Ias.cons.4.col.3.lib.3. Cur.iuniorem.cons.79.Balb in tract.præscr.fol.40.q.33. Ripam in repe.l.si vnquàm in 3.q.j.de reuocan.don. Paris.in cós. 45.& 89 lib.1.in cons.24.lib.2 & Vital loco j.allegato.Et

89 prædicta reductio ad arb.boni viri † peti potest, vsque ad annos 30.secundum communem doct.senétiam, vt per Balb.Dec.Parisinm, & alios in locis præalle sed non esset bene consulium habenti remedium reductionis ad arbitrium boni viri intentare remedium nostræ legis, quum sufficiat minor læsio, vt dictum est ad obtinendum in reductione ad arbitrium boni viri, quàm in remedio istius legis, nec mirum est enim quid magis imputetur læso, quum in taxatione pretij lædatur à se ipso, sed in arbitramento læsio proueniat à taxatione, & declaratione alterius, vt per Bar in d.§.arbitrorum.col.antepe. interest tamen nostra habere plura remedia. l.nemo ex his. §.fin.ff. de reg.iur. Laudum igitur iniquum corrigi, reformariq; debet, vt ex prędictis apparet, & tradit etiam Alex.in cós. 183.lib.6.sed quum præsumatur pro laudo alleganti ini-

90 quitatem incumbit onus probádi † & quomodo probetur iniquitas, impugneturq; vel iustificetur arbitramentum, & qualis debeat esse forma libelli reductionis petita, de his omnibus vide pulchrè, & plenè Spec. in tit.de arbitr.in §.sequitur.col.11.& in tit.de arb.el 2. siue in paruo tit.ad fi.Bar.in d.§.arbitrorum.col.pe.Abb.in cons.2. Io.milis, in repertorio, in verbo arbitratoris.col.vlt. Lanfran.in tract.de arbitr.fol.10.& seq.in q.16.& 2. Vitalem de camba.in tract.clausularum. fol.90. sub rubr.qualiter iustificetur, vel impugnetur arbitramentum, Dec.in cós. 60.& 587.Ias.cons.20.lib.1.& 88.col.fin. in eo.Paris.in c. quoniam contra.nu.134.cum seq.de prob.& in cós.præalleg.& Gozad.in d.cons.98. Vital.in tract.clausularum, fol.81.& 90. cum sequé. Octaua quæstio valde frequens,

91 † vtrum iuramétum maioris excludat à beneficio istius. l.Exempli gratia, maior 25. annis in instrumento venditionis, vt quotidie fit, iurauit obseruare contractum, & non contrauenire.an possit intentare, ac implorare beneficiũ istud si enormis lęsio intercesserit, Bar.post glo.hic, & in c.cum causa.de empt.& vend. tenet q non, propter virtutem, ac religionem iuramenti, & sequuntur communiter scrib.vt hic per Sal.in 10.q. Pau.de Cast.in 4.& in 7. conclu.Alex.cons.42.col.4.lib.2.& 133.col.2.lib.5.& cós. 3.lib.6.Barb.consil.21.col.4.& fi.lib.4. & in d.c.cum causa.col.6.& Cor. cons.189. col.4.lib.1.vbi attestatur istam esse communem opi.præterquam in muliere & rustico, de quibus.j.dicetur. adde eundem Corn. cons.214.lib.3. Sozin.cons.85.1.vol.& 104.ad fi.lib.4. Cur.seniorem consil.66.col.20.Felyn.in c.ext.rescripto.col.3.de iure iuran. Ias.cons.133.vol.4.Dec.cons.60.ad fi.203.349. Ludo.Gozad.in consil.32.Bauer.in tract.de virtu.iur.col.3. & Cas-

92 sadorem in tit.de empt.& vendit. in prima decis. † Iuramentum enim vim habet expressi & specifici consensus, faciés actum valere omni meliori modo possibili. l. cum pater. in §.filius matrem. cum glo. ff.de legatis 2. & licet loquatur in vlt. voluntate, vbi plenior fit interpretatio, quàm in contractibus. idem tamen est etiam in contractibus propter iura cuius obseruantia animæ fauorabilis est, ideò extendi debet, vt per Bar.& alios in authen.sacramenta puberum.C.si aduer.véd.hinc est q iur. dicitur habere uim specialis renunciationis, & expressionis casus fortuiti, vbi generalis renunciatio non sufficeret, vt plenè per Ias.in cons.207.lib.2 & Rui.cons.6.vol.2. De qua materia, vide etiam Rom.cons.510.col.7.& 517.colum.pen. Barb.consil.25.col.7.cum seq.lib.1.Alex. cons.28.ad fin. lib.1.95.ad fi.lib.4.133.colum.2.vol.5.& 581.col.2.in eo. Alex.& Aquens.in l.si quis maior.col.3.C.de transact.Sozin.consil.47.col.fi.lib.1.Bologni.cons.3.col.fi.Fel.in c. cum super col. 3. de offi.deleg. Bauer.in tract.de iure iur. fol.2. Ias.in d.cons.207. Dec.in cons.26. col.2.180.col.3.

345.& 404.col.3.Cur.iunior in cons.21. Ripam in lib.de ss.in 6.respon.col.5.versic.non obst.3.ratio.Ludo.Gozad. in consi.32.& 69.col.3.& Paris.in cons.20.32.96. lib.1.ac consi.13.& 16.lib.2. Ea propter iam pluribus annis præ-

93 teritis † consului pro do.Io. Marescalco Sabaudiensi, q per generalem renunciationem iuramento firmatam, filia excludebatur à legitima, & à petitione supplementi legitimæ, quum iuramentum habeat uim expressi, & specifici consensus, & sic censeatur filia in specie renunciasse. §.& generaliter. l.si quando C.de inoffi.testam. & posteà pro eodem idem consuluerunt Dec. & alij excellétes doctor. Mirum igitur non est, si venditor promittens cum iuramento obseruare contractum renunciare censetur beneficio l.nostræ, eo maximè, q iurans magis deliberatè, & sine errore præsumitur ad actum accedere. c.ex rescript.cum no.de iure iur.& per Alex.consi.24. lib.4.perinde igitur est in casu prædicto, ac si beneficio. l.nostræ renũciatum esset, vt per Barb.cons.22.lib.4. & Soz.consi. 48.ad fi.vol.4. Iuramentum tamen tunc habet vim specifici consensus, quum agitur de supplendo defectum solénitatum per iuramentum, sed vbi actus deficeret defectu consensus per iuramentum nihil operaretur Bar.j.in sequen.quęst.& in l.si quis pro eo.ad fi.principij.ff.de fideiuss.& iuramentum non habet vim specialis consensus, vt per Bart.& scribentes §.quæsitum.l.4. ff.si quis cau.& in l.1.in §.si quis ita.ff.de verbor.oblig.cum alijs, de quibus per Rum.in locis præallegat.Opposi.tenuere plures antiqui & noui, vt per Moder. in c.cum causa. col.12.Corn. consil.112.lib.4.ubi interuenit simplex iura.de obseruando contractum venditio.secus quando renunciasset omni iuris auxilio, & sic remedio l.nostræ secundum præallega.nam quando per errorem quis ad actum inducitur, & si promittat non contrauenire præiudicium sibi nó facit, quia etiam iuramentum vltra consensum non oblig. l.fin.supra de non numer.pecun. & sic ad incogitata non trahitur.c.veniens.de iure iur.c.cum inter de renunc.sed de damno & læsione enormi adeò, & excessiua quis non censetur cogitasse & consensisse per hanc l.ergo iura. ad id se non extendet, facit quod scribunt hic Bald.in quæ-

94 stio.5. & Pau.de Cast.in conclusione 5. † q generalis renunciatio non sufficit ad excludendum à beneficio l.nostræ cum adducendis.j.in 12.quæstio. in 2.conclu. Bart. & quod no.ait Bal.in l.1.col.fi.supra.de inoffi.don. quod iurans non contrauenire donationi aliqua ratione vel causa, poterit per superuenientiam liberorum reuocare donat.quia hic casus non censetur cogitatus, nec consideratus, & ea generalitas non extenditur ad casum verisimiliter non præuisum. Sequitur Ripa in repet.l.si unquam. in 3.q.j.de reuo.dõn. faciunt quæ congerunt Ias.consil.

95 160.col.fin.lib.4.& Rouin.consil.6.lib.2. † Ex quibus patet solutio ad rationes contrariæ partis.de iura. habente vim consensus specifici, & specialis renũciationis.nam intelliguntur in eo in quod consensus cadit, & non aliter, nec vltra d.l.fi.Rouin.in d.cons.6. Alex.cons.28.col.fi.lib.1.& 95.ad fi.lib.4. Sed in læsione adeò excessiua consensus, vt dixi, non cadit, ideo &c. Nec est hoc casu necessaria aliqua absolutio à iura.secundum Modernum d.cap.cum causa.in sexta amplia.quia vbi non est cõsensus iuramenti, non censetur obligatorium, vt per Abb.in c.cum contingat.col.2.& seq.de iure iuran.Bald.in d.l.fi.in prin. Deci.cons.60.180.col.4.181.& 351.col.fi.& talis enormis lęsio deficiente in ea consensu iurantis à iura.videtur excepta, sequitur Soz.iunior.cons.144.lib.1.licet ad cautelam consulat haberi absolu. à iuram. de quo dicetur statim. Restringit conclusionem prædictam Burg.cõem saluando in d.c.cum causa. col.13. vbi ille qui iurauit solu ageret ad supplementũ pretij, quia virtute iuramenti excludi nõ posset, ex quo eo modo quo pôt, vult contractum seruare, ac vendere, sed iusto pretio vt intendebat, ideò quum de tanto damno ac læsione adeò enormi non cogitauerit, periurium non incurrit, petendo supplemen-

tum

96 tum iusti pretij,aliàs secus † Emptor tamẽ rem restituere volens audiretur ait. hinc est q simpliciter prohibitũ, est etiam prohibitum alternatiuè. Vnde qui iurauit non contrauenire contractui,& li posset simpliciter petere,vt suppleatur iustum pretium in quo deceptus fuit contra eius voluntatem, tamen si alternatiuè peteret cõtractum rescindi, vel pretium suppleri, esset periurus, quia ageret vt resciuderetur iurata promissio de non contraueniendo.Ita voluit Bal.in l.quæ sub conditione.in §.1.ff.de cõdi.inst.per illum tex.Soz.in l.si is qui ducenta. in §.vtrum col.1.ff.de reb.dub.& Fel.in c.inter cæteras, ad fi.de rescr. Sed non est recedendum à communi opin.per alleg.in superioribus,quibus tenentes contrarium non respond. & ad §.idem quæsit. Resp.vt per Ias.ibi, & l.si quis cum aliter.col.fi.de verb.obl.alijs in contrarium citatis respon.q propter vim iuramenti iurans super facto præsumitur in genere cogitasse de omni modo cõtraueniendi,& infringendi actum ex cã de præterito, vel de præsenti sibl com petentibus secundum Bar.ideò non deficit cõsensus, nec dicitur ignoranter facere,ieccircò nimirum si à beneficio istius.l.quo mediante contrauenire potuisset, excluditur. arg.tex in l.sub prætextu.la 2. §.de trans.& l.qui iure militari. ff. de mil.testament. cum accumulatis per Alexan. in consi.133.col.2.lib.5.Barb.consi.21.lib.4. Fel.in c.1i diligenti.col.4.de foro compet. Aquens. in d. l. si quis cum aliter.col.fin.Iaf.in d §.quæsitum. col.vlt.præterquam in

97 muliere & rustico,vt j.dicam. † & obtinet iur.vti ex prædictis liquet non solum vim specialis renunciationis, verum singularis & indiuiduæ, quod fortius est secundum Bart in extrauag.ad reprimend.in verbo, non obst.Alex. consi.1.& 155.lib.6.Barb.in loco præallega. faciunt quæ post alios,scribit Ruin.in l.1.in §.qui præsens. col.pen.ff. de verb.obl. q consensus disponentis versatur in duobus, in disponendo,& in modo,seu forma disponendi.In primo iura.non operatur,vt videatur quis Velle.q iurata dispositio plus contineat quàm contineret sine iura.l.fin.§. de non num.pec.secus quo ad secundum,quia operatur, q propter illud præsumatur disponentem non se restrinxisse ad vnum modum tantum,sed q voluerit actum omni meliori modo possibili valere, præalleg.§.filius matrẽ. ideò iuramentum extenditur ad ignorata , quando quis est certus de facto.licet non sit certus de remedio quo rescissio fieri potest,puta de remedio l.nostræ,vt scribit Pa. de Cast.in consl.70.vilo puncto.in antiq.sequitur Deci.in consi.351.col.fi.led fuit consideratio Bar. hic in 2.col.ad fi.propterea labi videtur Deci.ibi, volens q data enormi læsione,quæ dicitur vbi dimidiam iusti pretij excedit,cõtrauenire possit,non habita absol.à juramento, quia vt §. dictum fuit,iuramentum secundum communem op.excludit maiorem iurantem à beneficio l.nostræ,quod cõceditur propter læsionem transcendentem dimidiam iusti pretij,seu talis læsio à iuramẽto excepta intelligeretur ratione deficientis consensus, vt voluit Deci.,inr. non se extenderet ad illum, nec excluderetur remedium istius.l. ideò dicendum esse necessariam absolutionem à iuramẽto vt per Parisium in consi.45.lib.1.imò non posse concedi pleuam absolutionem à iuramento dicto casu, vt latè per Cur.seniorem in cons.66.fol.pe.& vlt. Cor.conf. 189. lib.1.& cons.112.lib.4. & doctrina Bald.in l.1. §.de inoff. don.per Ripam §.relatum approbata,procedit in iure superuenienti ex causa de futuro.& q tempore iuramenti non competebat, ideò ad illud tanquã verisimiliter non præuisum iuramentum generale non extenditur, aliàs secus, ut per Iason & Moder.repet.in d.§.quæsitum.in ult.

98 colum.† Quando tamen læsio in magno excessu ultra dimidiam, sicque enormissima interuenisset,contrauenire posset, obtenta prius absolutione à iuramento, etiam q qui promisisset non contrauenire ratione enormis, aut enormissimæ læsionis,quia propter dolũ qui re ipsa manifeste arguitur his iuramentis tãquam indiscretis & iniustis iura non assistunt, nec vim præbent vt dixi §.in 5.q. principali in sexto fundamento partis affirmatiuæ , & in repet.l.si quis maior in secundo not.§.de trans. Imò tunc non videtur necessaria aliqua absolutio à iuramento, vtpote non extendente se ad talem enormissimam læsionem,vt per Soc.in consi.104.lib.4.Fel.in c.1.col.7.versi.ad idem,de iu.iur.Ias.in consi.133.col.10.lib.4. Dec.alios referentem in consi.180.cum seq.& 351. Cur.iun.in consil. 53.& 141.Modern. in d.c.cum causa. in sexta ampliat. & Soz.iuniorem consi.44.lib.1. Talis enim læsio excessiua, & enormissima re ipsa dolum arguit,qui dolo ex proposito tunc secundum communiter scriben. æquiparatur, quo casu iuramentum non ligat, ideò dicit Cassador. in decis.vnica sub tit.de empt.& vend.q Rota quæ æquitati innititur in casu enormis læsionis non curat de iuramento, nec de alijs clausulis, quæ per notarios in instrumentis apponi solent, multi tamen quos referunt præfati & Paris.in consi.45.& 99.lib.1.huic parti adhærens,tenẽt absolutionem à iuramẽto etiam nunc esse necessariã,quam licet ad cautelam obtineri laudem,iuxta tradita per Cur.

99 seniorem in consil.44. cum seq.addit † tamen in puncto iuris non est necessariam puto per prædicta, quia talis dolus re ipsa,quando læsio est enormissima,secundum omues præalleg.æquiparatur dolo ex proposito,quo intercedente deficit consensus & iuramentum non est obligatorium,secundum Bart.hic,& Ias.in dicta authen. sacramẽta.col.7.Ex quibus videbatur confundi decisio Bal.approbata Soz.Fel.& præalleg. quia si iuramentum à beneficio nostræ.l.excludit,& operatur idem, q specialis renunciatio circa remediũ istius l. videtur pariter excludere à supplemẽto dicti iusti pretij de quo etiam loquitur hæc lex. Sed respond. quòd beneficium istius.l.venditori concessum est vt possit contractum rescindere propter enormẽ læsionem . emptori autem indultum est , vt possit supplendo iustum pretium iustificare contractum.Exclusus ergo per iuramentum à beneficio istius. l.erit solum exclusus à rescissione contractus,quod est beneficium venditori decepto,per hanc l.concessum: non autem à petitione iusti pretij,prout intendebat vendere, nec illud est beneficium venditori per hanc l. datum, sed potius parti & emptori datum,vt possit rem retinere iustificando cõtractum per supplementum iusti pretij nisi intelligas esset concepta renunciatio,modo quo dicam.in 13.q.in 1. limit.2.concl.Bartol.Item non procedit dicta conclusio excludens iurantem à beneficio istius. l.in muliere & rustico,quia iura eis speciali prærogatiua competẽtia ignorare præsumuntur,potiusque in ipsis præsumitur simplicitas quàm consensus reuunciatiuus.§.si autem.l.cum de indebito.ff.de prob.l.1.ad fin.ff.de edend.& sic iuramentum vti captiosum iniqumque relaxãdum est, vt per Alex.col.1.lib.6.Deci.consil.203.col.2.tetigi.§.in princ.conclu.dicamque.§.in 13.quæstio. obtinenda igitur est absolutio à iuramento in primis.Sub limita.prædicta † nisi

100 mulier, & rusticus certiorati fuissent de beneficio istius. l.nam tunc iuramentum cum certioratione illos excluderet à beneficijs sibi competentibus , vt per doctor. in l. sciendum.de verb.oblig.& Moder.Mediol. in tracta.præ sumpt.in 42.præsumpt.primæ regu. Imò simplex renunciatio sine iuramẽto cum certificatione mulierem & rusticum ab isto beneficio excluderet, vt hic per Bal.ad fin. 4.quæstio, Ergo multo magis vbi de beneficio certiores redditi iurarunt non contrauenire. Dicta tamen renunciatio iurata non obesset, vbi læsio enormissima fuisset : quinimmò vt supra dixi,tunc non esset necessaria aliqua

101 absolutio à iurameuto.† Et licet in casu prædictæ.quæstio.Bartol.venditor à iuramẽto absolutus esset ad finem agẽdi,excipiendique tantummodo, vt sit, absolutus non esset à contractu iurato, iuramentoque cõfirmato, & per consequens quicquid dixerit Anton.Burgos.in dicto capit.cum causa.col.15. obtinere non posset iu remedio.l. nostræ intentato, ut per Abb.Felyn. & alios in capit.1.de iure iuran.Corn.consil.189.& 238.colum.7.cum sequen.

xerit Parif. imò minor poffet tunc contrauenire abfque reftitu.in integr.& abfolutione à iuramento.licet melius fit ad cautelam illam impetrare, vt dixi, fupra in 8.quæ-
110 ftione.tertia conclufio Bartol. † minor iurans non con trauenire ratione minoris ætatis, vel alia quacunque de caufa, non poteft contrauenire per beneficium iftius. l. quia fuper eo iuraffe videtur.

Raph.cômen.in conf.180.Dec.conf.349.col.4.& Cur. iunior conf.53.col.3.contrarium tenẽt,quia claufula illa generalis non tollit remedium.l.noftræ, quum in generalitate illa excepta videatur tanta læfio,vt hic etiam voluit Bald.in 5.q.Facit text.in l.fi libertus.ita ibi,vel immodice obligari velit. ff.de oper.liber. Sed non eft recedendum à conclufione Bar.quia talia verba generalia cum iuramento faciunt præfumi interueniffe confenfum in læfione etiam enormi.redigitur enim ad inftar maioris,quem iuramentum à beneficio le.noftræ excludit,vt diximus fupra. Habet enim prædictum iuramentum duplex caput. Primum excludit minorem à beneficio reftitu.in integr. eum maiorem repræfentando. d.auctẽ. facramenta puberum.Secundum poftquam factus eft maior, repræfentatiuè enm excludit ab ifto remedio prout excludit alios maiores,vt dictum eft.Et eft communis fcribentium fententia contra Bart.in prædicta conclus.vt hic per Bald.in q.9.Saly.in quæftio.10.& fequen. Paul.de Caft.in vlt.col. Alexan.confil.42.lib.1.& 12.lib.2.& 17.vol.3. Cur.feniorem in confi.44.col.8.confil.66. col.17. Parif.in repet.l.fi quis maior.col.2. Vbi ego fcripfi in fecundo not.col.5.&. Parif.in confil.96.lib.11.& Fab.in tract.de empt.& vend. in 8.q.princip. in 6.col. & ita feruatur in practica.Quando tamen læfio intercesfiffet enormisfima,tunc aliud effet vt in fuperioribus dixi. Et in his terminis loquuntur plura quæ Cur.& præalleg.citant.Et fimiliter quando effet ius fuperueniens de futuro verifimiliter non confideratum per claufulam prædictam non comprehenderetur, vt in q.præcedenti dixi. Quarta & vltima conclufio
111 Bar. † Minor fimpliciter iurans non contrauenire contractui venditionis intelligitur folum iurare ratione minoris ætatis,non læfionis pretij: ideò non perdit beneficium iftius l. quia iuramentum eum duntaxat repræfentat maiorem,nec plus facit,aut operatur præal.auct.facramenta puberum fecundum Bar.hic, poft gl.Et approbatur communiter à fcribẽtibus,vt hic,per Bal. in 9.q. in fi. Sal.in 11.q.Pau.de Caft.col.fi. in prin.Barb.in d.c.cũ caufa col.6.& Fab.in tract.de emp.& vend.in 8.q. col.5.in 3. q.illius octauæ,quicquid dixerit hic Panta.cremen.in gl. in verfi.4.cafu.Accurf.tamen hic, in verf.item quid fi ifte in fi.dicet Bar. aliàs & malè intelligat hoc,vult ꝙ minor fimpliciter iurans,videatur iurare etiam occafione minoris pretij, & fic enormis læfionis & fequebatur Pet.de bella pertica,vt refert Sal.hic, in 11.q. Quia quum hoc iuramentum fit indiffinitum,& aptum côprehendere vtrunque remedium reft.in integ.videlicet & legis noftræ,præiudicat minori in vtroque remedio.arg.l.fi.in fi.j. de dot. promif.ibi,nedum effufo fermone &c.& l.j. §.fed viden. cum gl.ff.de fuccef.edic. Sed nón eft recedendum ab opi. Bar.hic,quam tenent etiam gl.& Io.And. in d.c.cum caufa.& Barb.ibidem,col.6.æquiorem & communem dicẽs,
112 † allegando pro ea text.in l.j.j.fi maior fact.&c.Prius tamen adductum per Bald.Sal. & præallegatos, quod ficut minor factus maior,ratificando venditionem abfque iuramẽto non tollit fibi beneficium noftræ l. fimiliter nec minor cum iuramento nifi id fpecialiter exprimat, quia per ipfum iuramentum, ad inftar maioris tantum reductus fuit: ficut ergo ille non excluditur,ita nec ifte.Non obft.d.l.fi.& quod de generalitate dicebatur, & d.§. fed videndum,quia non eft verum quia fit aptum dictum iuramentum comprehendere vtrunque remedium, imó vnum folum fpeciale videlicet quum folum modo repræfentat eum maiorem,& nihil plus operetur, ut dicit Bar. in d.auct.facram. Cur ergo per prædictum iuramentum excludi debet minor iurans à beneficio noftræ l. à quo non excluditur maior,qui non iurauit,quum nec ipfe vti maior iurauerit? & in d.§. fed videndum, Illa duo remedia tendebant ad idem, hic ad diuerfa. Decimo quæro,
113 † an remedium iftius.l.competat côtra emptorem, qui rem alienauit,& alteri tradidit. Videbatur quòd nô quia qui non poffidet, nec dolo defijt poffidere, non tenetur, nec conueniri poteft l.j. cum ibi no. fupra de alie.iud.l.is qui fe obtulit.cum duab.ll.feq.ff.de rei vend.contrarium determinat hic gl.quam fequuntur Bart.Bal.Saly.Pau.de Caft. & communiter doct. volentes conueniri poffe primum emptorem, etiam fi fit bonæ fid.& in alium rẽ bona fide tranftulerit,& fic nec dolo,culpave rem poffidere defierit. Quia vt fupra in j. q. vidimus tenebatur actione perfona.ex vendito ad rei reftitutionem, vel ad fupplendum iuftum pretium.Quam quidem actionem perfonalem, & obligationem ab offibus fuis excutere nô potuit, nec ab illa facto fuo fe eximere. l. ficut. cum l.eum fupra de act.& oblig.l.3.ff.de iu.iur.Quum igitur factum fuerit per emptorem,quo minus rem habeat,non immerito aftringitur per legem, rem vel æftimationẽ præftare l.Iulla 1.& l.fi culpa.ff.de rei vendic.Debebit ergo,vt dicit hic Pau.de Caft.in vlt.col.aut rem redimere & reftituere,vel iuftum pretium fupplere. Facit quod dicitur de obligato, & conuento actione perfonali ad retrouendendum, quod fi id facere nequeat,quia forte rem alteri vendidit, & tradidit, condemnari tamen debet ad retrouendendũ & tradẽdum.Et fuccedit obligatio ad intereffe,fi nequierit id facere,vt confuluiffet Alex.in conf.232.col.fi.lib.6. de quo latius fcripfi in rep.l.2.q.28.j.de pact.inter empt. & vend. & iura uolentia eum qui non poffidet, nec dolo defijt poffidere,non loquuntur in eo,qui non tenebatur actione perfonali,fed reali conueniri poterat.Qui etfi côueniri non poffit ratione poffesfionis quando poffidet, tamen ratione alterius obligationis pôt conueniri, vt declarat Pau.de Caft.in præalle.tub.de alie.iud. Maior diffi
114 cultas eft † in fingulari fucceffore,& tertio poffeffore an iftud remedium contra eum competat. Et quamuis Cy. hic,& Bal.in tract.præfcr.fol.37.in q.26.dicãt ꝙ fic, eo ꝙ fit in rem fcriptum.Pro quibus facit quod dicitur de emphyteuta, qui re in totum perempta liberatur à pẽfione. quum obligatio non effet mere perfonalis in abftracto, fed refpectiua ad rem,vt per Iaf.in l.j.col.pe.antepen.j.de iu.emphy.Attamen Petr.Bal.Sal.Pau.& alij communiter contrarium tenent, quia vt dictum eft, ex hac l. defcendit actio ex uendito merè perfonalis,quæ non afficit rem fed perfonam,ideò non fequitur fundum,nec datur contra fingularem fucceflorem.§.fi hæres.l.j.ff.ad treb.l.in fi. ff.de contrah.empt.l.dolus.j.eo.Alex.in conf.92. col.2.& feq.lib.1.& Ruin.in conf.32.col.4.lib.1.Faciunt quæ fcribit do.Parp. in rep.l.fi quis maior.in 4.q.fupra de tranfa. vbi ego in 2. col. fecundæ quæft. Et quod dicitur de promittente fundum retrouendere qui illum tertio vendidit,ꝙ licet ipfe act.perfonali conueniri poffit,tamen côtra tertium illum poffefforẽ agi nequit,ut plenè per Alex. in conf.10.lib.1.dixi in d.l.2.in 30.q. Nifi fecundũ doct. fupra alleg. eodem morbo laboraret fecũdus contractus quo primus, & emptor primus non effet foluendo, quia contra illum in fubfidium tunc ex æquitate vtilis actio non directa,datiua,& non natiua intentari poterit,arg.l. planè in §.fi quis rogatus.ff.de leg.j.ne cum aliena iactura refpectu eius quod non foluit locupletetur :fed ubi nô laboraret eodem morbo,vt quia fecundus iufto pretio emiffet, æquitas prædicta ceffaret, quum vterque de damno tractet,ita quòd debet effe potior conditio poffefforis præcipuè fi primo venditori aliquid poffit imputari, fecundum Sal.Limita.etiam quando per l.ftatutariam aliter effet difpofitum, vt in fimili plenè fcripfi in d.l.2. An aũt & quô hic tertius poffeffor poffit præfcriptione iuuari,ponunt Mod.Taurin.loco præal. Vndecimo quæro,
115 † fi res fortuito cafu penes emptorem perijffet, an procedit

cedat prædicta conclusio, vt contra emptorem detur remediũ huiusce nostræ l. Gl. concludit ꝙ non, quia sufficere debet tunc venditori illud preciolum, arg. text. §. j. l. si res. ff. de iure dot. Nam quum res tantum in obli. esset, ea perempta, emptor non debet amplius teneri. l. si ex legati causa. cum sim. ff. de verb. oblig. Pretij enim implementum in obli. non erat, sed in solu tantum, & sine mora ac culpa emptoris perempta, nõ potest æstimatio peti, quũ non sit in obli. Et dato quòd esset in obli. id contingeret respectu certæ speciei. qua perempta liberatio contingere debet. §. fin. l. Titiæ textores. ff. de legat. j. l. electio. in §. quid si is. ff. de noxa. secundum Pau. de Cast. Nec sapit qđ quidam dicunt deberi quantitatem supplemẽti pretij respectu læsionis, quæ in cõtractu interuenit, quia illud pretij supplementum integratio est rei venditæ pretij, quod absque dubio respectu rei, & certe speciei debetur, ideò nec ad rem, nec ad supplendum pretium, nec ad æstimationem per vẽditionem agi potest. Et licet perfecta ven. res periculo emptoris pereat. §. cum autem insti. de contrahẽ. empt. tamen id procedit respectu pretij conuenti, quod est in obl. non respectu supplementi, quod in facultate soluendi tantum est, vt hic per Pau. de Cast. Et prædictam conclusio. sequuntur communiter scrib. vt hic per Bal. in q. 11. & 15. Salv. q. 14. & Pau. de Cast. col. fin. Quod procedit siue res pereat apud primum, siue apud secundum emptorem. Si tamen primus pluris vendiderit, quã emerit, teneatur priori venditori, secundum Saly. ad illud quod plus percepit, per tex. in simili, in l. si ipsa res. cũ glo. ff. quod met. cau. Idque æquitatem quandam præse fert, quia primo emptori debet satis esse, vt re perempta indẽnis præseruetur, non autem conuenit eum lucrari cum alterius iactura, damnoque decepti venditoris, vulg. l. nã hoc natura. ff. de cond. indeb. Intellige etiam prædicta, nisi emptor in mora restituẽdi fuisset, per tex. cum ibi not. in l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. Multi tamen tenue-

116 runt, † nõ solum rem esse in obligatione, sed etiam pretij supplementum, propterea libellum alternatiuè concludere debere, rem restitui, aut quod deest iusto pretio suppleri, aliàs libellus sit ineptus, & sentẽtia super eo prolata nulla, secundum Panta. cremẽsi. j. super gl. allegãtem Bar. j. in prin. vlt. col. Io. And. & Abb. in præalle. c. cum dilecti col. fi. per illum tex. Inducẽdo etiam tex. in j. j. si maior fac. alien. rat. hab. vbi apparet peti supplementum pretij compensari quem tex. prius allegarat Bar. Sed nõ probat, quia licet dicat non esse ab re superfluum pretij in compensationem deduci, quia venditor debitor emptoris ex alia causa, illo petente quod sibi debetur, potest residuum illud quod deerat iusto pretio compensare si rem retinere voluerit emptor, sed quod petitio & libellus ita concludere debeat tex. nõ dicit nec tractat singul. illa lex de forma petitionis, sed potius de exce. Et est singulare, & nota. dignum, secundum Bald. ibi quod ex debito alternatiuo quantitatis aut speciei, opponitur exceptio compensationis ad debitum simplicis quantitatis, & est in electione eius, cui opponitur exceptio quantitatem vel speciem præstare, electa quantitate facta erit compensatio, electa specie non. Ex eadem tamẽ instantia, sine noua petitione condemnabitur ad speciem, & sic exceptio habebit vim actionis, secundum Bal. ibi. Et Bar. j. in prin. vlti. col. bene laudat, vt lib. alternatiuè cõcludat, sed non dicit vtrunque esse in obl. Hos art. an vtrunque sit in obliga. & nunquid in materia l. nostræ libellus debeat alternatiuè concludere, tractant latius Abb. Imol. Barb. & Moder. in c. cum dilecti. in vltimis col. de emp. & vend. quod vtrunque sit in obl. & petitio alternatiua esse debeat, probatur ex d. c. cum dilecti iuncto. c. pe. eo. tit. Nam in c. cum dilecti. venditor læsus vltra dimidiam iusti pretij rem sibi restitui petijt, & super hoc lata fuit sententia, exinde annullata, ratio nulla potest esse, nisi quod petitio, & sententia debebant alternatiuè concludere, quod secundum Barb. ibi, in 4. col. probatur, quia vbi libellum videre nõ possumus, qualis fuerit, intelligitur ex forma sententię c. dudũ de decim. quum libellus sit subiectum, sententia prædicatum, & talia dicuntur subiecta, qualia eorum prædicata, sed sententia fuit ibi lata ad rem restituendum tantum, ergo ita petitum, libellatumque fuisse, credendum est, vt ibi tenent Can. adducen. etiam tex. in d. c. cum causa. Vbi summus Pontifex habens vtrunq; in consideratione hoc exprimit, dicens, aut rem restituant pretio recepto, vel iustum pretium suppleant, ergo vtrunque in oblig. Nam si tantum res in obli. fuisset, & supplemẽtum pretij in facultate soluendi, non erat opus quod tex. ibi, vtrunque alternatiuè poneret, sed satis fuisset condemnare ad restituendum rem, & pretij supplementum fuisset in facultate soluend. l. miles. §. decem cum no. ff. de re iud. Et est communis secundum Abb. in d. c. cum dilecti. ad fi. sequitur Ias. in l. vbi autem in §. qui illud. col. j. ff. de verb. obl. & Ludo. Giozad. Bonon. in cons. 44. col. 2. Sed non est recedendum à præcedenti conclu. quicquid dicant Abb. & pręfati. Nã in obl. est tantum res, & pretij additamentum in facultate soluentis, ita quod petitio non est alternatiuè capienda necessario, videlicet id quod probatur in l. nostra ibi, si emptor elegerit, & in l. si voluntate. in fi. j. eo. ibi electione iam emptori præstita seruãda: ex quibus patet concessum fuisse emptori loco beneficij, ac ex benignitate, vt possit, quod iusto pretio deest supplere, & sic cõtractum iustificare, emptamque rem retinere, non quod ad idem teneatur, vt etiam videtur probare text. in d. c. cum dilecti. ibi in arbitrio emptoris est. &c. Ergo illud non est in ob. & sic petitio non est alternatiuè de necessitate formãda. Et ita post gl. hic tenent Bal. in q. 11. & 15. Salyc. q. 19. communem dicens Alex. in apostil. ad Bart. Ant. de Butr. Imol. & Moder. in d. c. cum dilecti & Fab. de monte S. Saui. in tract. de emp. ꝙ vend. fol. pe. col. 2. in 8. q. Ad d. c. cũ dilecti, resp. secundum Ant. de But. causatam fuisse ibi ineptitudinem, non quia rem præcisæ Cano. petierint, sed quia petierunt pronunciari contractum nullum, vt fuit iudicatum, propterea irritata postmodum sententia, tanquam iuri contraria quum contractus vẽditionis teneat sed rescindi debeat & restitui res, si emptor iustũ rei pretium supplere noluerit. Et hunc intellectum sequitur ibi Imol. col. 8. & Ant. Burgos. vlt. dicens, quod licet ille text. intelligeretur eo modo, quo supra allegati intellexere, ꝙ actum fuisset ad rei restitutionem, & talis fuerit sentẽtia adhuc non obstaret cõi conclusioni supra positæ, quia ibi iudicatum fuit rem restitui omnino debere, negando parti facultatem supplendi iustum pretium, quod iudici non licuit facere per l. nostram, cum præall. bene potuisset cõdemnare simpliciter ad restitutionem rei, & valuisset sententia, quia optionem habuisset conuentus, rem nihilominus restituendi, vel iustum pretium supplendi, donec actione iudicati conueniretur, scd'm Bald. hic, in 11. q. & Fab. præall. & dicam latius j. Sed quia præcisè per sententiam voluit compellere rem restituere, irritata fuit sẽ-

117 tentia. Magis tamen placet † intellec. Ant. de Butr. quia vt dictum est ex forma sententiæ, qualis fuerit petitio, colligitur per rationes præalleg. Et quia sententia debet esse conformis libello. l. vt fundus. ff. communi diui. c. licet heli. de simonia. cum vulg. Ibi autem iudicatum fuit venditionem non tenere, ideò censendum est conformem pręcessisse venditionem. Et hunc intel. ad illum text. posuit prius Bal. hic in 14. qõ. Imo fortius iudex ibi adiudicauit ecclesiæ Beluacensi syluam, de qua disceptabatur, inducens Canonicos Beluacenses in possessionem, sicq; iudex ineptè pronunciauit venditionem non tenere, & contra ius, vt dixi. Pariter ecclesiæ prædictæ possessionem perperam adiudicauit, inducendo Canonicos in possessionem. Et sic auferendo emptori ius electionis à lege sibi datæ nimirum si sententia illa, tanquam contra ius prolata, irritata fuit, & reuocatum quod iudex ille fecerat.

Et si dicatur in c. cum dilecti cum remedio rescissiuo contractus pp læsionem cumulatum fuisse remedium

nullitatis

nullitatis contractus,& alienationis rei propter ignorantiam capituli,vt ibi in prin.dicitur, quia non fuit seruata forma requisita in alienatione rerum ecclesiæ, qui defectus manifeste ostendit nullitatem contractus.c.sine exceptione 12.q.2. c.nulli.de reb.eccl.non alie. Ergo prima sententia, per quam pronunciatum fuit vēditionem non tenere, iuridica fuit,& secunda iniqua.Cardi.ibi dupliciter respondet,& aliter ēt Ant.Bur.col.j.ad tex.in d.c.cum causa.inductum vt supra.Resp.etiam Burgos.in d.c.cum dilecti.col.fi.post alios quod libellus, & senētia in terminis quæstionis nostræ alternatiuè concipi possunt ad cautelam,vt ibi.Sed non est necessarium per prædicta,quum in obl. sit tantum res pretij supplemētum in facultate soluendi ex beneficio. l.De quo quidem rei beneficio actor non tenetur in libello mentionem facere,vt per Bal. hic, in q.15.& Sal.19.& Pau.de Cast.in l.2.supra si aduer.rem iud.vbi per illum tex.dicit,post Bar.quòd licet actor possit in libello mentionem facere de exceptiene rei,& instare requisita sua fieri illa non obstante, melius tamē facit, secundum eum,si dissimulat.De quo articulo tangunt ēt Rom.in cons.384.Io.de Ana.& Fel.in c.j.col.fi.de calum. Laudo tamen à princ.ad euitan.opi.doct.libellum concipi alternatiue,vt Bartol.etiam tradidit.Generaliter verò † an & quando requiratur,vel admittatur libellus alter-
11 natiuus.vide Alex.cons.182.lib.2.Soz.in c.2.fol.14.col.4. de lib.obl.& Ripam in l.edita.col.4.& 5.supra de edend. Ex prædictis circa alternatiuam lib. infertur ad not.q. in practica. † Titius mutuauit Sempronio saccos centum
11 frumenti restituendos in tres mēses in ciuitate Paduæ aut Venetiarum arbitrio ipsius creditoris, lapsis dictis tribus mensibus,nulla facta restit. prædicti grani,cuius æstimatio valde creuit,Titius creditor in domicilio debitoris istum conuenit,ad restit.frumenti in altero prædictorum duorum locorum cum protestatione valoris quanti plurimi. antequam causa siue debitum per sententiam fuerit terminata,decreuit frumētum ad æstimationem,quæ erat tempore contractus,redactum,actor sententiam obtinuit,an prædicta æstimatio quāti plurimi,de qua supra attenta interpellatione iudicialiter facta debeatur.Resp. quod non,quia actor declarare debebat,in quo loco prædictorum duorum alternatiuè in obl. & libello nominatorum frumentum restitui volebat,& ante factam declarationem conuentus non est in mora. ideo ad æstimationem, & interesse quanti plurimi non tenetur.ita pulchrè Alex.in cons.45.col.fi.li.5.& in l.vinum.in 5.not.ff.si cer. pet.vbi etiam per Dec.& Moder.Taurin.col.15.quod est; o nō.Duodecimo quæritur † vtiliter in materia,pignora-
12 sti mihi rem à te emptam,quæ posteà auocata fuit à te ex remedio.l.nostræ,vtrum ius pignoris resoluatur & extinguatur.Videtur quod non,quia vbi ius debitoris obligātis resoluit ex causa voluntaria, resoluto iure datoris non resoluitur ius acceptoris, nec mihi id præiudicat in pignore.l.si res.cum simil. ff.quibus mod.pig. vel hypo.sol. vbi Bar.Ang.& Saly.notant.l.bouem. §.pignus.ff.de ædil. edic. Sed huiuscemodi resolutio videtur fieri ex causa voluntaria, quum emptor posit supplere quod deerat iusto pretio,remq; emptam retinere,& consequenter impedire resolutionem prædicti iuris sui, ergo &c.Secūdo quia postquam in dictā re cōstitutum fuit ius per emptorem habentem ad hoc potestatem,quum in re sua quilibet sit moderator& arbiter.l.in re.supra man.absonum videtur dicere,quod solus, aut sine cōsensu illius,cui fuit ius quæsitum,posit illud extinguere. l.id quod nostrū. ff.de reg. iur.l.si consensit.ff.quib.mo.pig. vel hyp. sol.l.sicut supra de act.& oblig.sicque esset in potestate datoris resoluere ius acceptoris,illique nocere, vt dicit Paul.de Cast.in l.in diē quā legit cum l.in concedendo præcedenti.ff.de aqua plu.arcen. Tertio, quia vbi res est in totū alienata per emptorem,non potest per venditorem reuocari,nec tale ius resolui,vt dixi supra in 10.q.Ergo nec quando, pro parte vt quia pignorata,vel aliter onerata,cum idem iuris sit in parte,quo ad partem,quod in toto,quo ad totum,vulg.l. quæ de tota.ff.de rei vendic.Et illam opin.firmauit Bart. in pluribus locis,in d.l.si res, & in alijs locis per Alexand. ibi,in apost. ad Bartol.allegatis. Idem tenuit fons & tuba iuris canonici Ioan.And. in addi.ad Spec. in tit.de obl.& sol.in rub.Ale.in cons.45.col.1.lib.5.& Iacob.de S.Geor. in sua feudali inuestitu. in verbo, qui quidem inuestiti, col.17.Vbi post Bar.,& alios respond. ad l.lex vectigali.ff. de pign.quod loquitur vbi resolutio contractus non causabatur facto emptoris, vel creditoris ad id directè ordinato,sed propter culpam,seu negligentiam emphyteutæ non soluentis canonem debito tempore, ideo nimirum si resoluitur,tunc etiam ius acceptoris.Sed in q.nostra resolutio fit ex voluntate emptoris ad hoc ordinata, quum ipse rem restituat,nolens pretium iustum supplere,vt dicit Bar.in d.l.in diem,ergo &c. Prædictis tamen non obstantibus veritas est ad opp.,quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris,d.l.si res,cum præalleg.& c.nuper de don.inter virum & vxor.§.rursus in tit.quibus modis. feud.amit.§.quid ergo in ti.de inuesti.de re alie.fac. l.lex vectigali.ff.de pig.& hypo.Vbi deficiente emphyteuta in solu.pensionis, ita quod ex l.conuentionis ad dominum res redierit,euanescit ius pign.& hypo.super dicto fundo constitutum, etiam quòd resolutio fiat ex actu voluntario,quum esset in potestate conductoris soluere canonē, & euitare pœnam caducitatis,& si non soluerit,nocet acceptori pign.quia soluitur hypotheca. Et propterea dicit Ang.in d.l.lex ad fi. quòd si emphyteuta durante emphyteusi faciat aliquod pactum cum vasallis rusticis super ea re,non præiudicat vero domino emphyteusi ad eum redeunte, sed res emphyteutica ad illum reuertitur, prout ante erat,hinc Petr.de Anch.in consil.134.incip.plenè & subtiliter, cōsuluit quòd finita emphyteusi finiatur vsusfruct.super re ipsa constitutus, qui vtili dominio emphyteutæ adherebat per dictam regulam,quod resoluto iure datoris resoluatur ius acceptoris.Hinc etiam est, q decidunter duæ aliæ notab.quæstiones,per Iacob.de S.Geor. post alios per eum relatos,in tract.feu.in verbo,ita q ipsi vasalli col.pe.& in verbo, qui quidem inuestiti. col.17.& seq.Cuius dicta tacito auctore transcibit.Curt.in tractat. feud.fol.43.in q.14.Hinc etiam est quòd illo (qui promisit feudum retrouēdere) retrouendēte,quamuis non teneretur necessitate præcisa retrouendere quum liberaret præstando interesse,vt per Alex.in consi.10. lib.1.Dec.cōsi.239.col.4.tamē si retrouendat, remque restituat resoluitur & extinguitur ius in eo fundo interim constitutū, vt per Bar.in d.l.in diem. Dec. in cons.proximè alleg.col. fi.Et propterea etiam Bal.hic,in q.13. & Saly.15.& idem Sal.in d.l.si res & Mod.de fano.in tract.de pign.fol.34.cōcludunt contra Bar.in d.l.si res,q si res alicui donata, auferatur ab illo prætextu insinuationis, intra tēpora à statuto præfixa non factæ, resoluitur & ius interim in ea re constitutum,quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris,maximè quum res non esset penes eum liberè,irreuocabiliter,& iure proprio,& risolutio fiat ex facto donatarij ad id directè non ordinato,vt per Mode.de Fano præalleg. Ergo similiter in casu nostro resoluto iure datoris per restitutionem rei emptæ, citra dimidiā iusti pretij resoluitur ius acceptoris,præsertim quia non debet esse in potestate emptoris,præiudicare venditori rem auocanti,faciendo illius conditionem deteriorem præalleg. l.4.ff.quibus mod.pig.sol.§.ante omnia.l.si vnus.ff.de pactis.Item & maximè, quia res nō erat liberè penes pignorantem,sed legali dispositione nostræ l.quodam modo affecta, ideò non potuit iugum legis à se excutere, & rem hypothecare in præiudicium creditoris. Et prædict.opinionem contra Bar.tenuerunt Bal.hic.in 13.q. Saly.Pau. de Cast.col.j.quia dicit ipse, Resolutio fit ex causa de præterito.quæ habuit originem antequam emptor rem obligaret.Et sic obligatio facta cēsetur eo modo, & iure,quibus erat apud emptorem ipsum , apud quem non liberè,perpe-

rè, perpetuoq;, & irreuocabiliter, ideò non potuit plus iuris in aliū transferre, quam ipse haberet, quicquid dixerit Bar. & sequaces. Et hanc opin. Bal. cōtra Bar. sequitur simpliciter Pantaleon cremen. hic, in quarta parte principali gl. Et hanc sententiam Bald. contra Bar. vtī veriorem, sequitur Alex. hic, in apost. ad Bal. & in d. l. si res in apost. ad Bar. & Moder. de Fano, in tract. de pign. fol. 34. col. 2. & 3. Et ab ista opinione tanquam vera & communi, non est recedendum. Non obstant adducta pro opinione Bar. & & sequacium supra. Et in primis textus, in d. l. si res, cum l. seq. & pignus. l. bouem. ff. de ędil. edic. per quæ iura Bar. in locis prædictis tenuit, semper cōtrariam opinionem, & quod vbi resolutio fit ex voluntate creditoris, non extinguatur ius constitutum in re. Quia resp. q̄ ibi solutio pign. pendebat ex sola & mera voluntate emptoris, vt in dictis iuribus notatur. Et qui pignus resoluere volebat actor, erat in iudicio resolutiuo. Sed in terminis nostris emptor, à quo res vēdita auocatur & aufertur, reus est à venditore conuentus, ideò potius inuitus quàm volens restituit, quum iudicium in inuitum reddatur. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. oblig. maximè quum agi possit ad restitutionem rei, & supplementum iusti pretij sit in arbitrio & facultate soluendi, vt diximus supra. Et consequēter non est verum quod per Barto. & sequaces dicebatur emptorem rem voluntariè restituere, quum possit pretiū supplere propter vim iudicij, & mādatum iudicis, ex quibus constat emptorem non facere volūtariè, id enim voluntariè fieri dicitur quod nulla coactione fit, vt per Bal. in cons. schismatis col. 5. per l. si quis maior. C. de transac. vbi docto. notant. Præterea non habuit fortasis emptor pecuniam pro supplendo quod deerat iusto pretio, vel etiam id sibi expedire non putauit. Et sic resolutio nō fit ex mera & spontanea voluntate emptoris, prout in casu l. si res an fiscum l. seq. & in d. §. pignus ad oppo. per Bar. & præalleg. adductis. Et consequenter non est verū dictam resolutionem fieri ex voluntate emptoris ad id sponte & directè ordinata, vt declarat Bar. Ad secundum respond. quod procedit, quando res esset liberè, perpetuo, & irreuocabiliter penes pignorantem, vel ius in illa constituentem. Sed in terminis quæstionis nostræ res non erat apud pignorantem liberè, perpetuo, & irreuocabiliter, sed quodammodo affecta ex dispositione legali, per hunc tex. nostrum, vt statim dicam, ideo &c. Non obst. tertium q̄ vbi res in totum, in tertium translata fuit, non possit per venditorem auocari, & à tertio possessore auferri, vel reuocari, ergo nec quando pro parte, seu ius aliquod illi fuit impositum, quia arg. non concludit & continet fallaciam. Nam vbi dicta res per tertiū possessorem tenetur & possidetur, nullam penitus habet actionem ad rem, nec contra possidētem, quia actio personalis, vt in 10. q. vidimus, non sequitur rem, sed quando res erat penes obligatum ipsam rem restituere personali actione, vt hac l. & conuētus illam restituit, tollitur omne ius super illa re constitutum, quia sublato principali corruit accessoriū, seu dependens l. cū principali ff. de reg. iur. c. accessoriū, de reg. iur. in 6. cum vulga. Item quia extincto iure datoris &c. facit q̄ promittens rem retrouendere, non magis necessitatur retrouēdere, ac rem restituere, quàm ille qui emit minus dimidia iusti pretij, quia promittens retrouendere tenetur tantum actioni personali, nec id facere precise cogitur, & rem tradere. Potest enim si vult soluere interesse, vt per Alex. cons. 10. lib. 1. Dec. cons. 239. col. 3. & tamen si retrouendat, remq; restituat, extinguitur omne ius in dicta re constitutum, vt per Bar. in d. l. in diem. & Dec. in cons. proximè alleg. col. fi. idem ergo in proposito, quia vbi est eadem ratio debet esse idem ius vulg. iuribus. Ex quibus patet magnam esse differentiam inter prædictos casus, quando videlicet res est in tertium translata, & vbi est adhuc penes conuentum illam restituētem. Quæ conclusio procedit in omnibus casibus, in quibus contractus ex necessitate precedentis obligationis resoluuntur, vt resoluto iure

datoris resoluatur ius acceptoris, vt per Bar. in d. l. si res & Mod. de Fano loco præallega. pignorans tamen vel ius in tali re constituens, quia in culpa fuit, quum sciret, aut scire deberet pignus extingui posse restituere tenebitur ad interesse creditori. l. leruum, cum gl. in verbo tenetur, & ibi notat Sal. ff. de pign. Federe tamen distinctionis cōcordari possunt prædictæ opi. sibi inuicem repugnantes, vt concl. Bal. & communis procedat, quando ex necessitate iudicij contra emptorē, remedio illius l. conuentum intentati res fuisset restituta, quū tunc emptor non videatur sponte restituere, sed coacte. Verū si res sponte absq; aliquo iudicio restituta redditaq; fuisset, quia id ex volūtate tunc restitui vr̄, aliud sit & hoc casu procedat opin. Bar. & præalleg. Ita voluit ipsemet Bal. j. in 13. q. & sequit. simpliciter Sal. in 15. q. l. Sed cōtra hanc dist. & concordiam vr̄ esse regula l. nouissimè. ff. quod fal. tut. aut. ibi cōpulsus, aut metuens ne compelleretur; cum mulus ad eā accumulatis per me in l. si quis maior. col. 9. versi. hanc limita. supra de transact. q̄ faciens actum quem scit posse cogi facere, licet sponte faciat, tamen coactus fecisse censetur. Vnde quum emptor cogi possit rē restituere, vt hac l. & retrouendere in casu d. l. 2. de pact. inter empt. & ven. licet sponte videatur facere, quando non fuit intētatum iudicium contra eum, ex quo tū id posse fieri sciebat, debet censeri coactè fecisse per prædicta. Cogita. Qn per statutum vel decretum alienatio dictæ rei esset prohibita, absq; dubio extingueretur ius in re interim constitutum, re ad primum dominum redeunte, quia dominium rei nō erat liberum penes transferentem suis constitutū ius in re, ita vt pro libito disponere posset sed erat affectum, vt per Iac. loco præalle. Et hoc casu ēt à tertio possessore res vēdicari posset, vt plenè scripsi in rep. d. l. 2. q. 28. & 34. Limita prædicta, nisi ille ad quē res reuerti debet consensisset, quia sibi præiudicasset l. 4. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. c. nuper cum ibi no. per Abba. de don. inter vir. & vxo. & Præpos. mediol. in d. §. rursus, facit regula. l. pe. supra de pact. q̄ renunciando fauori suo quilibet pōt sibi præiudicare. Secūdò lim. qn̄ res, puta feudum reuerteretur ad dominum, vt dominum, secus si reuerteretur ad eum, vt priuatum, quia vas. puta ipsi domino donasset feudum, aut eum hæredem instituisset, succederet tunc regula. volens, q̄ ex qua persona quis lucrum sentit, illius factum improbare nequeat. l. ex qua persona. ff. de reg. iur. tunc. n. resoluto iure datoris nō resolueretur ius acceptoris, vt per Iacobinum loco præall. Nec qn̄ habēs ius in re feudali, uel emphyteutica illam in alium transferret de consensu dñi directi, tunc etiam non fit resolutio iuris in dicta re constitusi, quia dominus videtur acceptare illum tertium in nouum vas. vel emphyteutam & fit nouatio quædam, §. & clientulus de alien. feudo. Anchar. in consil. 63. incip. motiuo. Præpo. in d. §. rursus. colum. 2.

Tertiò limita, quando emphyteuta ius suum l. permittēte alienasset, vt p Al. in cōs. 173. viso themate col. 2. li. 2.

Quid autē de augmento rei vtrum extincta, vel resoluta re principali, vel dispositione, ex qua talis res debebat, resoluatur eius augmentum, vide quæ congerit Brun. in tract. de augmento 16. & 20. conclu. vbi etiam ponit, an ē cōtrario aucto iure datoris, augeatur acceptoris. Vltimò 12 pro intelligētia & declaratione p̄dictæ materiæ, † an & qn̄ resoluto iure datoris resoluatur ius acceptoris. Bart. in d. l. si res. in facto millies habuisse dicit distinguendo inter reuocationē quæ fit ex cā necessaria, & eam quæ fit ex cā voluntaria, inferendo ad decisionem aliquarum q̄onū, malè, vt ex prædictis liquet, nec bene accepit causam voluntariam Sal. in l. grege. in §. cum pignora. ff. de pig. & in l. si res præalle. in fi. prin. relinquit cogitari. veniente casu. Ego visis quæ scribunt Bar. Ang. & Sal. in locis præalle. Bal. hic q. 13. Pau. de Cast. col. 3. Bart. in d. l. in diem Ang. in d. l. lex vectigali. Præpos. in §. rursus. Iacob. in locis supra allegatis. Deci. in l. aliud, in fin. de reg. iur. & Brun. loco præallegat. sic posse distingui consideraham, aut ius

datoris

datoris resoluitur ex causa antecedēti seu præterita & antiqua, aut ex cā superueniēti seu noua, vt distinxisse vř Iuriscōsultus in d.l.si res, cum seq. & tradit ibidem Ang. in primo membro aut cā est necessaria, aut voluntaria, si necessaria, vt quia ex necessitate, inuitoq; datore resoluitur, & extinguatur ius, suum resoluitur pariter, & extinguitur ius acceptoris, siue talis necessitas, puenirat ex prouisione hominis, vt d.l.si res. in §.sed & Marcellus. in l.lex vectigali. & in c.nuper præall. siue ex prouisione ac dispositione. §.rursus, & §.quid ergo præalleg. siue sit necessaria necessitate præcisa, vt in præalleg. iuribus siue necessitate causatiua, vt in terminis quæstio.nostræ, & pacti de retrouendendo. vt d.l.lex vectigali. & sic quia emptor noluerit supplere, quod deerat iusto pretio, vel soluere interesse, sed rem retrouendere ac restituere, aut noluerit soluere vectigal pignorati fundi, vt in d.l.lex vectigali. resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, quicquid dixerit Bar. in locis præall. quia resolutio nō fit ex cā merè voluntaria, vt credidit Bart. sed ex cā necessaria causatiuè. Vel ex cā præterita, quæ ortum habuit, antequam ius in re constitueretur, ita q̄ res non erat libere apud datorem vel constituentem ius in re, sed ex legali dispositione quodammodo affecta, ut hic per Bal.q.13. Sal. 15. Pau. de Cast. concl.8. & Iacobinum præall. Igitur non est mirum, si extinguitur ius acceptoris, quia ille qui dedit, non potuit plus iuris in alium transferre, q̄ ipse habebat, vt dicunt præalleg. Imò tex. in d.c.nuper ideo si res non erat pignorantis perpetuo, & Irreuocabiliter, sed reuocationi subiecta, finito iure datoris, quod nō erat perpetuum, nec efficacter radicatum, finitur ius acceptoris. l.necessariò §.si.ff.de peric.& commo.rei ven.l.si quis domum.§.hic subiungi.ff.loca.l.qui tabernam.ff.de act.emp. Solum.n.ius obligantis in obli. hypotecæ venit l.vxor. patrui §.de leg. Bal. hic q.13. & Sal. 15. & Sal. in d.l.si res. & Mod. de fano loco supra allega. Sed si causa resolutionis de prætento voluntaria esset, tunc idem dicendum quod in seq. membro dicetur per easdem rationes. Si verò resolutio iuris datoris fiat ex causa superuenienti seu noua, tunc non resoluit, nec perimitur ius acceptoris. §.pignus l.bouem. præall. d.l.si res cum seq. vbi Ang. no. & Sal. in d. §.cum pignori. Ratio est, quia voluntas datoris no debet posse nocere acceptori, cui ius quæsitum fuit. l.si superatus. in prin.ff.de pig. Bar. in d.l.in diem Bal. hic q.13. Pau. de Cast. concl.8. & Sal. in d.§.cum pignori. Et hoc quando ius acceptoris dependet à iure datoris, vt in § pignus, & l.4. præall. aliàs indubitanter non periret. Dicit Saly. in d.§.cum pignori. post Iac. But. pro quibus facit vulgaris regula. §.ante omnia.l.si vnus.ff.de pac. & l.Papinianus exuit.ff.de mino. Nec refragatur prædictis tex. d.l.lex vectigali, vbi ius acceptoris habebat dependentiam à iure datoris, & tamen, vt ibi etiam notat Ange. resoluitur, resoluto iure datoris. Quia ibi resolutio non fiebat ex noua causa mereque voluntaria, & ad resolutionem directè ordinata, sed magis ex causa præcedenti antiqua & necessaria, propter. l. conuentionis fundo vectigali dictam, licet ob solutionem vectigalis, postea omissam, ideò nimirum si fit resolutio perdicta in præceden.

123 † Quærit successiuè Bart. & erit 13.q. si in instrumento venditionis dictum fuerit. Et si quid res plus valet dedit, & donauit. vtrum tollatur prouisio istius l. Bar. plenè tangit & bene, quia vtilis & frequens, quum in instris venditionum, vt plurimum per notarios ponatur. Ex dictis suis colligo tres conclusiones examinādas. Prima est sciēs 124 æstimationem rei venditæ † nō iuuatur beneficio l. nostræ. licet nō fuerit apposita dicta clausula. Et si quid plus valet, dedit, & donat. quia sciens valorem rei censetur partem vendere, & partem donare, l.si quis donationis. ff. de contrah. emp. secundum Bar. hic. & in d.l.si quis cum aliter. col.si. scientique & volenti non infertur iniuria, neq; dolus. l.cum donationis. supra de transac. cum alijs accumulatus per Ias. in d.l.si quis cum alter, colum.pen. vnde sciens æquiparatur renuncianti, secundum Bal. hic per l. quæritur in §.si venditor. ff. de ædil. edic. facit l.j. ad fi. ff. de ac. empt. ita quod talis sciens deceptus dici non potest, & rei pretium ignorasse. Et prædicta conclusio approbatur communiter à scrib. Bal. Sal. & Pau. de Ca. hic omnes in d.l.si quis cum alter Pau. de Cast. in l.3. supra communia vtr. iud. per illum tex. Alex. cons. 127. lib.2. & cons. 17. lib. 3. & cons.1. vol.6. Soz. cons.48. vol.4. Fab. in tract. de empt, & vend. q.8. col.6. Deci. in cons.181. col.2. & 583. Moder. post alios in c.cum causa in prima limita. de emp. & ven. Paris. in cons.128. col.si. lib.1. Quam conclusionem scientiæ valoris rei uenditæ exclusiuæ remedij l. nostræ, restringe, vt dicam §. ad fin. 18. q. Difficultas tamen erit in probanda prædicta scientia valoris, & æstimationis rei, non enim probabitur ex illa præsumptione iuris, quòd censeatur quis scire facultates suas, ac uires eius patrimonij, iuxta l. quisquis §. eo. neque in facto proprio præsumatur ignorantia. l. plurimum. ff. de iur. & fact. igno. c. ab excommunicato. de rescript. quia vt declarant Abb. & alij in d. c. cum causa, una præsumptio tollitur per aliam maximè fortiorem, l. diuus. ff. de in integ. restit. c. literas de præsumpt. Præsumptio igitur prædictarum, ll. quisquis, & l. plurimum, tollitur & elidetur per aliam præsumptionem non iactandi suum l. quum de indebito, in prin. ff. de probat. Et si enim culpa videatur in facto proprio ignorantiam allegare. aduersarius enormiter decipiendo, ut esse in dolo, saltem re ipsa qui culpæ præpōderat l. item si obstetrix. ff. ad l. Aquil. propterea Sal. hic, circa fi. commenti, post antiquos concludebat, q̄ qñ parum quis læditur, contrauenire non potest propter præsumptionem. d. l. quisquis. secus ubi enormiter læditur, per d. l. cum de indebito iuncta l. nostra, ut etiam hic per Paul. de Cast. cons. 2. in 3. conclusione, Et ita consuluerunt Alex. lib.6. cons. 2. Soz. lib.4. cons.48. & Deci. cons.533. Probabitur autem 125 scientia prædicta † ex coniecturis, quum in animo consistat, ut hic per Bald. in 6. q. Ideò ubi quis uersatur circa culturam rerum, præsumitur scire illarū ualorem ex redditu, secundum Bal. Et pariter ex uicinitate rerum seu locorum elicitur præsumptio prædictæ scientiæ, arg. c. quāto, de præsumpt. & no. per Bar. & alios in l.j. ff. si cert. pet. & Dec. in præalleg. cons.583. concludentem ex prædictis præsumptionibus, & coniecturis contra quosdam conductores, illos censeri habuisse notitiam valoris & æstimationis rerum, aliàs per eos conductarum, ideò non habere remedium l. nostræ alleg. læsione. Idem uoluit Sozi. in cons.48. præalleg. ubi congerit plures exceptiones exclusiuas istius nostri remedij, & instituit aduocatum emptoris, ut articulet, & probet q̄ uenditor erat homo sagax intelligensque uerum pretium rerum, & habens notitiam rei uēditæ. Nam hoc modo probatur scientia ualoris rei, quæ excludit contrahentem ab isto beneficio. In minore autem muliere & rustico, & alijs simplicibus personis, potius præsumitur simplicitas, quā liberalitas, ideò scientia prædicta valoris rei, difficilius probaretur, quod totū committitur arbitrio iudicis quicquid dicat hic, in 7. q. Sal. ut per Bal. in 4. q. requirentem certiorationem de isto speciali beneficio, quo ad prædictas personas, & sequuntur cōiter scriben. maxime ubi læsio esset enormis, ut per Fabia. loco præalleg. Corn. cons.189. lib. Alex. pulchrè cōs. 1. lib.6. ubi ita consuluit, non obstante quòd in instrumēto non fuissent appositæ multæ clausulæ, & renunciationes, ex quibus sublatum uidebatur remedium istius. l. ut ibi per eum & per Dec. in cons.60. & 180. col. fi. & 203. colum. 2. etiam quòd interuenisset iuramentum in istis personis: Secus in alijs maioribus quia tunc ab isto beneficio excluduntur, ut in superioribus diximus. Adde etiam Ant. Burgos. in c. cum causa col. antepen. & in c. cum dilecti. in 2. no. de emp. & uend. sublimitatem, quando dictæ personæ essent sagaces, quia tunc etiam in dictis personis præsumeretur donatio, ut ibi per eum. Facit quod de rustico sagaci, & squadrato, scribit Parpal, in repetion., l. si quis ma-

quis maior col.j.ſupra de tráſa.Alex.in l.vbi exigitur.ff.de eden.& Dec.in conſ.34. col.fi. Intellige tamẽ prædictam concl.de ſcientia valoris rei,quæ excluditur ab iſto beneficio in habẽtibus poteſtatem donandi, aliàs ſecus, vt hic per Sal.in 7.q. inferẽtem propterea id non habere locum in vẽditione rerum eccleſiaſticarum,neque in tutoribus, curatoribus, & commiſſarijs, ſimilibusque vendentibus, vt etiam per Fabia.loco præalleg.col.7. de quo j.etiam di-
126 cetur. Ex prædicta concluſione infertur † quòd ſi in inſtrumento venditionis dicatur,prout communiter fit,talem ex certa ſcientia,animoq; deliberato,ac nullo errore ductum re vendidiſſem &c.non habebit locũ iſtius legis noſtrum remedium, ſecundum Bal.hic,in 7.q.Alc.in præalleg. conſ.42. col.3.Curt.ſeniorem in conſ.50.num. 373.& Iaſ.in l.fi.in §.idem quæſijt.col.fi.ff.de condi.inde. Aduertendum tamen eſt ꝙ per clauſulam prædictam vr ſolum probari dicta ſcientia præſumptiuè,quia pars fateri videtur,quod in ſcriptura continetur hoc videlicet feciſſe ex certa ſcientia,vnde ſi probaretur poſtea rem ſe aliter habere, conſtabit prædictam confeſſionem erroneam fuiſſe.§.fin.l.de ætate.ff.de interrogat.actio.notant Bald.& alij. in l.4.§.h. ff.ſi quis caut.Eodem enim errore quo ad vendendum quis ductus fuit, ſimiliter fuit inductus ad permittendum apponi in inſtrumento prædictas clauſulas,iuxta l.doli,in verſic.diuerſum.ff.de nouat.quæ aliunde,vt plurimum ex quadam generali conſuetudine, & ſtilo notariorum apponuntur,vt per Alex.in d.conſ.j.
127 Soz.in conſ.j.alle.cum ſimil. † Quinimo id videtur procedere etiam venditore dicente & atteſtante ſe habuiſſe ſcientiam & notitiam prædictæ æſtimationis, & veri valoris rei,quia probato rem aliter ſe habere,conſtabit confeſſionem fuiſſe erroneam. Non obſtante igitur clauſula prædicta ex certa ſcientia &c.poterit contrarium probari, & ſic error læſioque allegata:quo caſu dicta clauſula, tanquam ſuper incognitis per errorem appoſita,nihil operabitur.Soz.pulchrè in conſi.79.col.7.5 2.2. Iaſ.in d.§. idem quæſijt col.fin. Deci.conſil.180. col.fin. in verſic.5. non obſtat.& Pariſ.conſ.3.col.5.lib.4.Et idem videtur di-
128 cendum, † etiam quòd in inſtrumẽto eſſet clauſula informatus ad plenum de valore & æſtimatione rei, vt nihilominus poſſit contrarium probare,& obtinere in iſto remedio probata enormi læſione,licet Pariſ.in conſi.15. col.antepen.lib.2.& Lud.Gozad.in conſ.71. col.fi.velint talem clauſulam excludere omnem ignorantiam, & errorem ac probationem faciendam ad oppo.quod non vr veritate ſubnixum, quantum ad probationem,quin poſſit fieri, & conſtabit rem ſe aliter habere, & conſequẽter liquebit de errore per præalleg.Erit igitur tutius ad excludendum remedium, & prouiſionem iſtius. l. apponere alias clauſulas, de quibus ſtatim dicam. Secunda conclu.
129 prædicta clauſula Et quod plus valet,dedit,& donauit, in ignorante refertur ad modicum . Iccirco data læſione vltra dimidiam iuſti pretij, adhuc competet iſtud remedium deducto illo modico , quod voluit donare per adducta hic à Bar.& latius in d.l.ſi quis cũ aliter. in fi.commenti.Et cum iſta ſecunda conclu.Bart.tranſeunt cõiter doct.vt hic per Bal.in 7.q.Sal.col.4.in 8.q. Pau.de Ca.col. 3.in 6.concl. Alex.Iaſ. Aquenſ. & alios in d.l.ſi quis cum aliter,in vltimis col.Fabia. loco ſupra alleg. in 8.col.quia illa adiectio, & ſi quid plus &c. refertur ad modum iuribus per dictos ſcrib.alleg. Et quia captioſa eſt, & ex conſequentia erroris procedere videtur , quia modicũ putauit donare,vbi multum eſt, vt per Bal.& Sal. præalle. Nec prædictæ concl.obſtat motiuum Imo.ꝙ verba illa, & qđ plus valet &c.ſecundum prędictam concl.nihil operarentur contra iura vulg.quia ſecundum Sal. & Paul.de Caſt. hic in locis præalleg.Alex. & alios præalleg. ac Mod.in d. c.cum cauſa in 2.limita.Imò plurimum operabuntur,nã illud modicum donatum iam in vno nummo cõſiſtens, vt inquit Paul.de Ca.potuiſſet locum feciſſe remedio noſtræ.l.quod ceſſabit propter dictam modicam dona.Exigitur enim per hanc l.aliquid eſſe vltra dimidiã iuſti pretij.Et quum dictum modicum nõ ſit à l. determinatum, relinquetur arbitrio iudicis,iuxta l.j. ad fi.ff.de iud.delib. cum ſimil. ſecundum Sal.hic in 8.q. Minus obſtat aliud motiuum,quòd inducta ad unum effectum operabitur contrarium,quum non appoſita prædicta clauſula,liceat emptori decipere venditorem , vſque ad dimidiam iuſti pretij,ea verò appoſita tantum in modicum. Hoc enim falſum eſt,quia prouiſio hominis non tollitur prouiſione l. vt in ſuperioribus diximus.Ita quòd emptor vtraque prouiſione vti , & gaudere poterit prædictæ clauſulæ reſpectu illius modici donati, & l.noſtræ permittẽtis deceptionem vſque ad dimidiam. Et dicta clauſula erit magni effectus, quia deducto illo modico, forte exceſſus non erit vltra dimidiam iuſti pretij,ita quod impedietur reſciſſio contractus, & prouiſio iſtius. l.conſiderandum eſt enim illud quod ſupereſt,& ſi illud non excedit dimidium iuſti pretij,remedio noſtræ l.locus non eſt,vt hic ad fi.8.q. ſcribit Sal.& volunt etiam ſupra allega. Obſtat fortius,ꝙ verba donationis non ſunt ſtricte intelligenda , ſed large interpretãda.c.cum dilecti.de don.cum not.per Aquenſ. in l.poſtquam liti.col.j. ſupra de pactis. Ergo per dictam clauſulam generalem,& ſi quid plus valet &c. cenſeri debet totum donatum & alleg.per Bar.& alios,non loquuntur in materia dona. Niſi dicas,concluſionem Bar.intelligi in ignorante valorem rei,in quo ceſſat præſumptio donationis.Secus autem eſſet in ſciente.Reſtringitur prædi-
130 cta,concluſio Bar. † per Bal.hic,in 7.q.vbi in renunciatione diceretur, & omne totũ, & quicquid plus valeret, dedit, donauit &c. quia per verba illa geminata, & prægnantia totum donari videtur etiam ꝙ excedat dimidiã iuſti pretij,ſed Rom.& ſubtilius Aret.& Aquenſ.improbant dictum Bal.pluribus rationibus.Nam illa verba,omne id,& totum,vel omne totum,quod plus valeret inquit Aret.relatiua ſunt ad illud plus relata,ideò aliud continere nequeunt,quàm cõtineat verbum plus,quia relatio refert ſubſtantiam & qualitatem eius,ad quod ſe refert,interdum,cum no.ff.de hęr.inſt.§.fi.l.ſi quis ſeruũ,vbi Bar. no.ff.de leg.2.& conſequenter modicum. Ego non diſcederem à Bal. propter prægnantem verborum vniuerſalitatem,& geminationem,quæ multum operantur.l.Baliſta.ff.ad trebel.vt cõtra Rom.dicebat hic Are. & quia vniuerſalis diſpoſitio nullam patitur reſtrictionem, ſed generaliter intelligi debet, etiam ꝙ maior ratio militet in vno caſu,quàm in alio.l.Iulian. ff.de leg. 3. cum pluribus cumulatis per Alex. conſ.117. viſis col.2. lib.1. & conſ.20. & 163.lib.5.Dec.conſ.48.col.2.& 4.2. & Cur.iuniorem. conſ.183.l.i ſic magna quantitas donata cẽſebitur, & ceſſabit remedium illud , quum de eo ſaltem in genere fuerit cogitatum,quod ſatis eſt,vt per Barbat.conſ.21. lib.4. Iaſ.in l.ſed & ſi quis,in §.quęſitum col.fi.ff.ſi quis caut.& Ripam in repe.l.ſi vnquam.in 3.q.j.de renoc.do. Et reſp. Aret.& Aquenſ.non obſtat,quia relatio non eſt ſimplex. ſed cum augmentatione, cumulatione, & geminatione, quæ omnia maioris ſunt efficaciæ, roboris, & virtutis,ut
131 dictum eſt. Tutius tamẽ erit † apertius, clariusq; loqui, dicendo,exempli gratia,ꝙ ſi res vendita plus valeat id totum ſponte,& ex ſui certa ſciẽtia nullo errore ductus donauit ſiue in parua,ſiue in magna quantitate conſiſtat,& ꝙ valde excederet dimidiam iuſti pretij, vt hic per Sal.ad fin.8.q.& Soz conſil.48. lib.4.euitaturque quod poſt Bal. tradit Felyn.in c.inter cæteras. col.fin.de reſcript.de quo tamen plenius ſcripſi ſupra in 8.q. In minore præſumeretur deceptio,arg.l.ſi quis cum ſciret.ff.pro empt.Abba.in d.c.cum cauſa.col.fin. vbi Mod.in 2.& 3.limita.docentes
132 † vtile eſſe in ſpecie apponere etiam renunciationem l. noſtræ,ſeu beneficij iſtius.l.cui poteſt renunciari,vt poſt Bart.tradunt Aret.& Aquenſ.in d.l.ſi quis cum aliter. colum.pen.Fab.in tract.de empt.& uendit.in 8.quæſt.prin. colum.5. Deci.conſil.27.& 180. facit regula l.penult. ſupra de pac.quod quilibet poteſt renunciare his, quæ pro ſe introdu-

se introducta sunt, vt ibi plenè per scriben. & in l. nemo potest ff. de leg. 3. & in cap. si diligenti vbi Felyn. col. 4. de foro comp. & Deci. consil. 513. colum. 2. Et practici tabelliones, hodie semper apponunt istam renunciationem specialem de l. nostra in instrumentis.

Si tamen ille qui renunciat est minor 25. annis, eo ipso 133 q renunciat læditur. † Nec valet quod agit ét non probata aliter læsione. l. si iudex. cũ gl. & l. interdum. ff. de minor. & l. si intra. vbi gl. Pau. & Alex. supra de in integr. rest. minor. nisi renũciaret etiam beneficio ætatis ac in integ. restit. cum iuramento vt ibi per Alex. & Aquens. in d. l. si quis cum aliter. col. pen. Fel. in c. si diligenti. col. 4. de foro comp. Curt. seniorem cons. 44. & Iuniorem, consi. 53. Ias. cons. 133. vol. 4. & Bauer. in tract. de vir. iur. casu 43. Data tamẽ enormi læsione, potest minor præhabita absolutione à iuramento petere restit. in integr. vt dixi supra in q. de iuramento minoris. Per clausulam tamen illam solũ per tabel. in instrumentis apponi, renunciando omni iu-134 ris & legũ auxilio ac beneficio, doliq; exceptioni, † non intelligitur renunciatum beneficio l. nostræ, quod nõ tollitur per generalem renunciationem, vt hic per Bal. in 5. q. nisi simul fuerit appositum iuramẽtum, vt per Alex. in cons. 3. lib. 6. Cor. cons. 112. limita 4. Ias. in l. j. col. pen. j. de iure emph. & in d. l. si quis cum aliter col. 8. Dec. consi. 27. & 180. Ludo. Gozad. in cons. 53. & 88. & Ripam in repet. 135 d. l. si vnquam. in 52. q. Tertia concl. Bar. † donator si vltra dimidiam iusti pretij deceptus fuerit cõtrauenire poterit per remedium istius l. vt si donare putaueit rem valentem. x. quæ valebat 20. & plus quam, & cum Bar. transeunt simpliciter alij. Faciunt quæ dicam j. in 37. q. Pondera Bart. velle donat. esse contractum bonæ fidei, ex quo concludit in ea habere locum remedium l. nostræ. Nam in contractibus stricti iuris hãc l. habere locum supra negauit. Sed quum non enumeretur in §. actionum insti. de actio. oppo. verius est vt per Ias. in d. l. si quit cum aliter, colum. fi. Videtur tamen hoc nõ multum referre in proposito nostro quia saltem habebit locum remedium. d. l. si quis cum aliter. & l. cond. indeb. vt ibi cõcludit Bar. & latè Dec. supra in q. an locum habeat. l. ista in contractibus stricti iuris. Sed vbi quis donat quod plus res vendita valet, an sit vera donatio, ita quod requiratur insinuatio. Alex. in d. l. si quis cum aliter. relinquit cogitan. Aquens. ibi, in pe. col. determinat, quòd inter personas prohibitas venditio simulata præsumetur, & erit vera donatio, aliud inter personas non prohibitas per tex. in l. si quis donatio nis. ff. de contrahend. empt. de quo vide Sozin. in cons. 22. lib. 4. Hodie de defectu insinuationis parum curamus, 136 † quum de huiuscemodi rebus communiter fiant publica instrumenta, in quibus notarij iuramentum apponitur per quod suppletur defectus insinuationis, vt plenè post alios per Dec. in cons. 488. & 538.

137 Quartadecima q. necessaria, † pro intelligentia totius materiæ, quomodo cõsideretur læsio ista vltra dimidiam iusti pretij, tam ex parte venditoris, quã ex parte emptoris. Resp. si venditor rem valentẽ. x. pro quatuor vendidit, vel emptor sexdecim emerit, seu minus quinque & plus quindecim, quia si iustum rei pretium in x. cõsistit, dimidia iusti pretij quinque indubitanter erunt, & hoc velle probare quum pateat, nõ esset nisi infirmitas intellectus. iuxta ea quæ scribit Bal. in l. actor supra de probat. Et ita post gl. hic, in fi. concludunt communiter doct. vt hic per Bal. q. 17. Pau. de Cast. in princ. & h. Prat. Pap. in for. lib. i. n causa vendi. in gl. in verbo pro pretio. Mod. in c. dilecti. n 2 not. de empt. & vend. cum alijs quæ scripsimus supra in 138 2. q. Sed quid si læsio, † excederet prædictam dimidiam vno nummo, vtrum prædicta locum sibi vendicent, & remedium istud? videbatur quod non, quum de modicis non curetur. l. scio. ff. de in integr. restit. quæ tamen lex loquitur in dispositione speciali contra iut commune, ut ibi per Bart. aliud de iure communi, vt in hac quę. Et ita, tenent hic Bal. q. 12. Pau. de Cast. in prin. & fi. commenti in 6. conclusione. Cæp. in tract. de simula. contract. fol. 4. col. j. Fel. in c. cum causa col. j. de testib. & Ant. Burgol. in d. c. cum causa col. 3. de empt. & vendi. Lex enim figit pedem, vt contingente læsione vltra dimidiam reformetur omnia, ideò ordinatione legis contenti esse debemus. l. si 139 non fuerint. §. fi. cum gl. vlt. ff. pro socr. † Sicq; de minimis curatur in materia nostra, & vbi est eadem ratio inter minimum & maximum non fit differẽtia. c. de appel. extra de appellat. Consl. latè in tract. de minimis & Bru. in tract. exclusiuo, fem. stan. agn. masc. art. 9. col. pe. Sed in terminis nostris quo ad rescindendum dictum contractum videtur eadem ratio, quia propter illud minimum præpõderat vitium læsionis ac deceptionis, potentiusq; efficit quàm cã contractui fauens. Vnde à potẽtiori sumitur interpretatio. l. quæritur ff. de sta. ho. Non enim potest negari, quin propter illum minimum excessum dimidiæ iusti pretij res potentior efficiatur ex illa parte, sicuti si plurimum excederet, ergo arit eadem iuris dispositio, vt per Barb. & Mod. in d. c. cum causa. col. 2. & 3. Et si aliter dicere mus impossibile esset determinare, qui, qualis, & quantus esse deberet dictus excessus dimidiæ iusti pretij, postquam aliter hoc à l. non determinatur, sed tantum exigit excessum dimidiæ, id totum quod excedit dimidiam, excessui attribuẽs, nec iudicio meo in hoc est probabile du-140 bium. Et si † iustum rei pretium consistit in indiuisibili, secundum l. humanam, aliud in foro poli, & secũdum theologos, vt dixi in secunda conclusione primi not. Te tamen non prætereat, quòd quamuis sit in electione emptoris rem restituere, aut supplere quod deest iusto pretio, vt hic dicitur tamen nõ audiretur, neque liberaretur soluendo vsque ad integram dimidiam, sed deberet integraliter supplere dictum pretium, vt pulchrè per Bald. in 12. q. & Pau. de Cast. in 2. col. ponentes & vsque ad quod tempus suppleri possit dictum pretium. Et probatur clarè prædicta conclusio, per l. nostram, quæ dicit suppleri debere quod deest iusto pretio, non dicit, vsque ad dimidiam, sed iustum pretium rei id est totum.

142 Decimoquintò quæro, † vendita fuit res ecclesiæ citra dimidiam iusti pretij, & sine consensu capituli, vt in casu, d. c. cum dilecti. Inde capitulariter ratificatus cõtra-143 ctus, nunquid poterit intentari remedium istud? † Dic quòd sic, quia duplex interuenit defectus in solennitate, & in quantitate, licet igitur per ratificationem venditionis legitimè factam, primus defectus sit purgatus, remanet tamen secundus, propter quem compatit remedium nostræ. l. Ita Bald. in l. j. per illum tex. j. si maior fac. alien. ra. hab. & Barb. in c. cũ dilecti. col. 3. de emp. & ven. Faciũt quæ dixi supra in q. de iur. min. & quæ dicam j. in q. 45.

144 Decimosextò quæro, † stante statuto quòd petitiones bannitorum audiri non debeant, si bannitus cõtraxerit, t pe banni, & deceptus fuerit vltra dimidiam iusti pretij, inde cassato banno, velit beneficium istud intentare, nunquid poterit? Io. And. in addit. ad Spec. decidit, q sic, quia tempore petitionis non est bannitus, & sic vbi qualitas aliqua habet qualificare verbum petitionis, adesse debet illo tempore, non tempore quo ius petendi defertur, refert & sequitur Soz. in cons. 42. col. j. & 2. lib. 4. Confirmari posset per plura de qualitate adiuncta verbo, quę secundum tempus verbi intelligi, & determinari debet. l. in delictis in §. si extraneus ff. de noxa tradit Imol. in l. quoties. in fi. ff. de noua. & Felyn. in c. examinata. col. 4. de iur.

145 Decimoseptimò quæro, † quomodo per l. hanc toleretur læsio ista, vsque ad dimidiam iusti pretij inclusiuè, quum rationabilius uideretur oppo. excepta lęsione non transeunte ad notabilem quãtitatem, vt in §. proinde. l. j. ff. de ædil. edic. & in §. qui tamen. l. l ulti. ff. de ac. emp. Bal. hic in 2. q. dicit hanc l. & materiã procedere in deceptione quæ consistit in pretijs rerum: Leges uerò ad oppo. allegatas in deceptione consistente in vitijs rerum, quæ plerunque latent ideò talem deceptionem abhorret lex. Faciunt quæ latè dixi supra in primo no. quare lex humana

tolle-

tollere talem deceptionem negociatiuam, videlicet ne destruatur humana conuersatio, quæ in commercijs & contractibus consistit. Et sumpta occasione tractat Bal. 146 plenè de redhibitoria † & quāto minoris: Et si animal venditum, fuerit mortuum, an & quando cēseatur decessisse ex morbo veteri, vel nouo, quod est hic impertinens. Si tamen hanc materiam vis videre, & cognoscere, vide Bal. in consil. 385. lib. 3. Signor. consi. 53. Ancha. consil. 222. colum. 2. Barbat. consil. 56. colum. 2. lib. 2. & consil. 49. colum. 5. vol. 4. Ioan. de Ana. in capit. 2. ad fin. de bomi. Cor. consil. 81. vol. 3. Aret. in §. quadrupli. & in §. in duplum. instit. de actio. vbi late. Alexan. consi. 14. col. fi. & consi. 95. vol. 5. Iaf. in l. pacisci. ff. de pact. Aquens. in d. l. si quis cum aliter. ad fin. Hypp. de Marsil. in l. statu liberum. ad fin. ff. de quæstio. & Gellius. in noc. atticis capit. 2. lib. 4.

147 Decimooctauò quæro, † vtrum lex ista locū habeat, vbi vna ecclesia alteri ecclesiæ, vel pio loco rem vendidit. Dicēdum est q sic, quia ecclesia vtitur iure cōi, nisi aliud appareat. c. j. de alie. feu. vt hic per Bal. in 14. q. & Sal. 16. Et est casus in c. cum dilecti de emp. & vend. vbi Ca. notant. Vnde ecclesia vendens non potest dicere cōtractum nullum, dummodo seruata sit forma, & solennitas iuris secūdum Bal. Et si diceret contractum nullū libellus esset ineptus: appellationisque index sententiam, tanquam ineptè prolatam, si super illo pro actore fuisset iudicatum, cassare reuocareq; deberet, reseruato iure agendi parti. d. c. cum dilecti. Vbi est tex. no. & melior de iure pro instructione iudicis appel. quales debeant esse partes eius quan 148 do processus est ineptus, secundum Bal. † Nec habet tūc locum l. fin. ff. quod cum eo. volens appel. iudicem supplere posse defectum iudicis à quo, reformādo in melius sententiam. Id enim procedit, nisi processus ineptus sit. d. c. cum dilecti. Vbi Abba. & licet Ant. Burgo. ibi, col. 10. ver. vltimo no. ostēdere nitatur, quòd ibi reformatio fuisset inutilis, ex quo fratres loci Cari rei restitutum, qua spoliati fuerant, petebant. Non est tamen recedēdum à concl. Bald. communiter per scrib approbata, vt ibi p Abb. Barbat. & alios, & Alexand. pulchrè in consil. 53. col. 3. lib. 5. extollentem hanc decisionem Bal. & confirmantem, concludendo q vbi defectus, seu vitium fuit in sententia tantum, Iudex appellationis poterit reformare sententiam, emendato sublatoque defectu. Secus vbi libellus ineptus fuisset, vel processus nullus, quia quum causa ineptitudinis vel nullitatis processus non cesset, non poterit reformari. Et quæuis alia sententia super inepto lib. aut processu nullo prolata esset pariter nulla, iuxta gl. inst. de obl. super verbo secundum, ad fin. ponunt Iaf. & alij in l. vinum. in vlt. col. ff. si cert. pet. facit regula. c. principatus & c. cum Paulus. j. q. j. quòd ruente fundamēto corruunt superædificata. Circa quam materiam reformationis sententiæ, quia vtilis & quotidiana, uide Bar. & alios in l. si ut proponis la j. quomodo. & quando iud. Alex. in prealleg. consi. 53. & 79. lib. 2. & in l. iudex. ad fin. ff. de re iud. & in l. si finita. in vlt. col. principij. ff. de dam. in fect. dum ponit de sententia nulla defectu citationis confirmabili per iudicem appel. & in consi. 181. ad fin. lib. 6. Perus. in c. dilecto. col. 8. uersic. postremò. & in q. 32. & 34. de appel. Fel. in c. literis. col. pen. de offic. deleg. & in c. j. col. 5. & seq. de re iud. & in c. cum Io. col. 6. de fide instr. & in c. cum ex officij col. 1 t. in quinta conclu. de præscript. Dec. in rub. de appell. in 4. q. principali, & consi. 483. col. 2. Guid. papæ q. 436. principali in 4. q. illius principalis. In quibus locis inuenies plenè tractatam prædictam materiam, & q data nullitate de defectu lib. seu processus pronenìente, ac inepti modi agendi sententia non potest reformari. Et ideo ubi sententia esset nulla prolata, puta extra terminos instantiæ, quia defectus magis est in actis quam in sentētia videtur quòd sententia non possit per iudicem appel. reformari, & dicebam aliàs in q. facti, quamuis aliud sit in ditione Sabaudiæ, propter formam ducalis decreti positi in lib. 2. sub rub. de termin. instantiarum. Et est non in actu practico circa expen. vbi fit prædicta reformatio. Vidi sæpe per doctos & expertos viros sic fieri pronunciari male processum & iudicatum, bene verò appel. Verum quia ex petitis & deductis comperimus dicebant intentatum tale remedium, & intentionem agentis iustificatam nullaq; valida exceptione elisam, ideò facientes q iudex à quo facere debebat condemnamus partem ad sic faciēdum expēsas, tam coram iudice à quo quàm coram nobis factas ob mutuam victoriam, & alijs iustis de causis inuicem cōpensantes. Ad intelligentiam tamen & declarationem dictæ l. fin. quòd cum eo, in versicu. & alia quædam egisse.

149 † Vltra ibi dicta per Pau. de Cast. vide Alexan. in consi. 80. col. pe. lib. 4. & consi. 84. in 5. vol. vbi per illum tex. dicit q quando aliquis habet à me limitatum mandatum, & postmodum me sciente & patiente vltra limites mandati, incipit manus porrigere, videt illi prorogata potestas, q voluerunt etiam ibi Bart. in summario, & Pau. de Cast. in fin. comme nti. In seque credo verum, sed non probari ibi, vbi sententia præfecti annonæ ex tali causa rationeq; prolata fuit, reuocata, & ex meliore ratione, quæ ibi considerat ur, reformata, ita quod lex ibi non fundat se in illis alijs gestis. Et si consideres finem. d. l. vt declarat ibi in prin. Pau. de Cast. Dominus qui seruum præposuerat mutuis pecunijs dandis, & pignoribus accipiendis, ideò tenetur in caulam fideiussionis factæ versus negociatores, & venditores hordei, non quia ex gestis per seruum præpositum vltra limites mandati videatur prorogata potestas iam data: sed quia præponens talia exercere solitus erat, ad quæ manus apposuit dictus seruus præpositus: vnde censetur seruum illum præposuisse, prout ipse facere solitus erat, & sic etiam ad faciendum fideiussiones. Qua ratione cōliderata, reformata fuit ibi sententia prima, nec forte probatum ibi fuit q seruus ille præpositus manus porrexerit ad ea de quibus ibi Domino sciente & patiente. Præterea esto quòd id probatum fuisset, si tamen probatum non fuit fideiussionem, de qua ibi controuertebatur, & disceptabatur fuisse factam domino sciente & patiēte, actus, de quibus ibi facta est expressio respectu prędictæ fideiussionis separatæ ab actibus prædictis, domino serui obesse non debebant, arg. l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. & l. voluntariæ. cum no. C. de excu. tut. cum accumulatis per Alex. in consi. 33. lib. 5. Et sic sententia præfecti anno. relata in d. l. fin. etiam quod probatum fuisset seruum ibi præpositum, ea quę ibi exprimuntur egisse domino sciente ac patiente, quia tamen non fuerat probatus cōsensus Domini, respectu dictæ fideiussionis, de qua contendebatur, fuit iniusta, & ex meliori ratione reformata per Imperatorem iudicē appellationis, vt ibi in fin. d. l. iurisconsul. refert, quia dominus ille præponens illic seruum, solitus erat similia facere, & in omnibus suo nomine idest prout ipse facere solitus erat, seruū illum præ- 150 posuisse videbatur. Postremò † vnum no. est circa materiam prædictæ quæstionis alienationis rerum ecclesiasticarum, de qua per Bald. præalleg. quòd in venditione prędictarum rerum ecclesiasticarum scientia venditoris non excludit beneficium. l. nostræ, quia venditor non habet potestatem faciendi venditionem adeò damnosam ecclesiæ, etiam scienter, quinimo iniustior tunc est contractus propter malam fidem administratoris, argu. l. qui 151 filium. ff. de ma. test. cum simil. † Et idem dicit Bald. esse in omnibus administratoribus vendentibus, vt in tutoribus, curatoribus, procuratoribus, & commissarijs, quorum officia similia sunt, & de similibus idē est iudicium l. si in empt. in fi. vbi text. not. ff. de contrahen. empt. facit lex pactum curatoris cum ibi not. supra de pact. Et cum prædicta opi. transeunt. communiter doct. vt hic per Sa. lic. in 7. q. Imo. & Mod. in d. c. cum causa in vlt. colum. & Fab. in tract. de emptio. & vendit. in 8. quæstio. princip. in 6. & seq. q. illius princ. quæ not. sunt.

152 Decimonono quæro, † qui rem minus dimidiā iusti pretij vendidit, non erat dominus ipsius rei, an illi cōpetat bene

tat beneficium istius.l. Et si videretur ꝙ non, quum non sit æstimanda res quæ sua non est, sed nuda possessio, quã solam potuit in emptorem transferre, attamẽ Bal.hic, in 18.q. contrarium decidit, quia venditor est obligatus de euictione rei possessionis, & dominij.l.ex empto. in prin. l.seruus qui.§.si sciens.ff.de actio.emp. Ideò in contractu considerari debet res ipsa, nec emptor conqueri instè potest, quum in eius potestate sit nudam possessionem relaxare, sicut habuit à venditore, & pretium recipere, quod si facere noluerit sibi imputet, & suppleat iustum ptium cuius loco per euictionis remedium compensationẽ habet, inquit Bal. quod dictum tanquam singulare extollũt Moder. in d.c.cum causa.in 6.col. Mihi videtur hanc decisionem Bal. probari posse per generalitatem istius.l.nõ requirentis, ꝙ vendens sit dominus, & rẽ alienam distrahere prohibitum non est.l.rem alienam.ff.de contrahen.

153 empt. cum vulga. Secundò quæritur † in terminis nostræ.l. venditor agere distulit, donec res, cura & solicitudine emptoris melior facta fuit. Inde intentat beneficium istius.l. vtrum possit repelli, licet non sit adhuc huic remedio præscriptum Bal.hic in pen.col. tenet ꝙ sic, nisi offerat sumptus & pretium operarũ, & sic satisfaciat pro melioramentis, alleg. text. no. & singularem. in l. intra vtile in §.fi.ff.de minor. Vbi minor volens, tanquam læsus fundũ venditum per eius curatores per restitu. in integ. ab emptore auocare repelli potest, nisi omnes expẽsas in eo bona fide factas, soluat ac præstet. Quam quidem decis. sequitur Alexan. in apostil. ad Bar. in d.§.fin. & Ant. Burgo. in d.c.cum causa.col.pen. Sed Saly.hic in t 7.oppo. tenet contrarium, quia æquitas quæ in casu dicti.§.fi. expensas restitui dictat hic oppo. suadet, quum ibi emptor restitutionem rei euitare nequeat. Hic autem sic supplendo qđ deerat iusto pretio, inspecto tempore emptionis fundi, quod considerandum est, non præsens, quo pluris est.l.si voluntate. in fin.j.eod. Ideo si nolit iustum pretium supplere imputabitur ei, quia non videtur in præsentia rem pluris facere, quàm tunc fecerit, & quam sit pretium oblatum pro recuperatione fundi. Et Saly. simpliciter refert, sequiturque Pantal. Creme. hic, in quarta limit. ad regulam l. nostræ.

Sed non est recedendum à decisione Bald. approbata per alios supra allega. quia propter titu. & bonam fidem emptoris, & rigor, & æquitas volunt restitui debere melioramenta in re empta facta.l. domos cum ibi not.ff.de leg.1.l.fin.infra.de allu.& palu. imò impensas in re aliena, quam credebat suam, licet non possit repetere per actionem aliquam, quia cum domino rei nullum negocium gessit, & animum obligandi illum non habuit. Si tamen rem quam meliorem suis impensis reddidit possideat, retinere illam poterit, donec sibi reficiantur expensæ, text. est not. vbi Ias. & alij not. in l.si in area.ff.de condi. indeb. & latè tradit Corn. in consi.86.lib.4. Similiter in casu nostro emptor poterit repellere venditorem volentẽ rescissa vendi. rem auocare, nisi prædictas expensas bona fide factas in re, quæ sua (quod est fortius) erat soluat, & restituat. Nec text. in §.fin. præalle. se fundat in æquitate, vt inducit Saly. sed in bona fide, quam dicitur habere ille qui titulum prætendit, vt post Innocen. voluit Bald. in d.§.fi in lectu. antiqua. Nec obst. ratio Saly. ꝙ sibi imputet emptor, nolens pretium supplere, quum ad id per l. non cogatur, sed sit hoc in eius facultate & arbitrio positum, vt hic, & in d.c. cum dilecti. & in c. cum causa. de emptio. & venditio. Rem igitur quæ culpa caret in damnum vocare non conuenit.c. cognoscentes. de consti. præsertim quia forte non habet modum supplendi, vel sibi hoc non expedit, aut putat nõ expedire. Si tamẽ læsio esset enormissima, & sic in magno excessu vltra dimidiam, tunc forte secus esset arg. præallegatorum iurium à contrario sensu, dum loquitur de expensis, & melioramentis bona fide factis & eorum quæ dixi.s. in 5.q. principali in 6. argu. pro parte, quod l. ista locum sibi vendicet etiam in transa.

154 Materiam verò expensarum † recuperandarum ac melioramentorum impertinenter hic nolo tractare, sed si libuerit eam intelligere, plenè videbis Alex. in cõsi. t 22. circa fi. & 162. libr. 7. Matth. de Afflict. in decisio. regni. 359. Soz. ad fin. l. fundum.ff.de exceptio. Fely. in c.1.col.pen. & fi. de lib. obli. & in c. Cu. perpetuus. col.2. de fide instrum. Moder. de Fano, in trac. de pign. fol.47. & 61. Ruinum in consi.38. in fi. lib.1. & consi. 100. lib.4. Ripam in l. vbi purè in §. in distrahen.ff.ad Trebel. & Sozi. iuniorẽ in consi. 662. & 150. in prima parte, in quibus locis allegantur alij, & inuenies quicquid quæsieris in hac materia.

155 Vigesimoprimò quæro, † me sciente in pretioq; participante vendidisti rem meam minus dimidia iusti pretij, cui competat remedium nostræ.l. Bald. j. col. pen. dicit ꝙ quum beneficium istud sit actio ex isto contractu, vt in j. quæst. conclusum vidistis competere illi qui vendidit qui propriè est venditor, non ei qui simpliciter cõsensit, licet in pretio participauerit, quia nõ dicitur propriè vendere, sed vendenti consentire. l. si pater. in fi.ff.de ma. vin. de quo text. & regula plura scripsi, post Dec. in l. aliud est vendere.ff.de regu. iur. prædictam decisionem Bal. approbat, & sequitur simpliciter Ant. Burgos. in d.c. cum causa. col. penul. confirmari optimè potest per ea quæ diximus supra in 19.q.

156 Vigesimosecundò quæritur, † vtrum remedium nostræ.l. & interdictum vnde vi, possint simul intentari, opponiq; possint, secundum Innocen. in c. cum ex literis de in integr. restitu. Domini Rotę in decisio. 1 to. incip. licet causa in nouis, dicunt ꝙ non propter repugnãtiam, quia eo ipso ꝙ quis tanquam deceptus vltra dimidiã iusti pretij contractum petit rescindi, p̄supponit validum ab initio, vel talem qui det coloratum titulum possidendi, sed bonæ fidei possessor non spoliat. c. grauis & c. sæpe. de restitu. spol. ergo &c. facit text. l. vbi repugnãtia. cum ibi plenè cumulatis, de reg. iur. Et notata in l. edita. in materia prohibitæ cumulationis supra de edend. Ex quibus aliud videtur dici posse, & concludi, quando læsio esset enormissima, & in magno excessu vltra dimidiam iusti pretij, quia tunc arguitur dolus, saltem re ipsa qui æquiparatur dolo ex proposito, vt dixi supra in q.5. Et consequenter mala fides, ita quòd videtur spoliare, ergo prędicta remedia poterunt concurrere.

157 Vigesimotertiò quæro, † si in alienatione rei in qua venditor vltra dimidiam iusti pretij deceptus fuit, adhibitum fuerit decretum iudicis, an dispositio istius nostrę.l. locum habeat, vr̃ ꝙ non, per textum in l.1.C. de prędijs curial. lib. 10. Immoderata inquit alienatio non inuenit, vbi iudex interuenit. Et ita p illum tex. voluit ibi Bart. & Pau. de Cast. hic, col.2. Fabia. in tract. de empt. & vendi. in 8.q. princ. col.8. Deci. in consi. 210. col.3. vbi testatur hanc esse communem opin. Et sic decretum iudicis excludit præsumptionem fraudis & doli, cẽseturq; iudice adhibito in

158 stum pretium interuenisse. † Nam propter decretum iudicis omnia prę sumuntur solenniter acta, ex iustaq; & legitima causa illud interpositum, vt per scriben. omnes in l. sciendum.ff.de verb. obl. vbi pulchrè Aquens. in duabus vlt. col. Pau. de Cast. in consi. 91. & 177. in antiquis. Cor. in consi. 98. lib.1. Alex. consi. 92. col.3. lib.5. Sozi. consil. 115. col.2. lib.1. Deci. consi. 209. & in pluribus alijs, & in c. quoniam contra. col.22. de proba. Paris. & Rui. in pluribus suis cõs. quę consulto omitto. Ferra. Brixien. in sua cautel. vltima. Latissimè Brunũ asten. in tract. de forma sub rub. de proba. & præsump. solennitatis & formæ Moder. Mediol. in tract. de præsump. in 10. præsumptio. tertię regulę. In quibus locis limitant, nisi decretum iudicis præcipitanter ex abrupto, & sine causę cognitione interpositum fuisset, quia tunc iuris præsumptionem pro se non habet, vt etiã per Parisi. in consi. 89. & 99. lib.1. Item in decreto maiorum iudicum, secus in decreto inferiorum, pro quibus non ita præsumitur. Item quando in ipsa interpositione decreti necessaria, seu solennia enunciata fuere, aliàs

fecus vt ibi per eos. Quamuis adhuc tutius sit de prædictis fieri aliam scripturam ab instrumento alienationis separatam per quam constet de ipsis solennitatibus enunciatis vt dicunt Paul.de Cast.& Cor.in consi. præallega.& Barb.in consi.6.col.13.lib.4.& Paris.in d.consil.99. Dant etiam qualdam alias limita.ad prædictam concl. scribentes in locis præallega. Opinio tamen contraria verior est, q videlicet remedium istius l.locum habeat etiam interposito iudicis decreto in alienatione, primò per text.l.2. C.de fide instrum.& iu.hastę fis.lib.10.vbi venditio rescinditur propter iniustum pretium, & tamen in illo cōtractu interuenerat decretum iudicis in tali cōtractu requisitum vt ibi habetur,& in l.2.j.si propter publ.pensit. Secundò quia in rebus ecclesiæ alienādis magna requiritur solennitas cum auctoritate superioris.c.fine exceptione. 12.q.2.c.1.de rebus eccle.non alie.lib.6.Dec.in conf. 142. Et tamen interueniente læsione vltra dimidiam iusti ptij competit beneficium istius.l.& præallegatorum.c. cum dilecti,& cum causa,prout volunt Imo.Alex.& communiter alij in d.l.si quis cum aliter.ff.de verbo.obliga.& in l.pretia rerum.ff.ad l.Falcid.vbi latè Mod. Perusi.Aret.in §.si quis agens. col.2.institut.de actio. Cano.in d.c. cum causa.&,Mod.de Fano.loco.j.allega.col.7. Tertiò quia sequeretur max.absurdum,q re per minorem vendita iudicis interueniente decreto ac tutoris auctoritate, non concederetur illi in integr.restitu. Nec posset contractus retractari contra tex.in l.si quidem.j.de præd.minor.vt per scriben.præalleg.ac Curt.Iuniorem, in consi.53.col.2.& 3.Paris.cōsi.89.col.fi.& 99.lib.3. etiam q tutor iurasset in contractu alienationis,vt per Alex.in consil.21.ad fi. lib. 5.Et est communis opi.docto.vt per Alex. & Aquēs.post alios in d.l.si quis cum aliter.col.2.& 3.& in l.pretia rerū. ff.ad l.Falcid.alijsq; in locis.j.alleg.& Abb. pulchrè in ca. consti tutus.col.pen. de in integr.restitu. Ad text.l.1.C.de

159 præd.cur.† respon.vt per prætatos in d.l.si quis cum aliter & in d.l.pretia rerum, & per alios præallega. ad cuius quidem tex.declarationem vltra præalleg.vide Roma. in consi.163.Cor.consi.56.volu.3.Barb. inter consilia Alex. in consi.64.lib.4.Potest etiam respon.vt statim dicam, q propter illam præsumptionem,vt statim dicetur, nō tollitur vera probatio in contrarium.vide etiam Aret.in §.si quis agens.col.3.institu.de actio Item non obst q pro declaratione iudicis præsumatur, quia non excluditur, propterea probatio in contrarium, q pretium iniustum fuerit, & q prædicta deceptio interuenerit vt per omnes in locis præalleg.quo casu cessat præsumptio existens p decreto iudicis,quando de enormi læsione constat, vt etiam per Paris.in consi.85.col.fi.& in consi.99.præalle. & Dec. consi.410.dicentes nihil valere decretum iudicis quando continet iniquitatem & iniustitiam. Minus refragatur quod dicebant Mod.in d.c.cum causa. Si minor auditur via rest.in integ.beneficioq; speciali apparet ius commune in contrarium esse, quia eo casu minor auditur via restitu.in integ.etiam q læsio nō sit vltra dimidiam, modo non sit modica,& leuis, vt dixi supra in q. de iuramento minoris.Apparet itaq; ex d.l.si quidem & prædictis alijsque in locis præallegatis per scriben. traditis q non obstante præsumptione iustitiæ contractus propter interuentum iudicis, læsionem ostendi probarique posse, & contrarium eius quod præsumebatur. Et quicquid dicat Ant.Burgos.loco præalleg.id procedit etiam q ipsa decreti interpositio adhibita fuerit cum magna solennitate,& discussione valoris,& æstimationis rei venditæ,quia non excluditur probatio contraria,vt per Pau.de Cas.& Cor. in consi.s.alleg.& Fely.in c.qualiter & quando.el. primo.

160 col 4.de accus.Ex quibus infertur,† q licet talis contractus fuerit confirmatus à iudice ad petitionem partis,adhuc tñ locum haberet remedium.l.nostræ, quicquid dixerint Paul.de Castr.Vitalis, & alij, quos sine simpliciter

161 sequitur Pinta.Cremē.in 21.lim.† Quinimmo procederet prædicta conclusio, etiam q interuenisset subhastatio,iuxta l.1.C.de præd.curial.lib.10.authen.hoc ius porrectum,cum no.supra de sac.san.eccle.& totum tit.de fide.instru.& iure hastæ fis.lib.10. quia probata læsione vltra dimidiam iusti pretij,& iniustitia contractus, adhuc retractabitur venditio per remedium.l.nostræ, quicquid dixerint Bal.& Angan l.1.j.de præscrip.30. anno.& Alex. apostillando Bar.in l.si quos.j.eod. quia subhastatio non probat necessario iustum pretium,vt per Bar.in d.l.1.eum dem & Pau.de Cast. in d.l.si quos.Firmi.in trac. de gabel. in secunda parte principali, in 2.col.Et est cōmunis conclusio, tam Cano.in d.c.cum causa,quàm legistarum, in d.l.si quis cum aliter.vbi Ale.col.3.& Aquēs.pe.& in d.l. pretia rerum.vbi Alex.& plenius Mod.Perusi.col.9.Ang. d §.si quis agens col.2.institu.de actio.Barb.in præall.consi.6.col.13.Cor.consi.56.volu.3.& Fabia. in trac.de emp. & vendi.in 8.q.princip.in pe.col.vbi etiam ponunt casus, in quibus requiritur prædicta solennitas subhastationis, de quibus etiam per Bal.in Lordo.intra.de execu.rei iud. & Mod.de Fano,in tract.de pigno.circa fin.primi membri sextæ partis principal.Per prædicta dicebam iā multis

162 annis præteritis† in quadam occurrenti quæstione in executione cuiusdam iudicati prolati per mag.& illustre Consilium excellentissimi Principis mei in ditione cismontana vnà cum victoria expensarum. Captus fuerat equus & in executione prædicta incātatus, subhastatusq; vt fit,& plus offerenti iuxta dispositionem iuris & formā Ducalium decretorum deliberatus ac traditus. Inde sententia fuit reuocata seu rescissa p sacras Principis audientias, ad quas causa ipsa fuerat ad preces partis per commissionem Principis deuoluta.Iniungebatur per rescriptum Principis,ei qui equum leuari & deliberari fecerat, quatenus illum.j.tres dies si extabat,aliàs verum valorem,iuxtà æstimationem proborum virorum restituere,vel soluere deberet. Equus non poterat restitui,quia in longinquas partes abductus, verum sufficeret soluere pretium ex ventitione equi prædicti redactum. Per prædicta apparet q non,quia subhastatio & solennitas prædicta equi non arguit iustum pretium domino cōtradicente, & contrarium probāte. Ideò respondebam debere equum indebite captum,vt vltima sententia patefecit, prout iniunctum fuerat restitui, aut iustum pretium equi,cum equus restitui nequeat secundum doctrinam Bart.in l.stipulationes nō diuiduntur.in 6.q.princi.ff.de verb.obli. tradit Matth.de Afflic.in decisione regni.347.Facit text.in auth. vt sponsalargi.in §. aliud.ad hoc ibi cum augmentis legitimis restituatur, vnde sumpta est authen.quæ supple supra de precibus imper. offer.

163 Vigesimoquartò quæro,† vtrum remedium istud locum habeat in adiudicatione rei in solutum creditori p iudicem facta. Vt q non, per tex.singul.in l.à diuo in §.si pig.ff.de re iud.qui vult creditorem,qui contentus fuit pignus in solutum accipere, non posse quicq amplius petere,ergo cessat remedium istud.Et ita post Bal.& Rom. tenet Are.in d.l.si quis cum aliter.col.5.& Mod.Peru.Hercu. videlicet in d.§.si pignor.col.1.Facit quod scribit Deci.in consil.592. q in solutum datio per iudicem facta vix retractari potest.Oldr.& Io.& And.relati per Alex.in 5.co. in d.l.si quis cum aliter.contrarium volebant,eo q datio in solutum similis sit venditioni.l.si prædium.j. de euict. multa cumulat Dec.in consi.18.& 586.col.2.Ergo habebit in ea locū disp. huius l.nostræ, loquendo de contractu venditionis. Ad d.§.si pignora.Resp.pollet, vt dixi supra in 6.q.princi.in septimo fundamento primę partis. Alex. loco.præall.tacere distinguitur concordare opi. hoc modo,vt quod dicūt Oldr.& Ioan.And.cedat in datione in solutum extraiudiciali de consensu ac voluntate partium absq; interuentu iudicis facta, quæ in rem iudicatam nō transit.cap.ex ceteratione. de appellatio.lib.6.& sic rescindi poterit. Sed opinio Bald.& aliorum procedat in adiudicatione iudiciali,quia quum in rem iudicatam transierit, non videtur rescindi posse.cap. quod ad consultationem.

nem.de re iud.l.a.ij.quando prouoc. non est neces. quam distin.simpliciter sequuntur Fabia.in preallega.8.q.col.3. Pantal.Cremen.hic,in 11.limit.& in d.c.cum causa.in nona limitatio.Sed Aquens.subtiliter considerando, in d.l. si quis cũ aliter.col.fi.indistinctè amplectitur opi. Oldr. & Io.And.vti veriorem, per ea quæ.s.diximus,de transa. in qua locum habet prouisio.l.nræ,ergo similiter in adiudicatione in solutum creditori per iudicem facta, quæ p d.§.si pign.æquiparatur trãsactioni. Nec est verũ subijcit Aquens.ꝙ sit snia in rẽ iudicatã transiens,vt dicebat Ale. sed est potius actus iudicis,quia officio suo expeditur, vt per Bart.in l.intra dies.de re iud.& habetur in d.l. à diuo. §.in venditione. Vnde non debet plus operari, quàm iudicis decretum,quod vt dictum est, non tollit beneficium istius.l. Nec obst.gl.d.§.si pign.in verbo contentus, quia rñdet fatendo non posse probari rem illam in solu.nõ accepisse pro toto debito,vt inquit gl. Sed non dicere gl.illã non posse rescisionem adiudicationis rei implorari, si vltra dimidiam iusti pretij contigerit læsio. Idem tenet Ias. in d.§.si pign. col.1. Aliter ẽt respon. ad illum text. quem

164 Moder. Medio.lib.6,paradox.c 3.† dicunt determinare duos casus,qñ pignora in executionem rei iudicatę,leuata creditori pro suo credito adijciuntur & qñ omissa auctione ac licitatione ipse petit illa sibi dari pro suo credito & non posse tũc eum quid amplius petere. Quæ declaratio mihi nõ placet, quia ibi ponitur tñ vnus casus quẽ iurison. prosequitur vsq; ad h.§. ꝙ si pignora capta emptorem non inueniant,addicantur creditori pro quantitate debita. Nam pro certo subiungit text.prosequendo eundem casum, si creditor maluerit pro credito pignora accipere,hisq; contentus esse innuens non cogi,quum nemo inuitus emere compellatur.l.nec emere.j.de iu. deli. sed si voluerit mos ei gerẽdus est. Verum quod sibi debebat amplius petere non peterit, nec pro certa quantitate velle pignora retinere, & superfluum petere, quia quum his pignoribus contentus fuerit, non põt inde conqueri, reliquum.n.quasi pacto remisisse videtur, superfluuntq; in illo tex.duo verba.quid videlicet & quàm, vt ex bonis, & antiquis codicibus liquet. Vltimo ẽt sciendum est, circa prædictam æquiparationem dationis in solutum, & venditionis, de qua supra,quia non procedit indistinctè, & per oĩa. Nam datio in solutum non est ita suspecta de

165 vsuraria prauitate,vt vẽditio.† Fulg.cons.134.col.2.quia cõtractus venditionis ex parte vtriusq; volũtarius est, datio in solutũ ex necessitate consequendi creditũ suũ procedit. Pręterea in datione in solutũ nulla numeratio pecunię tpe in solutũ dationis interuenit,vt in cõtractu vẽditionis requirit. Ale.in cõsi.41.li.3.& Dec.cons.18.86. 167.

166 Vigesimoquintò quærit,an dispõ.l.nrę † locũ habeat in venditione facta per procur. Bart.in §.arbitrorum. & Pau.de Cas.hic in 2.col. arguentes de arbitratore ad procur.dicebant sufficere læsionem in sexta parte:cõis est,ꝙ locũ habeat dispõ istius.l.requirẽtis læsionem vltra dimidiam iusti pretij,per.l.si voluntate,iungendo fin.cũ prin. j.eo. quia imputandum est dño qui talẽ procuratorẽ elegit,arg.l.cum mã.in §.fi.ff.de minor. vt per Ale.& Aquẽs. in d.l.si quis cũ aliter.col.5.& 6.Are.inst.de emp. & vend. in §.1.col.2.& Mod.in d.c.cum cã col.8.& 9. Nec validũ est arg.de arbitratore ad procu.nam procuratorem,vt sic faceret, instruere potuit,arbitratorem aũt non: ideò ex diuersis male infertur. Si tñ cõtingeret læsio in vẽditione facta per procuratorem specialem, qui fines mandati excessisset succurreretur,esto ꝙ citra dimidiam consisteret læsio per regulam.l.diligenter.ff.man.& c.cum dilecta.de rescr.secundum Pau.de Cast.hic,col.2.Abb.loco prælle. & Signo.consi.138.faciunt quæ dicentur.j.in q.46.

167 Vigesimosextò quæro,† vtrũ remedium istud locum habeat in venditione facta ex mandato testatoris,qui hæredem grauauit rem alicui certo ꝑtio vẽdere. Breuiter dicendum ꝙ non quia postq̃ testator ꝑtium taxauit, hæres non põt contrauenire facto defuncti, nec de eo cõqueri, vt p Ale.& Aquens.in d.l.si quis cum aliter col.pe.& fi.vbi Aret.5.per tex.in l.ẽt.in §.ꝙ si quis.ff.de pet.hæred. Et est alius no.tex.in l si fideiussor.ff.de leg.1.vbi Ias.limitat vno modo, & alio modo limitat Barb.in d.c.cũ dilecti.col.2.

168 Vigesimoseptimò quæro,† rem valentem centum tibi vendidi pro.49.ea lege, ꝙ si ad diem præfixam non satisfeceris: soluas centum,aut iustum pretium,non est vsura,sed augmẽtatio pretij. Pone fuisse dictum,ꝙ si in festo paschatis nõ soluatur,suppleatur iustum pretium, vtrum remedium.l.nostræ locum habeat. Bal. Præpo.& alij feudistæ in tit.qualiter dominus feud.proprieta.priuetur,tenent ꝙ non,eo ꝙ sufficiat prouisio contrahentium, quæ facit cessare prouisionem legis,vt j.de pact.conuen.l.fi. & sequuntur Rom. Alex.Aret.& Aquens.in d.l.si quis cum aliter col.pe.& fi.& Fabia.in tract.de emp.& vend.in 8.q. col.7. Sed oppo.tenet Ias.bona ratione,in l.2.col.58.versi. inter cætera.j.de in.emphy.

169 Vigesimooctauò quæro,† an prouisio ista locum habeat in casu.l.habitationum.ff.de peric.& commo.rei vẽdi.vbi quis domum vendidit, reseruata habitatione libertis debita,quorum mors illico subsecuta fuit,& venditio viliori pretio facta propter onus habitationis prædictæ. tex.ibi sentit ꝙ non,& est communis,vt per Sozi.consil. 48.col.1.lib.4.Fabia.loco prælle.& Aquens. post alios in d.l.si quis.col.2.ad fin. Quia in considerando vero valore rei,attenditur tempus contractus vt hic, & d.l.si voluntate.j.eo.latè Ias.cons.54.col.pe.vol.1. Et quàmuis creuerit valor & æstimatio domus propter mortem libertorũ sequutam post contractum, id non est in consideratione. Faciunt quæ scribunt Aret.& Aquens.in d.l.si quis cum aliter.col.8.& vlt.dum allegant text.in §.vis maior. ex dictis quorum patet solutio ad quandam oppositiunculã hic iactam per Pantal.Cremen.in 12.limit.

170 Vigesimononò quæro, † vtrum dispositio istius.l.locum habeat in venditione tpali, annis quatuor, exempli gratia duratura, Rom.Pau.& Aquens.in d.l.si quis.col.fi. tenent ꝙ non,per decisionem Bal.in rub.j.de vsur.ad fin. Sequuntur simpliciter Pantal.Cremen.hic,in 12.limit.& Fabia.loco prælle.col.5. Sed est aduertendum, nam post dictos quatuor annos, absque dubio cessat prouisio.l.nostrę,quę est venditionis rescissiua,quia quũ amplius non duret, rescindi non põt.l.nam & si in §.post defectum.ff. de iniusto rup.l.decem.ff.de ver.obl.& l.remittit.ff.de iu. iur. Sed ante lapsum quadriennij,si in vẽditione fuerit læsio vltra dimidiam iusti pretij,non videtur esse aliqua rõ, cur rescindi non posit ex remedio.l.nostræ. Faciunt quæ scribit Card.in clem.1.in §.fin.in 3.q.de rebus eccles.non alienan.vbi dicit.l.hanc locũ habere ẽt in venditione fructuũ alicuius fundi ad certum tps facta, inspiciq; debere ad probationem læsionis, q̃tum verisimiliter prædictus fundus tpe illo fructificare debeat. Et Bal.ad oppo. allegatus in pręal.rub.de vsur.loquitur, vbi contractus erat illicitus,& in fraudẽ vsurarum celebratus, ideò dicit non habere tũc locũ remedium istud, quasi sit superfluũ quum contractus illicitus fuerit, & alio remedio impugnabilis.

171 Trigesimò quæritur,† emptor inuenit thesaurum in re empta,vtrum venditor posit se læsum dicere,& cõtractum ex prouisione istius.l.rescindere. Aret.& Aquens.in d.l.si quis cum aliter.col.vlt.contra Rom.tenuere ꝙ non, quia thesauris est donum fortunæ.l. si is qui.ff.de acquir.rer.dom. Ideò non habetur in consideratione rei vẽditæ. Et quia emuntur apparentia,& de non apparentibus homo non iudicat,sed bene qñq; lex vt ff. de contrah.empt. l. Rutilia polla.& l.in l.cum.§.si serum.l.si pecuniã.ff.de cond.ob cau. Idẽ tenet Barb.ridens argumentis Rom. in d.c.cum cã.col.fi. Et cum hac opi. transeunt ẽt ibi Anch. Imol.& Mod.in vltimis col.& Soz.consi.48.col.1.lib.4.licet referant Rom.tenere hanc partem, sed nõ est verum,

172 vt dixi. No.tñ † ꝑdicta procedere in thesauro propriè sumẽdo,sed pecunia in muro,puta clausa, aut alibi occultè reposita à uenditore, aut eius prædecessore,non compre-

hende retur vêdita domo,& sic posset peti & auocari tex. est sing.in l.a tutore.ff.de rei vend.& sequuntur communiter doct. vt per Fabia.in tract.de emp & vend.in 11.col. 6.q.princip & Are.in §.thesauros ad fi.insti.de rer.diu.vbi se de facto habuisse dicit, & esse not. Dicunt etiam Mod. in d.c.cum causa col.fi.q si post venditionem habita fuerit notitia alicuius seruitutis debitæ rei venditæ, propter quã maioris redditur æstimationis, secus esset, quia ad id quod non apparebat,non censetur habitus respectus.Sed non videtur hoc conuenire materiæ.l.nostræ, quia vt vidistis,inspici debet tempus vêditionis. Quo attento, quũ de seruitute non appareret, & non posset cum re vendita æstimari læsio vltra dimidiam iusti pretij,secundum terminos.l.nostræ considerari nequit. Puto tamen pretium augendum,quãto pluris verisimiliter emptor rem fuisset empturus, si de commodo prædictæ seruitutis apparuisset,arguendo à natura correlatiuorũ,seu ab oppositis.Sicut enim venditor tenetur emptori quanto minoris empturus fuisset , qñ ex post detegitur seruitutem aliquam à re vendita debitam inscio venditore.l.i.ad fi. & l.in vendi tione.ff.de actio.emp. Alexan.consi.14.col.fi. & consi.95. lib.5.& consi.63.lib.6.Barb.consi.56.lib.2.Pau.de Castr.in consil.317.in antiquis, & in d.l.1.in §. venditor. & in l.si quis fundum.eo.tit. Vbi probatur venditorem,tunc tenetur etiam ad interesse qñ rem liberam asseruit. Vt igit contrariorum eadem sit disciplina ac cognitio . idemq; operetur oppo.in opposi.quod propositũ in proposito, iuxta.l.1.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.l.pe.§. de sol. & secundum naturam.ff.de reg.iur.cum no.per Soz.in rub.ff. de acqui.poss. Ita emptor tenebitur ad augendum pretiũ quanto pluris empturus fuisset.Nec obst. prædictis dictũ Bal.in rub.de peric.& commo.rei vend. dum vult q cõmodum seruitutis superuenientis post perfectam ven. emptori pertineat ad eum, quia procedit quando à casu & à fortuna prouenit: secus si detegatur postea commodum seruitutis ; quæ suberat, & debebatur etiam ad venditionem,quia tunc augeri pariter debet pretium, p prædicta.

174 Trigesimoprimò quæro, † vtrũ dispositio ista loquẽs de venditione rei procedat quando vendita est spes quæ deduci potest in contractum venditionis ac donationis.l. nomina.ff.de hær.vel ac.ven.l.nec empt.ff.de contrahen. emp.l.si iactum.ff.de ac. emp.l.fi.c. m.§.de dona. cum alijs de quibus per Ancha.in consil.403.Aret. in consi.3.& 7. Bart.& alios in l.si potest.ff.de acquir.hære. Alex.& alios in princ.l.1.supra de pact.Resp. q sic habita rõne & relatione æstimationis pretij ac læsionis , non ad rem, sed ad speciem,secundum Imol & Cano.in d.c.cum causa ad fi. Faciunt not.per Aret.in d.l.si quis cum alter col.5. q vbi fit cõtractus , in quo propter dubium & incertitudinem futuri euentus,non posset fieri estimatio,quanti id re vera futurum sit,† sed qti verisimiliter venderetur dubius

175 euentus,constitui debet ptium respectu illius spei non respectu eius qd postea verè euenit.d.l.nomina . Sed melius probat in d.l.si iactum.ibi,incertũ huius rei æstimandum est, cũ enim æstimabitur qtum est verisimile q esset captum, inspiciendo q fieri cõsuetum est vt ibi et p Bar.

176 Trigesimosecundò quæro, † si alter ex contrahentibus beneficio illius.l.renunciauerit, an ab eodem beneficio alius pariter excludatur.Bald.in c.vnico.qualiter dis feu.propr.ptiue.tenet q non,per vulgatam regulam.§.an omnia l.si vnus.ff.de pac.& l.iubemus.supra ad velley.Sequitur simpliciter Firm.in suo reper.in verbo rescinditur nu.25.Quidam dubitant, vt Cremen.hic in 21.ampliat. per regulam.l.cum emptor.ff.de rescin.ven.vbi cõuentio intelligitur reciproce facta , & in correlatiuis dispositum in vno censetur dispositũ & in alio.l.fi.§.de indic. vid.tol. Sed non est dubitandum . Non obst.n.d.l.cum emptor. quia ibi , vtriusq; voluntas concurrebat,vt verba.l.probãt ibi voluntas vtriusq; &c. Regula verò præal.l.fi.loquitur in dispositione legali,vel statutaria,quæ contrahentes, & correlatiua ad imparia nõ iudicat. Nos loquimur in contractibus, qui sunt stricti iuris,& strictè intelligendi, ita vt pro omisso habeat,quicquid non est expressum.l.quicquid astringendæ.ff.de verb.obli. Et imputandũ est contrahenti,qui sibi nõ prouidit,& apertius.l.non dixit.l.veteribus cum vulg.ff.de pact. Et licet vnus contrahentium beneficio illius.l.renunciauerit, nõ renunciauit alteræuit forte damnosus est cõtractus. Et videtur fatuum sentire, q renunciatio vnius perimat , aut tollat ius alterius. d.§. ante omnia.& l.id quod nostrum,de reg.iur.

177 Trigesimotertiò quæro,† si quis inueniatur læsus,nõ in pretio,sed in quantitate rei, puta quum fuisset vẽdita, aut donata centum iugera terræ , & id prædium minoris mensuræ inuẽtum fuerit,an & quomodo succurratur læso,etiam si deceptio sit citra dimidiã. Et si reperiatur maioris mẽsuræ,an totum includatur,ac quomodo &,qualiter. Respectu pretij iura videtur multum varia, & discrepantia.Nam in primis text.in c.pertuas de dona.dicit, q si Episcopus ob gratiam præstiti obsequij concesserit ancui in feudum quatuor modios terræ & in mẽsura repertum fuerit esse tantum duos modios,integranda est mensura . Et sic ẽt q deceptio fuerit citra dimidiam rei, vt id notant gl.4.& Abb.ratio diuersitatis est,secundum Abb. Imo & Barb.ibidem,quia deceptio in quantitate rei non est ita perceptibilis ac perpẽdibilis , prout est deceptio in valore & æstimatione. Ideò magis imputatur ei,qui æstimationem rei emptæ diligenter non considerauit,nec inuestigauit, quàm illi qui rem emit q̃titate ipsius non determinata, nec bene intellecta. Vnde nimirum si magis subuenit decepto in quantitate rei, quàm decepto in valore & æstimatione eius, ẽm præfatos intelligentes conclusionẽ,quando res donatur, venditur,aut traditur non demonstratis certis finibus : aliàs secus,in §. si tuus.l.Iul. ff.de act.emp.dicitur,q si quis vẽdiderit fundum, in quo erãt.90.iugera terræ, & dixerit esse centum.si sciens vendiderit,quamuis inde per alluuionẽ decem creuerint , tñ competit actio ex empto.Secus si ignorans glo.ibi tener, q licet non competat actio ex empto ad interesse : competet tamen pro modo deficientis mensuræ. Quod satis videtur probari in §. si modus.l.si seruum illo eo.tit.cum l.seq. vbi dicitur, q si minor agri modus inueniatur pro numero iugerum deficientium auctor obligatus est quũ in singulis iugeribus, videlicet pretium cõstitutum fuit, secundum glãbi', in l.cum comprehensum & in l.rutilia polla.ff.de contrahen.empt.dicitur, q si quis vendiderit sexaginta dolia quum plura haberet, põtex illis eligere quæ vult,& dare sicq; in venditione illa facta ad numerũ, nihil vltra venire,& electionem esse debentis, in d.l Rutilia.Emit Titius lacum angularium,& pedes decem circa eum,licet lacus creuerit,nihil plus vel vltra illos 10.pedes consequi potest,dr.Et sic in venditione facta ad mensurã nihil plus venit,quàm fuerit dictum, licet maioris mensuræ esset.Lacus.n.non habet viam alluuionis, secundũ Sal. ibi,sed est text.in l.Lacus.ff.de acquir. rerum domi.in l.si fines.§.de euic.& in l.ede sacra.in §.1.ff.de cõtrahen.emp. dicitur q quicquid est intra confines designatos in vend. includitur in dispositione,nec refert sit maioris vel minoris mensuræ,quasi mensura sit loco demonstrationis rei, quæ nec vitiat , nec minuit.l.demonstratio falsa cum iba not.per Har.& Sozi.ff.de cond.& demonst. quod videtur esse contra præalleg.Ea propter,vt hec quotidiana materia bene & clarè intelligatur, quãdo de mensura in vend.

178 vel alia dispositione dicta , † aliquid decst vel superest, quid iuris sit,& qualiter agi possit ex mente doc.Concludendum est , q aut uendens,uel loquens incepit explicare & exprimere conceptũ mentis à nominibus designantibus numerum , vel mensuram, exempli gratia,dicendo se in feudum , propter seruitia habita dare, aut vendere, vel donare centum iugera terræ in tali loco, uel intra tales contines . Et concesso , vel venditio dicitur facta ad mensurã,& nõ venit in dispositione qd plus est,siue vltra mensurã datam.l.Rutilia.& l. cum comprehẽsum præall.

Et si

Et si deficiat mensura, tenetur venditor vel contrahens, siue deficiat in quãtitate iuribus.s.alleg. siue in qualitate. l.si in qualitate.de act.emp.ff.& latius.j.dicam.

179 Si verò inceperit explicare conceptum mentis, † à nominibus designantibus certam speciem, aut corpus determinatum, licet adijciatur numerus, vel mensura, vt quia vendidit quia talem petiam terræ intra tales confines, aut sub talibus confinibus, vel cui cohæret &c. quam dixit esse centum iugerum, vel camporum, more Patauino loquendo: tunc solum confines attenduntur, non numerus iugerum, siue maior, siue minor reperiatur, quia adiectio mensuræ est loco demonstrationis rei, cui adijcitur, quæ nec vitiat, nec minuit.l.demonstratio falsa. cum ibi not.

180 per Bar.& Soz.ff.de condi.& demon. † Nam demõstratio cõfinium rem designat, & quicquid est, intus claudit, & in dispositione includitur, nec refert, sit maioris vel minoris quantitatis.d.l.æde sacra.§.1. & l.si fines præalle. cũ alijs not.p Old.in consi.197.Bar.& Soz.in d.l.demonstratio falsa Bart.in d.§.si Titius Bal.in rub.C.de contrahen. emp.col.fi.& Saly.in l.2.s.de ac.emp. vbi notanter dicũt, q in primo casu, quum pretium formetur à mensura, nihil plus venit in contractu venditionis, quàm sit mensura dicta. Secus quando pretium formatur à totalitate rei, vt in 2.membro, quia integritas rei consistit in semetipsa, non in mensura. Ideo quicquid est intra confines demonstratos, siue tãtũ, siue plus aut minus, cedit, & venit in contractu pro eodem pretio. Et ista est cõis opinio, & distinctio scribentium, vt vltra præalleg. videre plenè poteritis. Alex.in consi.120.lib.2.& cons.73.lib 3.& consi.8.lib.4.& 159.lib.5.& 106.cum seq.lib.6.Pract.Papi.in for. lib.in cã vendi.super glo.perticarum centum Cor.consil.59. lib.4.

181 Barb.consi.54.& 57.lib.7.vbi ponit, † q quicquid includitur intra cõfines rei venditæ, donatæ, legatæ, & vel in feudum concessæ, comprehenditur in dispositione per prædicta. Idem volunt & concludunt Soz.in consi.127.lib.1. & 211.,inc.p.breuiter lib.2.& in l.demrõ falsa. col.2.pall. Fel.in c.significante.col.pe.de rescri.& in c. ad audientiã. col.2.& 6.eo.tit.Fab.in trac.de emp.& vend. in 6.q.principali, col.6.Ias.consi.79.lib.1.Dec.in cons.347.& 500.Cur. consi.131.Parisi.in consi.64.& seq.lib.1.Ruin. consil.83. lib.1.& Soz.iuniorem in consi.54 col.fi.in 1.part. Ex prædictis habemus duos casus claros. Primus est, qñ contrahentes incipiunt à numero, vel mẽsura in eadem oratione, quia venit tunc mensura dicta & expressa; nõ plus, minusue. Secundus qñ post perfectam orationem exprimitur mensuræ numerus, & sic in diuersis orationibus in p̃dictis duobus casibus conueniunt communiter scriben. secundum supra relata. Sed est vnus tertius casus mixtus.

182 † ingentis dubitationis, qñ inchoatum est à re, & inde expressa mensura in eadem oratione, ante confines appositos. exempli gratia: Titius vendidit fundum, vel petiam terræ modiorum centum, cui petiæ cohærent &c. vel intra tales confines, an venditio censeatur facta limitatè ad mensuram s̃m primum casum, vel absolutè pro toto corpore intra designatos confines cõprehenso: in quo doct. varij fuere. Cur. Iunior in consi.31.consuluit venditionẽ censeri factam ad mensuram, & haberi tunc respectũ ad ipsam mensuram potius quàm ad corpus, & præsumi erratum potius in numero iugerum, quàm q emptor voluerit iactare suum. Contrarium in eadem cã consuluerunt Paris.in consi.164.cum seq.lib.1.& Ruin. consil.83. lib.1. innitentes cõi sententiæ, & distinctioni doctorum in superioribus relatæ, q qñ est inchoatum à re, seu corpore, vt in isto casu, venditio dicatur facta ad corpus, non ad mensuram. In qua contrarietate consultus Decius vt apparet ex suo consi.500. inclinauit in primam opi. consulens censeri factam venditio. ad mensuram, non ad corpus, quia ante demonstratum corpus per appositionem confinium fuit expressa mẽsura. Ergo potius censendum est habitum fuisse respectum ad mẽsuram primò expressam, quàm ad rem nondum perfectè demonstratam, vt ibi per eum. Et licet Parisi.& Rui. conenter defendere suã opi vt in locis p̃alle. non recederem à conclusi. Deci. tanq̃ veriori & æquiori. pro qua facit tex.in l.quoties.in princ. ff.de vsufr. Vbi primo perfectè nominatus, censetur p̃dilectus, & primo habitus in consideratione: sed in hoc casu mẽsura est primò perfectè nominata, res imperfectè er-

183 go. † Item quia in dubijs debemus eligere illam partẽ, per q̃ vtriq; parti cõsulitur, & quę minus est onerosa partibus.l.1.vbi Pau.de Cas.no.ff.si quis cau. Alex.consi.107. ad fi.lib.3.sed ista est talis, ergo &c. Prædictã conclusionẽ cum dist.s.relata, limitauit Ias.in consi.79.li.1.qñ vẽditio fuisset facta de duplici corpore. Et in primo non esset adiectus numerus, vel mensura, sed bene in scdo: ex hoc.n. dicit apparere rem primam censeri venditam, vt corpus, secundam ad numerum, vel mensuram. Quod non videtur procedere, quia si mensura sit adiecta loco demõstrationis, propter expresionem confinium quę non vitiat, non minuit, nec alterat d.l.demonstra.falsa.cum no. ergo non operabitur, vt sit res vendita ad mensuram cõtra naturam talis venditio. & actus demonstrati. per confines. Secundò limit. vt q̃uis in legato veniat quicquid est intra confines rei legatæ vt prædixi & ponunt Barb.in d. consi.

184 54.& Rui.in l.serui.elec.in §.fi.col 5.ff.de leg.1. † tamen id procedit quando res legata erat in dominio testatoris alias demonstratio confiniũ non ampliat legatum, vt testator videatur legasse rem sibi non spectantẽ, g̃rauareq; hæredem ipsam redimere. vt per Bald.in l.rem alienã col. fin.j.de leg. cum alijs alleg. per Alexandrinum in cons.95. col. pen. Tertiò pro limitatione prædictorum & d.l.æde sacra.in §.1.videte Sozi.in consi.127.col.1.& 2.vbi ponit q existentia intra fines territorij non censentur eorum quorum sunt fines, nec ad eos censentur pertinere, nisi quantum ad iurisdictionem, respectu verò proprietatis præsumuntur potius possidentium, vt ibi per eum. Quartò pro limita. prædictorum videte not. tex.in l.patronus. in §.Sempronio.ff.de leg.3. vbi in legato comprehẽditur quod erat extra & vltra confines demonstratos, vt etiam per Barb.in præall.consil.54 sed, id est quia constabat ibi de mente testatoris & propter ea presumitur erratum potius in confinibus q̃ in rebus aliter demonstratis. Quintò

185 diligenter aduerten. est † quia si vendidi decem iugera fundi tusculani, siue in tali fundo, quod plus est, meum remanet nec in vendit. includitur. d.l. Rutilia polla, cũ præalleg.& traditis p Pau.de Cast.in §. si modus.l.si seruum. ff. de ac. emp. Quando verò facta est venditio de fundo, vel corpore demonstratis confinibus & expressa mensura vel numero iugerum vnà cum pretio, & reperitur maioris mensuræ, totum includitur in vend. quia quicquid est intra confines clauditur & includitur, vt supra dictum

186 est. Dubitatio & in pretio † excedentis mensuræ an suppleri debeat & fieri solutio, vt pro alijs iugeribus solutum est. oportet distinguere an pretium fuerit vnicum & simul dictum, non in singula iugera, exempli cã. uenditio facta fuit de fundo tusculano quem dixi esse centum iugerum pretio scutorum mille, tunc emptor non tenebitur supplere aliquod pretium pro mensura excedente numerum iugerum expressum, sed iugera excedentia inclusa censentur in uend. vnico pretio facta. l.si venditor.ff.de ac.emp. vbi vendens seruum cum peculio in quo dixit esse decem, licet amplius sit, totũ p̃stat sine alio pretio addendo, præterquàm si aliud actum & conuentu fuisset, per.l. qui fundum §.qui agrum.ff.de contrahen.empt. Si verò pretium dictum fuerit in singula iugera vel mẽsuras puta iugerum centum ad rationem de decem scutis pro quolibet iugere, & reperiatur maioris mensuræ, supplendũ erit pretium ad rõnem p̃dictam de decẽ pro quolibet iugero ita pulchrè Pau.de Castr.in d.l.si seruũ, in §.1.& in d.l.si venditor hominis, & Fel.in c.significante, col.pe.de rescr. Et ratio est, quia vbi ven. facta. de tali fundo centũ iugerũ puta intra tales cõfines, vnico pretio scutorum mille, forte licet enunciatiuè & transitoriè, seu cã demõstrationis,

& declarationis dictum fuerit esse centum iugerum & reperiatur maioris mensuræ pretium augeri non debet, qa totum quod est intra cõfines includitur pro eodem pretio, quod non est tunc formatum à mensura, sed à totalitate rei, quæ quidem rei venditæ integritas consistit in re ipsa, non autem in mensura secundum Bal. & alios ƥ alle. secus quando pretium est impositum singulis ingeribus, quia tunc videtur habitus respectus principaliter ad mensuram. §. si modus. & §. qui agrum præal. vt per scribentes supra adductos. Inuenio tamen quod Burgot. in d. c. cum causa. in 14. limit. dicit non esse faciendam vim in pretio agro vel iugeribus imposito, sed an iugera apposita fuerint taxatiuè aut demonstratiuè. quia si taxatiuè licet in singula iugera non fuerit dictum pretium, tamen augebitur prout continget augeri mensuram, secus si demonstratiuè, quia includitur totum in vñdi. Et licet taceat fuit doctrina Pau. de Cast. in d. l. si venditor hominis. Et taxatiuè dicitur factum, seu causa limitandæ venditionis, quando id vnica oratione comprehenditur. demonstratiuè qñ diuersis, vt ibi per Pau. Cast. per Fel. in c. ad audientiam. el. 2. col. 6. de rescript. Dec. consi. 323. cum seq. subscriptione ad consi. 326. & per Paris. consi. præalleg. facit quod dicit Imol. in d. c. per tuas ad finem de donatio. concludens ꝙ dictum Oldr. & aliorum distinguentium an contractus fuerit inchoat' à numero, aut à corpore, vt š. retuli debet intelligi de lucratiuo. vt est donationis de qua Oldra. loquitur, secus in titulo oneroso, vt emptionis ac venditionis, quia verisimiliter in pretio haberi debet respectus ad mensuram. sequitur Cur. iunior consi. 131. col. 2. Accedat etiam quia non videtur esse differentia vtrum pretium distinctim. pro quolibet iugere fuerit impositũ : aut simul dictum mensura prius nominata, vt puta quando venditur ager decem iugerum pretio centum scutorum, quia videtur formatum & taxatum ad decem pro iugere per text. in l. quod sæpe in §. pen. ff. de contrahen. empt. vbi dr̃ nihil interesse an pretium cẽtum metretarum vini simul dictum sit, vel in singulas metretas, vt etiam notant. Dec. Cur. & Parisi. in consi. præall. Ad idem facit tex. in l. qui libertatis ad finem cum glo. ff. de euict. vbi vendito fundo pro duodecim solidis, si dictum fuerit esse trium iugerũ pro eorum quolibet quatuor solidi constituti ɔ̃sentur, licet expressè & distinctè à mensura non fuerat pretium formatum, habita enim relatione totius pretij ad numerum iugerum pretium datum cẽsetur ad rationem dictæ mensuræ, & in iuribus præallega. maximè ƥ Pau. de Cast. ita expressè conuentum fuerat, vt pro mensura reperta suppleretur pretium, ideò &c.

Sed non est recedendum à prędicta decisione Io. And. Pau. de Cast. & communiter aliorum scribentium sententia comprobata vt per Saly. in l. 2. supra de actio. emptio. Sozi. in d. l. demonstratio falsa, col 3. & in consi. 32. lib. 3. Barb. in d. c. per tuas col. 2. Paris. in c. quia indicante col. fi. de præscriptioni. quasi constet tunc de voluntate partiũ, vt secundum mensuram detur pretium postq̃ de mensura & pretio illius mensuræ mentio facta fuit. talis igitur mens partium etiam in contractibus attendenda erit. l. si in venditione in fine, cum gl. ff. communia prædiorum. l. fi. infra quæ res pignori obli. possunt, cum alijs accumulatis, per Alexan. consi. 34. in fi. lib. 2. Ias. consi. 84. lib. 3. Dec. consil. 251. 555. & 697. si ergo inueniatur maioris mensuræ quàm dictum fuit, licet in venditione includatur, quia intra confines demonstratos, tamen propter rei augmentum augebit & pretium, vt quod amplius est ad compendium venditoris, non aũt emptoris pertineat iuxta text. l. si duorum. ff. de actio. emp. & consequẽter isto casu venditio facta censebitur ad mensuram & sic erimus in primo casu, quando inchoatum fuit à mensura attẽta mente contrahẽtium, vnde nimirum si pretium augeri debet propter legem conuentionis. labuntur etiam prętati Moder. dicentes ꝙ vbi taxatiue nominata sunt iugera augeri debeat pretium prout continget augeri mensuram, quia vt š. dictum fuit, non est tractandum hoc casu de augendo pretio, quia quicquid est supra mensuram limitatam venditoris remanet, & in venditione non includitur. Ad decisio. Imol. distinguentis contractum lucratiuum ab oneroso respon. ꝙ confunditur per distinctionem supra relatam quæ communis est, nam licet Oldr. loquatur de donatione, rationes tamen suę coincidunt etiam in contractu oneroso † vt ƥ Parisium & præall. in d. c. quia indicante. col. fi. proptereà scribentes præalle. communiter decisionem illam trahunt ad contractum venditionis, & in tali contractu oneroso loquuntur.

187

Ad vltimum ꝙ non intersit pretium dictũ simul fuisse rei emptæ, aut in singulas mensuras. Rñdetur quãtum ad terminos quæstio. nostræ multum interesse. nam primo casu pretium formatur à mensura, ideò nimirum si illa maiori reperta augeri debet & pretium. Sed quando pretium simul dictum est pro re empta, licet in alia oratione de numero iugerũ habita, pretium formatur à totalitate rei, quia integritas rei consistit in semetipsa, non in mensura, ideò nimirum si non habetur respectus ad mensuram, sed ad rem & ad corpus tantum, secundum Bal. Sal. & alios in locis supra alle. Sed quid si fundus vẽditus modo prædicto, † reperiatur minoris mensurę, ex prędictis colligitur decisio, quia vbi contractus inchoatus est à numero, vel mensura, obligatus est vẽditor pro numero deficientium iugerum, secus vbi à corpore, quia vt dictum est falsa demonstratio tunc non viciat, nec minuit, & solum venit quod est intra designatos confines, non plus, nec minus. Et ideò dixit Pau. de Cast. in §. 1. d. l. si seruum. per illũ tex. & in præalle. §. si Titius. ꝙ si vendidisti mihi fundum, in quo dixisti esse centum iugera, ad rationẽ decem pro quolibet iugere si sint tantum. 90. emptor tantum tenetur soluere nouem centum, & si totum pretium soluerit, poterit repetere, dicit Pau. ad idem tex. notab. in l. qui libertatis. in fi. vbi glo. & Saly. not. ff. de euictio. ꝙ si facta fuerit venditio de tali fundo cẽtum iugerum, puta pretio scutorum mille diminuetur pretium pro modo deficientis mensuræ, tanquam habitus fuerit respectus ad mensuram in venditione in eadem oratione dicta, secus vbi facta esset venditio, tanquã de specie, vel certo corpore demonstrato per confines pretio scutorum mille; puta & posteà in alia oratione dictum, quod erat cẽtum iugerũ, quia falsa demonstratio non vitiat, nec minuit: aliud, qñ in singula iugera dictum esset pretium etiam in diuersa oratione per pręall. Et vltra cōsulit etiam Pau. de Cas. in consi. 377. in cã quæ vertitur in antiquis. Pro necessaria tamen intelligentia, & declaratione prędictorum occurrit non. dubitatio, † an solum locus sit repetioni pretij pro modo deficientis mensuræ, & exceptioni non soluendi ipsum pretium, vbi non esset solutum, aut agi possit de euictione, vel actione ex empto pro mensura deficiente, si quantum pro euictione ƥstandum sit in venditione nihil dictum fuerit ad simplum agitur. l. si in venditione. ff. de euic. aliàs ad duplum, triplum: vel quadruplum, prout conuentum fuerit. l. si dictum in prin. illo, eo. ti. actio aũt ex empto sui natura ad interesse datur. d. l. si in vẽditione in fi. Nec ob. quod in tex. l. qui libertatis. in fi. cum l. seq. ff. de euictio. dicatur actionẽ ex empto competere, non tantum ad pretium verum ẽt ad interesse emptoris. quia respon. ꝙ licet actio ƥdicta sui natura ad interesse emptoris detur, intentari tamen potest etiam ad ƥtium per prędicta, quum interesse se habeat ad pretium, velut excedẽs & excessum, quia interesse pretium conuentum ɔ̃tinet. l. 1. cum not. ff. de actio. empti. Et in quantitate consistit, vt pretium, ideò cum illo concurrere potest, & excedere, secundum Sal. ibi, in 5. q. quamuis non possit duplũ egredi. l. Titius. §. fi. ff. de acti. emp. dixi in l. vnica. j. de sen. quæ pro eo. Pau. de Cast. in §. si Titius. l. Iulia. ff. de actio. emp. & in §. 1. d. l. si seruum. eo. tit. ad pretium pro rata deficientis mẽsuræ agendum esse dicit, prout videtur etiam concludere gl. in d. l. qui libertatis in fine. Sed text. in l. 2. & in l. tenetur.

188

189

l.tenetur.ff.de act.emp.volunt ꝙ vbi mẽſura in venditione dicta non reperitur, venditor poſsit cõueniri actione ex empto,& ſic ad intereſſe, iuxta naturam actionis, vt dixi:tex.in d.§.ſi Titius.diſtinguit inter ſcientem & ignorantem,vt contra ſcientẽ competat actio ex vendito,non contra ignorantem venditorem. Nec obſt.l.tenetur, eo. tit.quæ dicit etiam ignorantem venditorem ex empto,teneri, ſi modus agri minor inueniatur, quia tenetur non de euictione,nec ad intereſſe actione ex empto, ſed bene ad reſtitutionem pretij ſuperflui.§. fin.d.l.qui libertatis. Practi.Pap.loco preálle.dicit,ꝙ ſiue venditor fuerit ſciẽs, ſiue ignorãs tenetur ſemper ad reſtitutio.pretij, & ad intereſſe,quando pretium fuiſſet à menſura formatum, ſed iſtud eſt propter temerariam aſſertionem,propter quam actio ex empto ſui natura conceditur.d.l.Iulia.ad fi.principij,cum ibi no.per Pau.de Caſt.ſed vbi pretium non eſſet à menſura formatum, ſciens ad intereſſe,ignorans ad reſtitutionem pretij tãtum tenetur,ſecundum Pract.Papien.Sed quum falſa demonſtratio vt dixi,non vitiet,nec minuat,non videtur ꝙ hoc caſu, vbi inchoatum eſt à corpore,ad aliquid teneatur vltra in confinibus cõtenta, niſi quando poſtmodum in ſingula iugera pretium dictum fuiſſet,vt per Saly.& Pau.de Caſt.preallo.& ꝑ ſupra dicta.

190 Concludẽdo igitur,† dico ꝙ ſiue quis vendiderit centum iugera terrę in tali loco,demonſtratisùe confinibus, pretio ſimul dicto,vel in ſingula iugera, exempli gratia, iugera centum terræ in tali loco, pretio ſcutorum mille, vel ad rationem ſcutorum decem ꝓ quolibet iugere, aut fundum intra tales confines,ad prædictam rationem ſcutorum decẽ pro quolibet iugere, quem fundum poſteà dixit eſſe iugerum centum, quum tamen eſſet nonaginta iugera tantum,actionem ex empto competere, nõ ad intereſſe,ſed ad reſtitutionem pretij expoſiti,niſi ſciens minorem modum mẽſuramq; agri eſſe, ita alienauerit,propter illius falſam & temerariã aſſertionem.Ita cõmuniter gl.& doct.intellexere iura de hac materia loquentia,vt in d.l.tenetur in princi.in d.§.ſi Titius. in d.l.qui libertatis. in fi.Pau.Caſt.Pract.Papi.& alij prælleg.Ad dictam.l.tenetur.quæ videbatur velle venditorem empto teneri,etiã ꝙ ignorauerit minorem agri modum,reſpondet ibi glo. teneri quidem venditorem actione ex empto,ad pretij reſtitutionem,non ad intereſſe,quam vt dixi, ea actio, & ad intereſſe,& ad pretium datur. Eſto ergo ꝙ venditor ignorans fuerit,æquiſsimum eſt ad pretij reſtitutionem illam dari, quum abſonum ſit,rei ſubſtantia pro modo deficiẽtis menſuræ emptorem carere, & pro illa venditorẽ pretium habere,vt in ſimili dicitur in §.fin.l.emptorem.ff.de ac.emp. ad intereſſe verò illum teneri æquum non eſt ꝓꝑ ignorãtiam,ſicq; ei plus nocet falſa & temeraria aſſertio, quàm ſimplex enunciatio menſuræ in vẽditione prolata. Quando aũt facta fuit venditio de fundo aſsignatis cõfinibus pretio ſcutorũ mille, puta quicquid intra deſignatos confines includitur, ſiue multum, ſiuę modicum.ad emptorẽ ſpectat, etiam ꝙ poſteà facta fuerit mẽtio menſuræ,nec quicquam de pretio addi,vel diminui debet, licet modus in alia oratione dictus non reperiať,quia venditio cenſetur facta ad corpus,non ad menſuram,& integritas rei venditæ conſiſtit in re ipſa,nõ in menſura enunciatiuè in loco demõſtrationis, vt diximus ſupra prolata.

191 Vltimò ex materia prędicta not.† ꝙ ſi à cõtrahentibus dictum fuerit fundum mẽſurari debere,id fieri debet intra ſexaginta dies.l.quod ſi nolit in §.ſi quid ita.ff.de ędi. edi. alias talis querela reintegrandæ menſuræ in triginta annos, vſque fieri poteſt,quicquid dixerint Imol.& Sozi. vt per Dec.in conſi.347.in princi.& in fi.

192 Trigeſimoquartò quæro,† infirmus medico rem valentem viginti vẽdidit pro quindecim, ita ꝙ pro rei recuperatione,non competit beneficium iſtud, an alio remedio ſibi ſuccurratur, Mod.in d.c.cum cauſa. in 15.limi.de empt. & vend.tenent infirmo ſuccurri officio iudicis,per l.medicus.ff.de varijs & extraordi.cognitio.quaſi hoc feciſſe videatur pro recuperãda ſanita. & propter timorem vitæ,quam.l.Bar.ibi ſingul.dixit.Sed aduerte,quia loquiť, quando medicus malis medicamentis adhibitis periculũ perditionis vitæ infirmo intulit, ita ꝙ compulit illum ad vendendum,vt liberetur:tunc æquiſsimum eſt illi,qui inuitus rem diſtraxit ſuccurri, vt illam recuperet, etiam ſi diſtraxiſſet iuſto pretio, per ea quæ in ſuperioribus diximus. ſecus vbi infirmus rem medico vendidiſſet interueniente lęſione citram dimidiam iuſti pretij nullo adhibito metu,quod probetur,vt l.illa ſatis innuit, ideò Matth. de Afflic.in deciſione regni.123.dicit,ꝙ non obſtante.d. l.medicus valet promiſsio ꝑ infirmum facta medico, vel chyrurgico, & debere obſeruari etiam per hæredes infirmi, vt ibi per eum.

193 Trigeſimoquintò quærò.† vtrũ diſpoſitio iſtius.l.locum habeat in quaſi contractu qui conſenſu vnius tm̃ perficitur, vt in aditione hæreditatis,qui quaſi cõtractus voluntate adeuntis tantùm perficitur.l.gerit.ff. de acqui. hære.§.fi.inſti.de hære.qual.& differen. Mod. in d.c.cum cauſa.in 17.limita.poſt Anch. & Imol.dicunt ceſſare hoc caſu remedium iſtud quod locum habet in cõtractu, qui duorum conſenſu perficitur,& ita reputant, idem voluit ſimpliciter Cremen.hic in 28.lim.Imputandum eſt enim illi, qui ſecundum conſilium & prouiſionem.l.nõ confecit inuentarium.l.fi.§.ſi verò poſtquam.infra de iu.delib. Quæ quidem cõcluſio vera eſt, ſed ad materiam.l.noſtræ inepte trahitur,maleq; adaptatur, hæc enim requirit læſionem vltra dimidiam iuſti pretij rei venditæ, quod requiſitum verificari non poteſt, nec concurrere in adeunte hæreditatem damnoſam, ideò &c.faciunt quæ ſtatim dicentur in quæſtio.37.

194 Trigeſimoſextò.quæro,† quanto tempore præſcribatur aduerſus remedium iſtud,reſpon.ſpacio.30.annor. vt ſupra circa fi.2.q.docuimus.

195 Trigeſimoſeptimò quęro,† vtrum diſpoſitio iſta habeat locum in actu liberatorio, qñ liberans læditur vltra duplũ.Fabia.in d.tract.de empt.& vend.in 7.q.col.5.poſt Bal.Pau.de Caſt.& alios, tenet partem negatiuam fauore liberationis, arg.l.ſi intra.ff.de pac.ſequiť ſimpliciter Cremen.hic in 32.limit.Sed Aret.in d.l.ſi quis cum aliter col. 7.poſt Rom.tenet oppo.reſpon.ad d.l.ſi intra. ꝙ apparebat ibi de animo donandi vltra dimidiam. Item quia ille tex.de parte meminit,de dimidia intelligitur.l.nomen filiarum in §. portionis.ff.de verb. ſignifi. Ergo vltra dimidiam nõ erat deceptus, quid igitur mirum, ſi ceſſat beneficium.l.noſtræ? & ſequitur ibi Aquenſ.in pe.col.Et pro confirmatione prædictę opi.Aret.ibidem adducit conſi. Bart.90.incipit dilecto.nam quærit,vtrum mulier contra eius renunciationẽ,quaſi decepta vltra dimidiã iuſti pretij venire poſsit.Et dicit ꝙ non,quia renunciatio ſimplex fuit non venditio,nec aliquis contractus reſpectiuus, hoc eſt ꝙ reſpectu alicuius dati, vel recepti,talis remiſsio fuerit facta,ſed ex mera liberalitate,ſicq; dicit Bar.non habere locum remedium iſtius.l.niſi forte probetur, quòd intentio remittentis erat modicum remittere, & multũ remiſit vltra dimidiam propoſiti remittentis. Volunt igitur Bar.Rom.Aret.& Aquenſ.ꝙ vbi liberatio fuiſſet reſpectiua,hoc eſt,contẽplatione alicuius dati,vel recepti,& lęſio conſiſteret vltra dimidiam,competeret beneficiũ iſtius.l. Et pariter ubi renunciatio fuiſſet ſimplex, & probaretur remittentẽ eſſe lęſum ultra dimidiã eius, quod remittere intendebat.intellige tamen, prout dixi.ſ.in 3.concl.13.q.

196 Trigeſimooctauò quæro, † an diſpõ iſta locũ habeat in don.facta à patre filio in poteſtate exiſtenti ꝓꝑ benemerita,ita ꝙ donatio non poſsit reſcindi,niſi qñ benemerita non ſunt infra ęſtimationẽ dimidij rei donatę Rom. poſt Bald.j.de colla.in l.ſi.don.tenet ꝙ nõ, quia pretium debetur iuxta æſtimationem rei.l.ſi quos.j.eod. & tamen æſtimatio ultra pretium, dummodo non excedat dimidiam, non eſt potens reſcindere. Ergo facit quod tradit Sal.in l.petẽs.ſupra de pac. ꝙ vſuras ſtipuler, factum pro-

mittens huiusmodi stipulatio vsurarum valet etiã hodie, dummodò vsuræ non excedant dimidium æstimationis facti. Sed oppo. est verius, quum requiratur q̃ benemerita æquiualentia sint & correspondentia æstimationi rei donatæ, hoc est q̃ filius sic de patre fuerit benemeritus, q̃ si extraneus esset tantum meruisset. c. relatum. el. secúdo, in versi. iuxta seruitij meritum. de testa. aliàs donata excedentia meritũ, non censentur aduentitia: nec statur assertioni patris de illis benemeritis, tanquàm suspecto, vt per Alex. Ias. Dec. & alios in d. l. si dona. Et quatenus donatio est vltra merita & causam, non valet, reuocariq; pót. Non obst. ratio ex. l. nostra sumpta, quia respód. hic, ideò illud contingere, quia lex permittit contrahétibus se inuicem decipere intra dimidiam iusti pretij. non sic permittit patri donare filio vltra veram meritorum æstimationé, imò prohibet, vt plené per scriben. in d. l. si dona. Ad decisionem Saly. de vsuris recompensatiois, respon. q̃ malé dicit Saly. & cõiter damnatur vt dixi supra in 1. not. in 1. limit.

197 Hodie tamen † notarij in instrumentis donationum cõiter apponunt iuramentum, quo casu conualidatur donatio, reuocariq; nequit, nec per donantem, nec per hęredem, vt per Soz. in l. frater à fratre. col. pen. ff. de condi. indeb. plenius per Dec. in d. l. si dona. col. 6. vbi multa consilia citat, & plura alia adduci possent, sed non expedit.

198 Trigesimononò quæro, † vtrum dispositio. l. nostræ, locum etiam sibi vendicet in venditione rerum mobiliũ. Et licet Pantaleon cremen. dubitet, remittens se ad distinctionem Bar. in fi. commenti, tamen Bar. ibi solum distinguit circa modum probandi immobilia & mobilia, non circa potestatem rescindendi. ideò tenẽdum sine dubio est habere similiter locum hoc casu remedium nostræ. l. propter identitatem rationis, vulg. l. Titio. ff. de verbo. obliga. Læsio enim vltra dimidiam est illa, propter quam remedium istud introductum fuit, nó qualitas rei venditæ, vt patet in hac. l. & in c. cum dilect. & c. cum causa. pręall. Et ideò Imper. hic, in prin. l. dicit rem maioris pretij, non dicit immobilem, licet casus propositus, vt loquẽtia indicant, fuerit de fundo. Imperator tamen vt dixi, nõ se fundat in immobilitate, sed in læsione ac deceptione. vt similiter facit Summus Pontifex in capitulis supra alleg.

199 Quadragesimò quæro, † si venditæ fuerint plures res, & in vna vltra dimidiam iusti pretij contigerit læsio, an & quando contractus rescindi posit, Bald. in l. cum quidam in §. præterea col. 2. ĵ. de iud. dot. dicit q̃ quamuis in eodem instrumento contineantur plures res, si tamen habent pretia distincta, quælibet res per se censetur vẽdita, & plores intelliguntur esse contractus. ideò si pro vna re tantum sit soluta gabella valet, operaturq; eatenus, quatenus est solutum, na res illa in commissum incidat, & si in vna re tantum deceptus sit emptor, aut venditor vltra dimidiam iusti pretij locum habebit prouisio istius. l. quo ad rem illam tantum, nec sit commixtio, ita vt vna per alteram restitueretur ob diuersitatem rerum, & cõtractuũ pluralitatem, secus quando pretium esset vnicum, & vnus contractus licet res diuersæ, secundum Bald. sed quando pro omnibus rebus vnicum est pretium, isto casu videtur impossibilis consideratio talis lęsionis vltra dimidiam respectu vnius rei tantum, sed omnes res simul, & illarum æstimatio considerari debent, quum sit vna venditio, & vnicum pretium, scindi non debent, nec diuerso iure censeri, argumen. l. cum qui ædes. ff. de viucap. cum adductis per Parisi. ad illud propositum, in consi. 64. col. 4. lib. 1.

200 Quadragesimo primò, quæro, † an istud remediũ locum habeat in cessione & venditione actionum, & iuriũ incorporalium. videtur q̃ non quia cum difficultate pót in eis liquidari iustum & cõe pretium, ideo conuentum debet censeri iustum. Bal. in l. per diuersas. col. 2. in 4. q. supra man. Fabia. in supra alleg. q. col. 7. & Cremens. hic, in 36. lim. in oppositum arbitrantur, data probatione veri & iusti pretij. Sed hæc quæstio non habet dubium, nam actio æstimatur quanti communiter vendi potest, si sit venalis exposita, vt per Bal. in d. l. per diuersas, in 1. q. Quare ergo non habebit locum prouisio istius. l. si vltra dimidiũ iusti pretij eius, quod fuisset inuentum communiter læsio reperiatur? faciunt quæ de vend. speciei diximus. in 30. q. Minus tamẽ semper æstimanda est actio ad rem, quàm res ipsa penes aliquem existens. l. minus est actionem. ff. de regu. iur. dixi in l. qui actionem. ad fi. illo eod. tit. Facit etiam tex. hic. in re. princ. de re loquens, eius appellatione continentur in ea & actiones. l. rei appel. ff. de verb. signi. l. 1. vbi omnes not. ff. si cert. pet. nec Bal. & Fabian. si bene videantur, dicunt oppo. & Bald. in alijs terminis loquitur, vt ex verbis ipsius apparet.

201 Quadragesimosecũdò quæro, † si emerim fructus alicuius fundi ignorans illos pridie, puta pro maiori parte tempestatis, vi consumptos, an competat istud remediũ, aliudúe? Videtur q̃ debeat pati istud remedium lata læsione vltra dimidiam pretij, vel saltem minui debeat pretium, argumento. l. offici. ff. de cõtrahen. emp. Vel melius, quia si id sciuissem, non emissem, ideo Bal. & Sal. in l. 2. supra de contrahen. emp. dicunt contractum non tenere, p̃ l. arboribus cum. l. domum. ff. eo. ti. & quia erratum est in corpore ipsorum fructuum, vnde deficit res substantialis ipsius contractus. Et etiam quia casus contractũ præcessit, ideò periculum totius contractus est venditoris. l. in venditionibus illo eod. tit.

202 Quadragesimotertiò quæro, † vtrum istud remediũ vendicet etiam sibi locum in contracto emphy. Doct in hoc articulo fuere multum contrarij, vt hic per Bal. in 3. q. Salv. col. 3. & Paul. de Cast. 4. Ias. & alijs in locis. 1. alleg. Bal. Sal. & Paul. concludunt contra Spec. q̃ locum habeat etiam in contractu emph. qui similis est locationi, & eadem æquitate regulatur. §. adeò. institu. de loca. Sequitur Fabia. in tract. de emp. & vendi. in 8. q. prin. col. 5. allegans Spec. idem tenentem. Hunc articulatius reassumpsit Ias. in l. 1. col. 19. infra de resc. emp. & post Spec. & Bal. sibi ipsis cõtrarios in locis per eum citatis. oppo. concludit, eo quia emphyteuta ad sol. canonis perpetuò se obligat, & q̃ pro maiori parte res periret. d. l. 1. in fi. Et ibi no. Ias. in 6. not. & in 4. q. ac in pen. & vlt. char. Anch. in consi. 269. incip. in q. ad fi. Præpos. in tit. de alien feu. pater. in princi. in 2. col. & Aquẽs. in l. interdum. in §. quod ex naufragio. ff. de acqui. possi. Propterea res pót in emphyteusim dari citra dimidiam iusti pretij. Nec ob id arguatur læsio enormis, respectu prędicto, secundum Ias. res enim vult dicere tanto minus valere censetur propter onus annexũ, iuxta tex. no. in c. cum Ioan. de fide instru. no. Bar. in l. pretia rerum in §. 1. ff. ad l. Falcid. & Soz. in consil. 15. col. fi. lib. 1. & dixi plenius in rep. l. 2. ĵ. de pac. inter emp. & vend. de re affecta pacto de retroendendo, q̃ censetur minoris valoris, & æstimationis propter ipsum onus de retroendendo annexum. Limitat conclusionem suã Ias. quando quis ignorans rei valorem, rem in emphyteusim pro minimo concederet, vt ibi per eum respon. ad arg. de loca. q̃ est diuersa ratio inter ipsos casus, vt ex prædictis apparet, & Ias. sequitur simpliciter Aquens. in d. l. si quis cum alter. col. fi. & Bru. in trac. de augmento, fol. 16. in 3. lim. 19. concl. Presertim, quia de natura emphyteusis est, vt det p̃ modico & ad meliorandum. d. l. 1. & authen. qui rem, cum ibi not. ĵ. de sac. san. eccl. Ideo dicit, non posse allegari læsioné iniquæ pensionis, vel iniusti ptij. Et sic cõcludunt Ias. Aquẽs. & Bru. post Spec. & Bal. per eos alleg. q̃ illa lex non vendicet sibi locum in contractu emphyteutico propter diuersitatem rationis existẽtis inter prędictos contractus, vt ex supra scriptis apparet. Miror q̃ Ias. & præfati Mod. non retulerint Bar. Veronen. in trac. de simul. contrac. col. 4. & seq. vbi latius examinauit art. referendo opi. scribentium postmodũ fœdere distinctionis post Ant. de But. & Imol. concordantem opinionem hoc pacto vt habeatur respectus ad valorem rei in emphyteusim datæ. Et non habet locum remedium istud, quia huiusce modi contractus emphy. non fit super directo dominio, quod remanet

penes

penes dominum, sed super vtili. aut habetur respectus ad cõem valorem & æstimationem iuris emphyteotici, & tunc babebit locum prouisio.l. nostræ: & cum hac distinctione transit hic simpliciter Pantal.crem. in octaua ampliatio. & Anto.Bur.in d.c.cum cã col.5. subiungens. Imol. ꝙ si soluatur certum ꝑtium, seu certum impendat seruitium singulis annis, ꝓ re emphyteotica, poterit pro obtinenda rescissione considerari eadem rõ quę attenditur in alijs cõtractibus, quia considerato qđ plus potuisset reperiri, vel alia seruitia, quorum æstimatio excessisset æstimationem seruitij per dictum emphyteotam ꝑstandi vltra dimidiam iustæ æstimationis, ꝓ eandem rõnem & regulam debebit locum hr̃e dispositio istius legis, & præfati scrib. concludunt remedium istud pariter locum hr̃e in contrac. emph. prout concludebant. Bal. Saly. Pau. Cast. & Fabia. supra in prin. relati, & consequenter oppo. eius qđ Ias. & alij supra. alleg. In tanta varietate, & pro cõcordia opi. ac vera intelligentia arti. nõnullos casus separatim considerandos esse arbitror. Primus est respectu directi dominij & æstimationis ipsius dñij, & isto casu non habet locum prouisio nostræ l. vt dixit Cæpol. & sequaces supra relati. nec istud. (vt sic dicam) vnq̃ dubium habuit, quia dñium directum non fuit venditum, nec translatum, sed penes concedenté remansit, prę alleg. l. 1. de iu. emphy. Notat Aret. in d. §. adeo col. 5. ideo læsio respectu abdicationis & alienationis illius considerari nõ potest, & pro veritate Spe. Bald. & alij de hac q. ambigentes, non loquuntur de directo dominio, sed de vtili, ideo iste casus tanq̃ clarissimus habendus fuit. Secundus casus est respectu vtilis dominij in emphyteota soluente magnam pensionem in recõpensationem fructuum ex re emphy-

203 teotica percipiendorum : † Et sic si pensio fructibus correspondet, tunc contractus similis est locationi, & eadem æquitate regulatur. §. adeo supra alleg. Immo potius locatio dr̃, quam emphyteosis, per id qđ eleganter in simili dixit Bal. in c. si cautio. in fi. de fide instrumento. de feudo concesso pro magno censu annuo, ꝙ potius locationis, q̃ feudi naturam habet. Et quia magis pacta in cõtractu apposita, quàm verba, seu nomina attendi debent l. insulam ff. de præscript. verb. Bart. in l. cotem ferro §. fin. ff. de publica. Et in terminis ꝙ talis contractus potius locationem quam emphyteosim respiciat eaque. l. iudicandus sit, concludunt cõiter scriben. vt per Iacob. in cons. 13. col. fi. lib. 2. Dec. in auctén. qui rem. in prin. š. de sac. sanct. eccle. Corl. in singul. in verbo locatio Parpal. in repet. l. placet. col. 21. supra de sac. sanct. eccle. Cur. in trac. feudo. fol. 6. in septimo requisito. Brunũ Aste. in trac. exclu. fœmi. stan. agna. fol. 40. col. 2. Mod. repet. l. Gallus in §. quidam recte. col. pen. ff. de lib. & posthu. & Aquens. in l. interdum in §. quod ex naufragio, ff. de acquir. posses. Isto casu procedat opi. Specu. Bald. Saly. Paul. Abb. Imol. & Mod. in d. c. cum causa vt in ea locum habeat dispositio istius l. quia quum assimilitur contractui locationis, eademque æquitate reguletur, immo magis respiciat loca. quam emphyteosim, non est dare bonam rationem, cur in tali contractu non vendicet sibi locũ pariter l. nostra, & in secreto conscientiæ Spec. Bald. & Alij in locis prææalleg. tenentes hanc opi. loquũtur, qñ pensio est magna, & correspõdet fructibus, alias non assimiliaretur locationi, vt in eorum argumento præfati dicunt. Non obstat. ꝙ emphyteota ad pensionem perpetuo teneatur, etiam ꝙ res pro maiori parte pereat, ideo argui non debeat enormis læsio licet res in emphy. data fuerit citra dimidiam iusti pretij, vt dicebãt scriben. supra in princ. q. alleg. quia respon. aliter considerari læsionem vltra dimidiam isto casu. Nam inspicitur & consideratur, quod in eo contractu plus communiter reperiri potuisset, vel alia similia seruitia quorum æstimatio excessisset æstimationem pensionis ꝓ emphyteotam præstandæ vltra dimidiam, ſm declarationem Imol. in c. ad nostram de empt. & vendi. & Anto. Burgo. in d. c. cum causa colum. 5. Faciunt quæ dixi in q. 41. circa cessionem actionum & secundum hanc considerationem patet sol. ad rationem Ias. quia termini sunt diuersi. Vel aliter &

204 melius respond. † quod ex quo talis contractus, vt dixi, magis accedit ad naturam locationis q̃ emphyt. perempta re pro parte non tenebitur emphyteota ad integram pensionem sicuti nec conductor, quicquid dixerit Saly. vt per Ias. in d. l. 1. col. 5. licet non audeat firmare propter auctoritatem Sal Sed non est dubitandum per prædicta, & est valde nota. pro limita. d. l. 1. ad fin. Tertius casus. qñ

205 pensio præstanda per emphy. est modica † & magis soluitur in recognitionem directi dominij, quam in recompensationem fructuum percipiẽdorum, vt post Bart. Bal. & alios, tradit Ias. in d. l. 1. col. 4. Et tunc nõ habet locum prouisio. l. nostræ, secundum Mod. in d. c. cum causa col. 5. & ita procedat opi. Ias. & aliorum, de quibus supra per rationes. Nec mirum, quia tunc contractus non est similis locationi, sed diuersus ab eo emphyteoticus. f. seu meliorationis latinè. vt per Deci. in d. auctén. qui rem, col. 1. & alios prææalle. Ideo nimirum si istud remedium locum non habet, quia ex separatis male infertur. Item probatur arguendo ab absurdo euitando, iuxta l. nam absurdum. ff. de bonis. lib. & c. cum inter. de excep. Cui enim dubium, ꝙ pensio modica, quæ pro re empyteotica communiter impenditur, est citra dimidiam iusti pretij & æstimationis, siue loquamur de fructibus ex re emphyteotica percipiendis, siue loquamur de eo, quod ex tali emphyteosi verisimiliter inueniretur? Tum quia isto casu contractus non respicit locationem, sed habet diuersam naturam, quum teneatur emphy. ad pensionem, etiam re pro parte perempta, quod non est in contractu conduct. & loc. & propterea solet concedi pro modica pensione. Itẽ quia pensio, vel seruitia præstantur solum in recognitionem directi dominij, non respectu æstimationis fructuum, vel redditüum: ideo licet pensio sit modica, hoc non potest considerari ad arguendum læsionem contractus, quum non cesset recognitio directi dominij, ob quam fuit concessa, non autem propter pensionem. Quartus & vltimus casus est, qñ concessio in emphyteosim fieret pro modico ab ignorante valorem & æstimationem rei, tunc haberet locum remedium istud. Ita post Bald. Ias. in d. l. 1. col. 19. j. de iu. emphy. comprobari potest, per ea quæ Bar. dicit. supra ad fi. q. illius clausulæ, & si qđ plus valet &c. Sed quum isto casu contractus talis non accedat naturæ locationis, sed dicta modica pensio præstetur in recognitionem dominij, vt diximus, nec termini videntur habiles, nec verba conuenire, ideo nec l. dispositio. Quia tñ concedens læsus ænormiter reperitur, competeret remedium saltem vtile d. l. si quis cum aliter de quo supra laté diximus. Faciunt & quæ in seq. q. dicentur. Et quæ dicta sunt

206 in contractu emphyteotico, † procedunt etiam in contractu liuellario, seu liuelli, qđ quidem liuellum ab emphyteosi parum differt, secundum doc. in locis prææalleg. de quo tamen vide Præpos. medio. in titu. de alie. feu. pat. in prin. in 2. col. Pet. de Ancha. cons. 249. in q. ad fin. Parisium in cons. 27. lib. 2. & Ruin. consil. 57. lib. 5.

207 Quadragesimoquartò quæro, † an lex nostra locum habeat in cõtractu feudali, quicquid dicat hic Pau. de Cast. in pen. col. Bald. & Saly. col. 3. & 4. post Spec. & antiquos. concludunt quod non, vt per eos. Sed vt clarius res intelligantur, sciendum est, ꝙ licet feudum sit contractus stricti iuris, vt plene ꝑ Cur. in trac. feu. in prima parte, col. pe. Aquens. in spec. feud. sub. de differen. & inuen. col. fi. Et si non videatur in eo habere locum remedium istius l. quæ vt dictum est supra non habet locum in cõtractibus stricti iuris, tamen feudorum plures sunt diuisiones & species, vt in prælu. feud. omnes tradunt, & Iacob. de S. Geor. in trac. feud. in verbo in feudum per totum in feudo proprio & libero, postquam ibi nihil pecuniarij pretij præstatur non conueniunt verba l. nostræ, nec mens, nec di-

208 spositio † Item, quia vt Spec. Bal. Saly. & alij dicunt, feudum magis gratia & amore, quam pretio datur cap. 1. de feud.

feud.dato Inuicem.l.comis.& est numeratio quædam inæstimabilis fidei quum teneatur vasallus salutem domini tueri ac defendere, ideò dominus nõ potest se læsum prętendere, quia concessio non potest excedere seruitia inæstimabilia, secundum Bal.& Saly.prælle.Rom.& alios in d.l.siquis cum aliter.Barb.in d.cap.ad nostram.de reb. eccle.non alien.& Mode.in d.c.cum causa.col.5.nisi feudum esset cõcessum mediante pecunia, secundum Rom. & Barb. prælleg.facit quia nõ est tunc proprie feudum, nec cadit sub diffe feud.quum non sit gratuitum sed potius mercenarium, vt per Aquens.loco prælle.col.4.Cur. in trac.feud.fol.6.in 7.requisito. Et idem dici potest, quã do feudum concederetur pro annuo censu, aut seruitijs realibus, quum sit tunc potius contractus emphyteoticus, seu locationis quam feudum, vt per Iacob.Aquens.& Cur.in locis prælleg.Ideo per istud remedium succurretur læso, vt diximus In præcedenti quæstio. traduntque Imol.& alij. in d.c.ad nostra.& Mod.in d.c.cũ causa.col. 5.Succurreretur similiter per hoc remedium domino læso in concessione proprij feudi. quãdo credidisset infeudare rem valentem decem, quę valebat vltra viginti, vt in donatore dixit Bart.supra in q.de clausula.& si quid plus valet &c.& retuli in 13.q.in 4.casu. Sed vtrum in prædictis casibus per istud remedium succurratur vasallo.Pantal.Cremen.hic in septima ampliat. credit quod nõ quia vasallo potest alio modo succursum esse, vt videlicet relin-

209 quat feud.domino † De quo quomodo procedat, vide Fely.in c.quæ in ecclesiarum.fol.pen.de constitu.Curt.in trac.feud.in quarta parte.quæst.31.vbi ponunt regulam & plures limita. Sed in casu prædicto dicendum est succurri vasallo sicut succurritur domino, quia militant eædem rationes. Item quia dominus & vasallus non iudicãtur ad imparia.§.dominus in titu.de for.fidel.late Iacob. in prælleg.loco in verbo, qui quidem inuestiti.col.4.Pręposi.in tit.de allod.in §.si vero in vlt. feudo.& Matthe.de Afflictis.in decisio. regni.265.

210 Quadragesimoquintò quæro, † an exclusus à facultate rem distractam redimendi ac rescatandi lapsu temporis in conuentione prefixi, sit pariter exclusus a beneficio istius.l. Videbatur prima facie quòd sic, quasi permittendo labi tempus redimendi videatur huic renunciare, Cõtrarium verius est, quia lapsu dicti temporis remisit quis ius, quod ex pacto sibi competebat, non beneficium per l.hanc concessum.Item recuperandi rem prędictam duo sunt iura ex pacto, & ex dispositione legis nostræ. Licet igitur tacendo videatur vni primo, videlicet renunciare, non tamen renunciat alteri, arg.l.si domus.ff. de seruit. vrba.prædior.& ita communiter tenent scriben.Bald.hic q.8.Paul.de Castr.col.2. Barba.in c. ad nostram.in fin.de empt.& vendi. Mod.in d.c.cum causa col.6.Faciunt quæ dixi.supra.in 14.q.& in l.27.de pact.inter emp.& vend.q. 24.Sane tantum intelligendo, nisi quis exclusus esset à facultate redimendi per lapsum.30.annorum, per ea quæ supra diximus maximè in 1.q.& etiam alibi sæpe.

211 Quadragesimosexto quęro, † venditor cui ex pacto ius pignoris distrahendi fuit, minus dimidia iusti pretij vendidit an cõtra emp.possit debitor præsentis.l. remedium intentare. Dic quod non præterquam si emptor doli, vel fraudis particeps fuisset.l.pen.j.ven.pig.aga.l.si cessante cum gl.j. de di.pi.sa.in locis prælle. Bal.in d.l.4.seu per Mo.de Fa. in trac.de pi.parte.6.in primo membro, col.6. in versi.si autẽ dolus. Et ita plenè disputando determinauit Signo. in cons.137.creditor licet non adducatur per plates, faciunt quæ supra diximus de singulari successore, qui conueniri non potest remedio nostræ legis. Et vt mirum, quod dominus pignoris in damno remaneat, creditore, cui viliori pretio pignus vendidit, non existente fortalsis soluẽdo.Sed id est, quia imputandum ei est, qui pignus ea.l.tradidit.simile in procuratore generaliter cõstituto ad vendendum, qui minoris rem vendidit, citra tamen dimidiã iusti pretij, & non est soluẽdo, vt securus sit emptor manente remanente in damno.vt cõtra Aret.tradit Aquens. in d.l.si quis cum aliter, col.fi.Sed cõtra creditorẽ fraudulenter, vel per gratiam viliori pretio pignus distrahẽtem datur actio, & eo non existente soluendo, contra emp. fraudis participem tiis iuribus supra allega. Quando vero emptores fraudis participes fuissent, & contra eos agerẽtur, & vellent pretium supplere non audirentur pp dictam eorum fraudem vt per glo.Bal. & Saly.in d.l.pe.j. si vend. pig.agatur. Post discussas quæstiones concernentes theo-

212 ricam, † speculationem, & intellectum istius.l.& materię superest vt cum Bar.descendamus ad prac.in qua vt in prin.l.dixi.magna consistit vtilitas. Ordine igitur ceptorum Deo fauente ad vmblicum perducemus reliqua dicta Bart.in hac parte examinantes. Quæro ergo.47.loco,

213 † cum ipso Bar.in pe.col.quõ formari debeat libellus, & petitio in materia istius l. Circa quam quod diligẽter est aduertendum, quum circa conceptionem libelli magnum immineat periculum & quasi tota vis iudicij in eo bene concipiendo consistat, ideoq; inconsiderate, & velociter postquam est factus non debet tradi & expediri, sed manibus diu adhuc versari, considerarique, an recte conceptus fuerit vt per Soc.in rub.extra de lib.oblat.col.1. Est igitur libellus legistarum syllogismus, qui bonus non est, nisi id comprehendat, ex quo de necessitate sequitur intentio petitoris secundum Old.in consi.108.ad fin.& Bart.in l.si prius col.8.de no.oper.nun. vbi dicit quod quemadmodum apud logicos in quolibet argumento formali tria requiruntur maior propositio, minor sine assumptum, item cõclusio argumenti, ita apud legistas in quolibet libello prædicta tria consideranda sunt, narratio facti, causæ propositio, quod medium concludendi dicimus, & conclusio. propterea Bar.hic, ea nititur ponere, quibus probatis, secundum intentionem petitoris ferenda sit sententia, & diuidit libellum in duas partes, in narrationem & cõclusionem, enumerans primo quatuor in narratione ponenda, vt possit obtineri in remedio istius l.primum est rem tantum valuisse tempore venditionis. nam ad illud tempus referẽda sunt petitio, articuli, & probationes, aliàs libellus non concluderet, et esset ineptus, tanquam non formatus secundum dispositionem legis, vt ff.si mel.fal.mod.dix.l.1.§.1.& sententia super illo prolata non valeret; ita communiter concludunt scriben.per hunc text. & l.si voluntate.ad fin.in verbo venditionis tempore.j.eod.& c.cum dilecti. & c.cum causa.præal e.& c.ad aures.de reb.eccle.non alien. & c.in ciuitate de vsur.vbi Abb.in secundo nota.ponit vnam nota.limitationem, de qua etiam per Mod.in d.c.cum dilecti.col.11.Probatur etiam dicta conclus.in §.fin.l.sancimus j.de dona. Et est communiter approbata, vt hic per Bar.& Bal.in q.15.& vlti.col.Saly.q.19. Pau.de Castr.col. 1.& in l.ad rescindendum.j.eo. Ias.cons.53.col.pen.lib.1. vbi consuluit quòd ad hoc, vt ecclesia, tanquam læsa, ex contractu celebrato possit in integrum restitui, inspiciẽda est æstimatio rei, habito respectu ad tempus celebrati contractus, non ante, vel post, & pariter probatio refe-

214 renda est ad tempus contractus. Hinc.† Brun.Asten.notanter in tract.de Aug.fol.16. in tertia limita.14.conclus. dicit, quod ecclesia concesserat quædam nemora in emphyteosim pro fictu ducatorum decem annis singulis soluẽdorum, & traditione certi nemoris, pro vsu ecclesiæ, quę rebat successor prioris prædictæ ecclesiæ, qui concessionem fecerat illam infringere, allegando læsionem ecclesiæ quum prædia longè maioris redditus essent, dicit quod non poterat, quia tempore concessionis nemora non erant magni valoris, aut æstimationis, sed posteà quia ad culturam reducta sint. Ideò quia illud tempus factæ concessionis attendi debet, non quod successit, ecclesiam nõ posse vt læsam dictam concessionem infringere, nec improbare.l.fin.j.de allu.& palu.l.non intelligitur.§.diui.ff. de iure fis.l.1.cum not.j. de iure emphy.id quod optime comprobatur per prælleg.quod ad probandum æstimationem rei, & læsionẽ attendi debeat & inspici tempus con-

tractus & concessionis. Et in terminis concessionis ecclesiasticæ de qua supra consuluit Paris. in cons. 128. col. pe. 215 & fi. lib. 1. & in cons. 16. col. 16. & 18. lib. 2. † Facit etiam pulchrum dictum Saly. circa fin. l. vltimæ infra de administrat. tuto. quod tutor in suis rationibus debet apponere tempus venditionis, aliàs inspiciendum erit, quo mense, vel anno illo res plurimum valuit in damnum, & præiudicium ipsius tutoris. accedant quæ congerit Dec. in l. nõ hoc. col. 2. infra vnde legi. accumulans aliquos casus vbi corruit probatio ratione temporis limitati non probati. Faciunt quæ diximus supra in quæstio. 27. & 29.

Ad oppo. videtur doctrina Bart. ij. in fi. legis, & in l. pre-216 tia rerum. ff. ad l. falcid. † dum concludit, quod ad probandum æstimationem rei testes nõ debent se restringere ad tempus contractus, sed dicere, anteque & post per aliquot menses, vel conueniens tempus secundum qualitatem rei æstimatæ per text. d. l. pretia. Ergo non sufficit libellum, articulos, & probationes referri, ac adaptari ad tempus venditio. & contractus. Quam quidem doctrinã Bart. sequitur Aret. in c. cum causa. in princ. de testi. Anto. Burg. in d. c. cum dilecti. col. 11. Et consequenter non sufficeret narrare tempus contractus, & de illo articulare, & probare, immo si in petitione fieret solum mentio de æstimatione temporis contractus, & in articulis ac capitulis non esset ampliata materia, licet testes deponerent de anteriori & posteriori tempore, tanq̃ extra articulum 217 & non iurati, deponentes non probarent, † vt per Bart. & alios plene in l. si duo patroni. in §. idẽ Iul. ff. de iureiur. Bal. cons. 123. lib. 2. Fely. & alios in c. de testibus. nisi super articulis & tota causa iurassent, secundum præallegatos & ita solent boni aduocati in practica obseruari facere. Saluis dicendis infra in discussione illius doctrinæ Bart. de probatione æstimationis rei facienda per testes, pro 218 nunc ad solu. factæ oppositionis dico, † satis esse in probatione fundi, & rei immobilis deducere de tpe celebrati contractus, per iura præalleg. & cõmunem scriben. doctrinas, & de quibus supra in terminis id volentia & dicentia, neque aliud exigunt tempus, ideò dixit, Paul. de Cast. supra relatus, qd inspicitur tempus contractus venditionis, non anterius, nec posterius. Non obst. d. l. pretia: fert enim secum solu, quũ loquatur de æstimatione olei & rerum mobilium, quarum æstimatio propter varia accidentia, etiam ex momentis temporum de facili alteratur & mutatur, ideò debet deduci, articulari, & probari de anteriori, & posteriori tempore, quia ex momento temporum æstimari nõ debent, vt inquit ibi iuriscon. ante factum tamen non esset absonum, nec inutile, & libellus, & narratio non restringeretur ad tempus initi contractus, verum diceretur anteq; & post per plura tempora & su-219 per his fierent probationes. Ex prædictis † infertur ad decisionem quæstionis quę aliàs erat inter quandam cõmunitatem, & ipsius illustrissimum principem super quibusdam molendinis albergãtis, seu in emphyteosim ipsi communi cõcessis per prædecessores ipsius principis pro annuo censu scutorum. 200. vel circa, quæ postea tempore controuersiæ erant annui redditus scutorũ trium millium, princeps tanquam læsus volebat contractum rescindere, & molendina à communitate auferre. virum posset pro parte principis allegabatur maxima læsio longe vltra dimidiam, & æquitas suadens tantam iniquitatem corrigi emendariq; debere. Pro parte verò communitatis negabatur læsio aliqua, quum ad eam considerandam inspici debeat tempus contractus, & concessionis in emphyteosim, quo tempore molendina non erant talis, nec tanti redditus, sed auctus redditus, & effecta tanti emolumenti propter melioramenta inde per communitatem facta, & successionem temporum, quo casu contractus non est rescissibilis per prædicta. Secundum requisitum, 220 † quod actor narret se læsum, & deceptum, vel errore ductum minoris, aut vili pretio vẽdidisse, probatur per text. in l. 1. ij. si maior fac. alien. rat. habue. ibi eamq; venditionẽ deceptum ratam habuisse &c. & l. 3. supra. cõmu. vtriusq; iud. ibi perperam sine iudicio factis diuisionibus, cum gl. 3. & plenè accumulans ad illum tex. per Dec. cons. 206. & 525. Scienti enim verum valorem & æstimationẽ rei non competit remedium istud, sed ignoranti, & decepto, vt dixi supra in 13. q. & cum Barto. in hoc requisito transeunt communiter doct. vt hic per Saly. q. 19. Paul. de Cast. col. 2. & Aretin. in §. si quis agens. col. 4. instit. de act. Sed non 221 impertinenter dubitatur, † quomodo & qualiter probetur talis error Bart. supra in prin. l. monit quæ. sed non soluit Saly. hic, in vlt. colum. post antiquos dicit præsumi ignorantiam propter enormem læsionem per regulam. l. quum de indebito. de proba. quæ præsumptio tanquam fortior superat illam presumptionem. l. quisquis ij. eo. per per l. diuus. ff. de integ. restitu. vt latius dixi supra in 19. q. Probabitur igitur prædictum requisitum iuris præsumptione, licet aliter non iustificetur. vt præfati volunt. quãuis ignorantia in casu prædicto præsumatur, & sufficiat 222 † libellum præsumptiuè concludere. § Lucius. l. omnes. ff. de his quæ in fraud. cred. cum alijs, de quibus per Rotã in decisio, 325. si in lib. in nouis, & Fely. limitante in c. nouit. colum. fin. de iud. Ita quòd non videbatur necessaria narratio, & deductio, de qua supra. Quia tamen præsumptio talis ignorantiæ oritur ex facto agentis, quum vendendo non præsumatur voluisse suum, iactare allegenda 223 est, aliàs non releuat. † vt per Abb. & Fely. in c. afferte de præsumpt. & Anto. Burgos. in d. c. cum causa. col. 7. Et sic licet non sit probandum, allegandum tamen est, & articulandum, vt ibi per eos, & per Alexan. in l. vnica supra vt quæ desunt aduoc. partium, per Bar. & alios in l. cum qd 224 ff. si cer. pet. Aduerte tñ quia dicant præalle. scriben. quicquid velint, mihi videbatur non esse necessarium aliam allegationem erroris in lib. quum satis videatur colligi ex narratis in ipso lib. cõtinente venditionem fuisse factam vili pretio citra dimidiam iusti pretij, quo casu error satis allegari videtur, sufficitque tacita allegatio, quæ ex narratis in libello virtualiter colligitur, vt per ipsummet Bart. in l. si adulterium in prin. in vlt. col. ff. de adulter. voluntq; id communiter scriben. vt per dominos de Rota loco præallega. Deci. in d. l. non hoc col. 2. & in d. l. cum quid col. penult. & fin. Balb in repet. l. celsus colum. 31. cum seq. ff. vsuca. & Paris. in c. fin. col. 16. de præscrip. Erit ergo istud secundum requisitum magis ad bene esse, & cautelam quam ad necessitatem, vt etiam de seq. requisito statim dicetur. Cogita tamen tertium requisitum, quòd libellãs 225 dicat se deceptum vltra dimidiam iusti pretij, † probatur manifestè per banc l. & text. l. si voluntate. j. eo. & cap. cum dilect. & cap. cum causa supra allega. & approbatur per Bal. Saly. Pau. & alios, & Cano. in locis præallega. Remedium ergo istud non competit decepto citra dimidiã iusti pretij, sed decepto vltra dimidiam, quam materiam latissime discussi supra in 1. not. Quartum requisitum, 226 † quòd libellans offerat se paratum restituere pretium quod recepit per hanc l. ibi te restituente pretium emptoribus, & regulam. §. offerri l. Iulia. ff. de act. empt. sequitur Alex. cons. 109. col. fi. lib. 4. Bal. verò hic, q. 15. in fi. & Saly. q. 19. volunt hoc consilij esse non de necessitate, quum sufficiat postea quandocunque in iudicio offerre tale pretium. l. 1. cum ibi nota. supra eo. Et iura supra primo loco allegata concernunt executionem & effectum, non petitionem. Sequitur hanc opi. Angel. in §. si quis agens. col. 5. institu. de actio, dicens non esse offerendum pretium emptori, eo quia in illius electione est rem restituere, vel iustum pretium supplere. Vnde incertus est agens quodnam eligat, ideò excusatur, licet non offerat. l. 1. §. 1. cum not. ff. quorum lega. ad abundantem tamen cautelam poterit actor offerre in dicto libello se restituere pretium receptum. Discussis dictis Bar. circa narrationem petitionis & libelli in materia l. nostræ, venio ad fin membrum 227 suæ doctrinæ circa conclusionem, † ad quam diligenter aduertẽdum est, quia tota vis libelli, & cuiuslibet alterius

rius contractus in conclusione consistit, illaque attendi debet.l.si voluntate.vbi Bal.& alij notant.j.eo. Ideò dicit eleganter Bald.in rep. Pataui.l.ædita col.9.supra de eden. ꝙ modus agendi substantialiter stat in conclusione Plura ad istud propositum congerunt,& accumulant,Bar.& Ias.in l.si prius col.10.de nou ope nun. Soc.in c.2.fol.12. col.1.de lib.oblig.& in consil.214.col.3.lib.2. omnes scriben.in l.certi conditio.in prin.ff.si cer.pet. Dec.consil.62. 136.& 463.& Felyn.in c.1.col.3.de litis contest. vbi ponit multos casus, in quibus procedit libellus absque conclusione. Ad rem voluit hic Bart.conclusionem istius libelli alternatiuam esse debere,vt conuentus rem restituat, vel quod deesset iusto pretio suppleat. Sequitur Aret.in d.§. si quis agens.col.5.Loquitur tamen Bar.per modum consilij & bene, quia iure stricto potest venditor rem venditam repetere, ad illius restitutionem concludere, quum res ipsa tantum sit in obligatione, pretij verò supplementum in facultate soluendi,vt hic per Bald.q.11.& 15.Salv. 19.& Fab.loco in superioribus alleg.col.vlti. Quum ergo ad supplementum pretij nulla competat actio, venditor non habet id petere, licet emptor, cui à l.datum est, tale beneficium possit offerre, ad tollendum tamen omnem dubitationem à principio,& re integra, consilium Bart. 228 non est spernendum.† Et si formam huiuscemodi libelli ad longum videre volueris, vide Aret.in §.si quis agens col.4.præall.& Gozad. Bonon.in cons.44.col.2.Formam 229 autem sententiæ † in hac materia collige ex c.cum causa præalleg.quod condemnetur conuentus ad restituendum rem,recepto pretio ꝑ eum dato,vel ad supplendum iustum pretium.Sed quum sententia debeat esse conformis petitioni & libello.l vt fundus.ff.commu.diui.c.licet heli.& symo.si conclusio lib.fuerit ad restit.rei,sententia similiter erit ad restitutionem rei,licet possit iudex apponere facultatem supplendi iustum pretium. Quinimmo licet conclusio lib.fuerit vt conuentus rem restituat, aut iustum pretium suppleat,attamen quum vt diximus,pretium nō sit in obligatione, sed in facultate soluendi, ex l. beneficio valeret sententia cōdemnatoria ad restituendū rem, non facta aliqua mentione in sent.de supplemento pretij, quia talem facultatem habet ex.l.repletur ergo ex l,quod sententiæ iudicis deest,vt dicit tex.not.in l.4.in §. si quis condemnatus.ff.de re.iud.& sic iudex per eius sententiam non censetur, nec potest tale beneficium legis tollere. Vsque autem ad quod tempus, possit suppleri di- 230 ctum iustum pretium? Dicendum † quòd vsque ad litem contestatam super executione sententiæ, vt hic per Bal.in 5.col.ad fi.11.q. & dixi etiam supra.

231 Quadragesimooctauo quærit,† de practica, modoque probandi valorem & æstimationem rerum, vt possimus presertim scire,an ille qui intentauit remedium.l.nostræ, probauerit læsionem allegatam,& sic necessario requisitā pro obtinēdo in isto remedio.l.materia perutilis est, sed diffusa ac difficilis,quam Bart.hic & in l.pretia rerum, & in l.si seruus. hic per eum allega. nixus est enucleare, sed imperfecte tradidit ac in multis lapsus est.In primis pondera ꝙ in capite quæstionis de duobus dixit esse videndum,& tractandum,videlicet qualiter probetur valor, & qualiter probetur error. Et tamē de secundo nihil dicit. ego in superioribus hoc declaraui. Secundo ait.gloss.plura dicere,quæ videntur sibi multum dubia, & tamen postea in omnibus, sequitur glossam ad illam remittendo. Tertiò tractauit de primò.s.probatione facienda per testes, inde subiungit de facienda per iudicem & æstimatores,postea adhuc dicit de facienda per testes, sicque confuse & inuolutè procedendo: quarto in versic. sed si quis vellet,ponit practicam probandi valorem prædictum insipidam,& quam seruari,ni fallor,nunquam vidit. Quinto voluit quòd testes tunc deponere debeant,non solum de æstimatione, quæ erat tempore contractus, sed etiam de anteriori & posteriori, ꝙ à veritate alienum est, quo ad res immobiles, de quibus loquitur, vt dixi in superioribus, & latius j.dicam. Sextò & vltimò, dum distinguit consistentia in pondere,numero,& mensura ab alijs speciebus,& de primis inquit se dixisse, in l.pretia rerum.vbi tamen de omnibus,& sic etiam de speciebus dixit. Videndum est primò de probatione prædictæ æstimationis, & valoris facienda per testes, secundo de facienda per instrumenta, tertio de facienda per iudicem, quartò per æstimatores, quintò per librum æstimi publici, siue ca- 232 thastri. Aestimatio alicuius rei † est cōmunis opinio de pretio vel de valore rei ſm Aret.in cap.cum causa, col.4. de testi. Et quia communis opinio potest errare in modico plus minusue, ideò pretium iustum rei non cōsistit in indiuisibili, secundum theologos,sed bene ſm l.humanam vt in superioribus sæpe dixi.ad propositum redeundo expediam simul duos primos modos probandi. Glo. 233 & Bart.hic probari volunt † æstimationem prædictam, secundum qualitatem rei,& quantitatē reddituum,quia ex redditus quātitate perpenditur & cognoscitur res,daturque illi pretium, intelligendo de immobilibus fructiferis.l.si quos.vbi omnes notant j.eo.l.pen.cum gl.in verbo, pro fructuum.ff.de reb.cor.§.quod autem probetur in 6.col.ac.§.& hoc autem cum glo.col.pe. in authen.de alien.& emphy.sequuntur infra Bald. & Sal.col.pe.& antepe.& Alex.in cons.119.col.fi.lib.4. Verum quia præfati scriben.sicco pede transeuntes,non declarant aliter quantitatem prædictorum fructuum,& pretium, sciēdum est ꝙ fructus rei saltem viginti annorum, debet æquare veram rei æstimationem.Glo.est no.in authen.perpetua,in verbo iusta supra de sac.san.eccle.vbi Paul.de Cast.notat, & probari videtur in corpore,vnde sumitur prædicta authen. in §. si verò alicuius. in authen. de non alie. & permut.& tradunt etiam Cæp.in tract.de simulati.contract. fol.4.in tertia præsump.Cor.in cons.265.lib.1.& Matth. de Afflı.in decis.regni.284.in fi.in tract.de iure protomi. in §.secundo,in secundo not.de iusto pretio,vbi ponit limitationes,& Cassaneus in cons.suo.11.nu.40.Quæ conclusio ꝙ ex qualitate rei, & quantitate prędictorum redditunm in casu nostro probetur cōmunis æstimatio rei, videtur dubia,quia nō sequitur de necessitate res est tanti redditus, ergo tanti valoris secundum cōmunem æstimationem,quia res tantum valet, quātum communiter vendi potest.l.1.§.si hæres.ff.ad trebel.l.si seruus.ff.de cōdi.furt.l. pretia.ff.ad l.falcid. & in dictis locis Bart.& alij ponunt,& sunt qui rē emerent, modo quatuor pro quolibet centenario reddat singulis annis, alij nisi decem, vel duodecim afferret, ita ꝙ ex fructibus prædictæ æstimatio vix videtur posse haberi. Et quòd conclusi.non sit vera,patet etiam,quia illa attenta,res semper deberet fructum terre quinque pro qualibet centesima sorte, hoc est falsum, quum prædia rustica non sint tanti redditus, vrbana vero,vt domus lōgè minoris, vt omnibus notum est communiter videlicet loquendo,& ad iura præallega. in l.si quos.& in l.pen.præalleg. Respond.verum esse rem æstimādam ſm qualitatem, & ipsius rei redditum,& pro modo & mēsura reddituum inueniri pretium,vt ibidem dicitur.Sed nō sequitur necessariò ad quid ꝓ centenario fieri debeat prædicta æstimatio.Et sit diuersimode in iure,vt patet ex cumulatis per Afflic.in præalleg.§.2. In dationibus verò in solutum,adiudicationibusque, quas faciunt iudices,& in alienationibus rerum,in quibus interponendum est decretum,potest procedere prędicta practica glo.& Bart.vt fiant,secundum rerum qualitatem,& reddituum quantitatem per iura supra alleg.quę loquuntur in casibus specialibus, & in prædictis terminis, vt per Saly.j.in antepen.col.Sed quando pars communem æstimationem rei probare teneretur, vt in terminis nostris, secus per prædicta,verum aliter facienda sit probatio. Et prædicta oīa tempora, nisi factus esset alius art.& probaretur, quòd videlicet communi æstimatione emutur res reddentes ad rationem quinq; pro centenario, prout rei veritas est, isto casu probaretur bene communi æstimatione

tione dictarum rerum, vt per Aretin.in d.§.si quis agens. col.3.& alios scriben.in d.l.pretia post Bar. Videtur etiam à veritate alienum, ꝙ ex venditionibus locorum vicinorum cognosci, fieriq́ue posit æstimatio, & probatio rei, vt dicunt Bart.& alij hic,& in d.l.pretia.per illum text.volentem ex diuersitate locorum constitui pretia rerum,ergo ex vicinitate probabitur, si exhibeant de hia plura instrumenta,aut aliter per testes probetur. Nam instrumẽta confecta de alienationibus rerum vicinarum, probant pretium conuentum,non autem cõmune, de quo quærimus: quia de conuento non de communi rogati sunt tabelliones.§.nos autem in authen.de tabel. Secundò quia non probant,nisi inter contrahentes qui rogarunt. Tertio,quia probatio debet de necessitate concludere.l. non hoc.infra vnde cog.cap.in præsentia.de prob.Sed non sequitur, talis res tanti fuit vendita emptaue, ergo tantum valebat,seu res vicinæ rei, de qua contenditur tanti venditæ, vel emptæ fuere, ergo ista quæ eiusdem qualitatis est, tantum valebat,aut valet. Emptiones enim & vẽditiones maiori pretio fieri potuerunt, quàm pro veritate valerẽt ratione alicuius affectionis, vel quia emens pecuniosus erat, vel errauit in pretio, aut è contrario emptio & venditio viliori pretio forte fieri, quia vendens multis oneribus erat implicitus,nec facile,qui ab illo emeret,inueniebatur, nisi exiguo pretio,iuxta ea quæ scribit Bart.in l.1. in §.si hæres.ff.ad treb.vbi.Ias.& Ripa.col.5. & 6. Bart.& alij in d.l.pretia.& Are.in d.§.si quis agens col.4. instruentes aduocatos emptoris, vt ad repellendum venditorem agentem remedio l.nostræ, ad rescindendum cõtractum venditionis prętextu læsionis vltra dimidiam iusti pretij, vt capitulent & probent prædicta, ac latentes qualitates rei venditæ extenuantes illius valorem & æstimationem, cum alijs allegandis.j.in vers.& in hac materia sit cautus. Et prædictis rationibus Bal.hic,col.fi.Sal.ante.& Alex.in l.fal.in §.corpora.ff.ad l.fal. & scrib.communiter tenent, quòd instrumenta aut venditiones aliter probatæ, de rebus vicinis non probent dictam communem æstimationem. Aret.in c.cum causa.col.4.de testi.aliter distinguebat.nam ad probandum rei valorem, aut producuntur, inquit,instrumenta venditionum de re ipsa, vel de simili olim factarum, & dudum pręanteà & tunc non probent ęstimationem ipsius rei de pręsenti,quia pretia rerum ex tempore constituuntur, ac mutantur.d.l.pretia & d.l.3. in §.diui.ff.de iu.fi.vbi dicitur ex emptione præterita rei ad iustum pretium in emptione de nouo facienda non concludi, quia prædij qualitas ex mala, vel bona cura, & cultura mutari potuit, facit.l.1.in fine infra de allu.& palu.Si verò parum ante factæ dictæ venditiones, de quibus loquuntur instrumenta producta secus erit,quia propter temporis propinquitatem rerum æstimatio variata non præsumitur, & fuit Bald.in l.vnica.col.fin.C.de sent.quæ pro eo.sequitur.Ias.in cons.54.col.pe.lib.1. Sed prædictæ distinctioni & doctrinæ obstant rationes, & argumentą proximè facta, in versic.videtur etiam à veritate alienum Bald.j.in vlti.col.iudicio meo rem acu (vt dicitur) tetigit dicens quod aut loquimur de probatione coniecturali, & procedat conclu.glo.& Bar.de qua supra aut de probatione plena & substantiali,& secus per prædicta,& videntur sequi communiter scr.ibi vt per Barb.in c.cum causa. col.fi.de empt.& vend.& Alex.in præalleg.§.corpora.vbi limitat post scr.ibi.relatos, quãdo producerentur multa instrumenta,de venditionibus vicinarum rerum.sequuntur Modc. Perus.licet.plura verba effundant in d.l.pretia. col.6.dicentes posse hoc casu teneri opin.gl.nostrę hic,ꝙ per instrumenta probetur valor rei,constituto,quod omnes res essent eiusdem qualitatis.& quamuis potuisset cõtingere, quòd emptiones & venditiones exhibitæ factæ essent ex affectione, quando tamen plures producuntur, non videtur verisimile quod omnes factæ fuerint ex affectione. cum hominum vota ac affectiones variæ & diuersæ sint,l.qui poterat.ff.ad treb.c.quia diuersitatem.de concess.præb. Vnde si multa instrumenta rerum venditarum in regione situs rei, de cuius æstimatione probanda agitur, conueniant,& concordent in quãtitate pretij, aut parum differant, potest probabiliter coniecturari illud esse commune pretium ita ꝙ talia instrumenta probant, inducuntur præsumptionem violentam, quæ solet sufficere.c.afferre de præsumpt. Qua ratione dicunt, ꝙ si producerentur plura instrumẽta emptionum de ipsamet re, intra breue tempus celebratarum in pretio concordantia, viderentur concludere veram rei æstimationem esse illam, de qua in ipsis instrumentis, quod est not. Sed est aduerten.quia oporteret quòd essent plura instrumenta venditionum pdictarum rerum vicinarum, cuius rei numerus arbitrio iudicis determinandus esset quum à iure non sit hoc declaratum. iuxta l.primam. ff.de iudi.delib. Pręterea ꝙ dictæ res essent eiusdem conditionis & qualitatis,cuius est res de qua agitur, ꝙ esset difficile & impossibile, in rebus vrbanis elideretur prædicta probatio,quãdo ex aduerso probaretur potuisse verisimiliter interuenire particularem aliquam affectionem in prędictis contractibus,vel emptorem pecuniosum,& venditorem pauperem, seu multis debitis implicitum, iuxta prædicta ita quod prędicta videntur mihi somnia vigilantium. Videa-

234 mus ergo de alio modo probandi † Bar.hic sic faciliter posse probari dicit, si testes cõcludant, ꝙ tunc temporis, antequam & post viderunt multos homines volẽtes rem ipsam tanti emere communi æstimatione,& videntur, sequi doct.vt hic per Salv.col.pen.Are.in d.§. si quis agens. col.5.& Alex in d.l.pretia col.fi.vbi pulchre defendit Bar. à morsu Bal. hic Sed modus iste probãdi mihi nullo modo placet. primò quia magnæ difficultatis esset inuenire testes, qui vidissent tot homines volentes eam rem tanti emere. Secundo quia in rebus immobilibus non est per testes dicen.antequam & post, sicut ponit Bart.vt statim dicam. Tertiò quia non sequitur complures homines tali pretio emere voluerunt, ergo æstimatio cõmunis est, nam probatio debet de necessitate concludere, nec sequitur voluerunt emere,ergo emerunt, taleque pretium exposuerunt. Nam inter os & offam multa possunt contingere,& forte se retraxisset volens emere,si volens vendere acceptasset, vt sæpè fieri vidimus. Quartò ista practica Bar.est extranea, nec seruatur tẽporibus nostris. Et ideo ipse Bart.melius de hoc sentiens aliter dixit in d.l. pretia rerum.meliorem dando practicam, de qua dicam infra.

235 † videlicet, qđ fiant capitula, & probationes ꝙ fundus de quo cõtenditur,est tanti,redditus, & qđ res tanti redditus in loco & regione vbi est dictus fundus est tanti valoris,& not.ꝙ ibi non dicit Bar.ante & post,nec dicit cõmuni æstimatione, & malè in hoc vltimo, quia debent concludere,deponere,& de cõmuni æstimatione,vt pulchrè per Alex.in d.l.pretia.col.fin.post Bart. Abb.& alios Are.in d.§.si quis agens col.2.& Mod.Perus.in d.l.pretia. col.11. Propterea Bar.ibidem meliorem posuit practicã, quæ seruatur qđ fiat articulus generalis, qđ talis fundus communi æstimatione tantum valet,& tm̃ communiter venderetur, quibus probatis erit probata communis æstimatio fundi,vt per Alex.& Mod.Perus.in d.l.pretia.in locis præallega.Ang.in d.§.si quis agens.col.2. Aret & Fely.

236 in c.cum causa de testi. † Sed nunquid testes super prædicta materia producti teneantur assignare, causam, & rationem suæ dispositionis etiam non interrogati. Bal.in l.fi.j.de iure dom.impe.per illum tex.dicit quod sic, quia æstimatio potius pertinet ad iudicium, quam ad sensum corporis.& idem vult in l.solam.supra de testibus. Ideo quia est res, quæ magis percipitur iudicio intellectus, & per discursum rationis,quam sensu corporali, propterea etiam non interrogati debent reddere rationem depositionis,vt constet & intelligatur id, super quo deponunt, & sequuntur communiter doc.vt per Alex.& alios late in d.l.pretia Aret.& Fely.in d.c.cum causa de testi.Alex.cõs. 148.lib.2.cons.40.col.fi.lib.2. Non.n.pertinet ad testem

iudicare

iudicare sed ad iudicem, vt per Bart.& scriben.in l.1.ff.si cer.pet.& Dec.consi.82.col.2.& 647.ad fin. Debent ergo testes causam depositionis assignare dicendo puta id scire,quia habent rem notam, ipsique, & alij communiter, quibus ea res nota esset,tanti emerent, secundum Bald.in d.l.fi. in fin & Saly.pulchre hic in 7.col.& erit vtile si adiiciant quia sunt vicini,qui melius praesumuntur scire aestimationem rei vicinae.§.1.l.1.ff.de flum.Bal.hic col.fi.Bar.& omnes in l.1.ff.si cer.pet. Erit etiam vtile ad iustificandum depositionem suam,vt de reddita rei deponant,vt per Saly. Si tamen testes de visu deponerent: puta se vidisse plures volentes emere talem rem tanti,vel tali pretio,secundum communem aestimationem, aut quod fundus tanti redditus in tali regione, tanti communiter venderetur, & ille de quo contenditur est dicti redditus, tunc id percipitur sensu corporeo,visu,s.vel auditu, magis quam iudicio intellectus,secundum Mod.Perus.in d.l.pretia col.11.ideo non tenerentur hoc casu aliam rationem depositionis reddere quia rei satis demonstratae frustra alia adijcitur demonstratio. l.1.ad fi.ff.de dot.praelleg. per quam dicit Bald.in d.l.solum col.2.supra de testibus quod si iam reddita esset ratio non tenerentur testes iterum rationem assignare, quia rei satis demonstratae &c.& quia functi sunt officio suo, & sufficit semel esse locutum. Si ergo testes praedicti dicunt quod ipsi tantum dedissent communi aestimatione, vel secundum communem aestimationem probant,quia tunc deponunt non de singulari sed de communi aestimatione secundum Bar.hic & Sal.col.fi.& alios scrib.in locis praeall. Et ista videtur mihi clarior ratio,quam illa, quam hic subtilizando, seu chymerizando adducit Bart.in vlti.col.in versi.& licet dicas de aequali peritia. Quia vt dixi, deponunt non de singul.sed de communi aestimatione, ideo nimirum si probat, intellige assignata ratione depositionis,etiam quod non fuissent interrogati vt supra dixi.nisi deposuissent super valore, & aestimatione vini,frumenti, & huiusmodi rerum consistentium pondere numero, & mensura, vbi tanto rationum discursu opus non est.

237 † Sed modica sufficit inquisitio cadens de facili in caput cuiuslibet grossi hominis, quia tunc sufficit teste deponere, quod tantum communiter valuit absque alia ratione, si non fuerit interrogatus, quia hoc percipit sensu secundum Bal.in d.l.solam col.1.Alex.in d.l.pretia.col.fin. Aret. Fely. in d.ca.cum causa. Dec.in d.l.quatenus.col.2.de re. iu.cum pluribus simil. Sed quid si testes inducti ad probandum aestimationem rerum immobilium nō dixerint

238 † antequam & post,& tantum valuisse Alex.in d.l.pretia rerum.col.fi.in prin.tenet dictam communem aestimationem non probari concludenter,nisi addita fuerint in dispositione illa verba anteq; & post.per plures annos, quia aestimatio relata ad certum modicum tempus,non attenditur d.l.pretia rerum.Sed Bar.ibi praedicta tradita,omittendo verba illa, ante & post sensit oppositum. Et est verior opinio, ac tenenda in rebus immobilibus probaturq; per.l.voluntate cum ibi not.j.eod.& d.c.cum causa. Quae tura solum ad tempus contractus se referunt, nec aliud tempus exigunt, vt dixi etiam supra in 47.q.quod clarius adhuc procederet quando de proximo aut recenti facta fuisset venditio, quia alias non probato non praesumeretur mutatio,vt hic per Saly.col.antep.& Pau.de Cast.j.ad si.commenti,& in l.ad rescindendum.j.eo.& Bald.& eleganter in vlt.col.vbi dicit,qd si testes probent per annum ante tempus contractus rē tantum valuisse probatio praesumptiue concludit, quia non praesumitur rei deterioratio in pretio,vel in substantia,nisi probetur, quia per locum a communiter accidentibus in breui tempore non contingit mutatio notabilis qualitatis in rebus immobilibus,nisi aliud probetur. Quandoque.n.in puncto temporis propter bella & alia accidentia fiunt magnae mutationes,vnde iudex hoc arbitrabitur, inquit Bald.Item an

239 debeant locum addere † in foro publico, videlicet tantum communiter vendi rem potuisse, iura supra allegat. innunt quod non,quia id nō ponunt, nec exigunt & hoc solum requiritur in probanda aestimatione rerum mobilium, vt per Bar.in d.l.pretia.vbi Alex.col.fi.& j.dicam, probando id solum habere locum in vino frumento & similibus non in alijs speciebus quae a communiter accidentibus non solum vendi in loro publico. Non omitto id,quod pulchre in hac materia consuluit Pau.de Cast.in consi.140.incip.Mariotus, col.2.& in fi.consilij impugnādo quoddam examen factum ad probandum aestimationem rei ac fructus perceptos ex ipsa re,eo quod testes essent habitabiles,ac massarij,& quilibet de per se deponeret vnus quod soluerat tot saccos frumēti, alius tot fabarum alius tantum vini, vnde tanquam singulares, & in causa propria deponentes,ne ad soluendum fictum,iterum conueniri possent,non probāt.Item quia de aestimatione dictorum ad pecuniam redacta non deponebant,vt ibi per eum. Si vero testes, vt supra inducti ad probandum aestimationem rerum immobilium dicerent se scire rem tan

240 tum valuisse ac valere,† & quia ipsi tantum dedissent,& darent non probant,nec concludunt etiam si essent viginti quum sint singulares, & non habeant in dispositione contestes l.iuris iurandi supra de iu.iur. deponantque de singulari,non de communi pretio,vt requiritur, ita Bart. hic,post glo.& est communis, vt post Ant.de Butr.Abba. Imol.& alios tradit Fel in d.c.cum causa.col.2. Aret.in d. §.si quis agens loco supra alleg.Alex.& Mod.Perus.in d.l. pretia vltim.col. Iaso.in l.qui Romae in §.cohaeredes.col. pen.& fi.de verb.obl. Iaco.de S.Geor.in tract.feud.in verbo, & cum pacto non alienando col.pen.& Curt.Iunior. consil.165.col.pen. Contrariam opin.tenuerunt Bald.& Saly.hic col.pen.post antiquos relatos etiam per Alex.loco praeallegato.& videtur sequi in puncto iuris. Dec.in d. l.quatenus in duobus casibus quod certum esset testem id nō dicere ex affectione particulari,quam haberet ad rem ratione propinquitatis, aut alterius commoditatis Item quando non constaret testem sic deponere pro affectione,& interesse particulari, quia in dubio testis, qui dicit, quod tantum daret alio nō apparente videtur se retulisse ad interesse commune, ad quod homines cōmuniter se referunt.l.si pactum in fi.ff.de proba.l.si. cum ibi not.j. de fideius. Et sic in effectu de pretio communi praesumptiuē deponunt,secus vbi constaret de aliquo particulari interesse,vt etiam per Aret.in d.c.cum causa.col.3.Mod.Peru. in d.l.pretia.col.fi.& Curt.in l.vnica.col.vlt.j.de sentent. quae pro eo. Et sic tolluntur rationes Bar.quia non dicuntur deponere de particulari interesse,& aestimatione, sed de communi, & esse in dictis suis contestes non singulares. Nec obst.quod depositio testis debeat de necessitate concludere.c.in praesentia & l.non hoc praelleg.sed praedicta depositio intelligi potest, iam de singulari: quam de communi, ergo dictum non concludit necessario, vt per Imol.& Alex.praelleg.quia satis est, quod concludat praesumptiue iuris praesumptione in ciuilibus videlicet. Bar.& alij in l.1.ff.si cer.pet. Cano.in c.3.loco de probat. Alex.in d.l.pretia.col.1. Aret.in d.cum causa.col.3. & in l.nemo ad fin.ff.de duobus reis.vbi attestatur.cōmunem & Dec.in d.l.quatenus.& in c.in praesentia in 13.no.quicquid dixerit Ang.Aret.in d.§.si quis agens col.3. Sed non est recedendum a conclusione Bar.& communi in consulendo,& iudicando, quia in materia emp.vend.homines communiter non emunt habito respectu,& cōsideratione ad interesse commune, sed prout cuilibet videtur quā varia sint hominum vota & affectiones.l.quia poterat.ff. ad treb.Nec enim voto viuitur vno, vt ille ait.Si igitur testis dicat rem tantum valuisse, quia ipse tantum dedisset, non probat necessario communem aestimationem, nec praesumptiue. quia in similibus variae sunt hominum voluntates. Et hanc rationē senserunt Abb.in d.c.cum causa.& Moder.Perus.in d.l.pretia col.fin.Item cessat praedicta praesumptio in claris,per iura vulg.sed in terminis praedictis testes dicendo, quod ipsi tantum darent ad singularem

larem æstimationem se referunt, ideò.&c. Saluari tamen
posset opi.Bal.& prædictorum quando testes modo præ-
dicto deponentes plures essent sagaces, & de qualitate rei
241 notitiam habentes. † Tunc.n.præsumendum esset ipsos
iudicare rem tanti communiter valere,& propterea dixe-
runt se tãtum daturos fuisse & esse,per ea quæ scribit Are.
in d.c.cum causa col.4.volens facilius probare rei æstima
tio.per valde peritos architectores,puta aut fabros depo
nentes de valore & æstimatio.alicuius domus , aut ædifi-
cij, vel per laboratorem expertum & consuetum depone
re de æstimatione agri rustici,cuius haberet notitiá,iuxta
§.fi.l.mortis causa.ff.de don.causa.mor. notitia enim rei
iuncta cum peritia in similibus, de facili præsumi facit
commodiudicium, & quod falli posrit,hoc non præsu-
mitur,vt de alijs qui non essent periti, iuxta l.1.cum not.
ff.de vent.inspic.secundum Aret. & Curt. consil.165.col.
242 penult.Et quum materia probationis † arbitrio iudicis
commissa sit , à cuius officio dependet an plenè aliquid
probatum sit,vel non l.3.§.1.ibi,tu magis scire potes.ff.de
testibus.notant. Paul.de Cast.in l.admonendi.col.pen.ff.
de iu.iuran. Bar.in trac.de testi.col.1.Barb.cons.47.col.1.
lib.2.,Soc.cons.54 col.fi.lib.3. Dec.cons.448.463.col.fin.
510.596.& 650.& Cur.Iun.consi.178.boni iudicis partes
essent quando plures testes fide digni & periti modo præ
dicto de æstimatione deponerent fidem illis adhibere ad
faciendam plenam probationem. Item posset procedere
conclusio Bald.& prędictorum,qñ in capitulis super qui-
bus testes deponunt, diceretur quòd res secundum com-
munem æstimationem tm̃ valebat & testes modo prædi-
cto deponereut. quum dictum testis videatur habere re-
lationem ad capitulum vt per Deci.ad fin.commenti.d.l.
quatenus plene Balb.in rep.l. Celsus in 2.q.vlti.partis,nu.
112.ff.de vsucap. Et quia circa æstimationem immobi-
lium sumus : in his quæ immediate sensu corporeo perci
pi nequaunt licet testes deponerent per verbum opinari,
aut credere, subsisteret depositio , modo ad communem
æstimationem,vt statim dicam, se referrent, quum suffi-
ciat tunc testimonium de credulitate , vt per Alex.in d.l.
pretia col.pen.Aret.in d.c.cum causa.col.4. allegãtem de
hoc tex.secũdum lectu.Bar.in l.hi qui fundos.C.de præd.
nauic.lib.11.tradunt etiam Ang.in d.§. si quis agens col.
2.& Cors.in suis sing.in verbo testis in sing.io c.an testis
probet.licet Fely.in d.c.cum causa.in fi.videatur dubitare
Sed potest procedere quod ipse dicit,in probatione æsti-
mationis vini,frumenti,& talium rerum, secus in proba-
tione immobilium rerum. per dicta eiusdẽ in eodem c.
243 & ea quę supra scripsimus.Et in hac materia† sit cautus
aduocatus conuenti ad relaxandum rem emptam citra
dimidiam iusti pretij puta,vt faciat positiones de qualita-
tibus rei pretium extenuantibus ac diminuentibus,puta,
ꝙ res est,emphyteotica,vel affecta pacto de retrouenden
do, aut illud onus annexum habens de quo cõtrahentes,
quod constet,notitiam non habuerunt.tunc.n.licet agẽs
communem æstimationem probasset : eluderetur proba-
tio ex dicta deductione, & qualitatibus rei, vt per Pau.de
Castr.in cons.183.in antiquis.Ang.in d.§.siquis agẽs col.
4.Mod. Perus.in d.l pretia rerum col.pen. Fel.in d.c.cum
causa col.fin. Matth.de Affl.in trac.de iure protomiseos,
in §.2.incip.vt j. 30.dies in secundo nota. Ias.& alios, vbi
Ripa late.in l.1.§.si hæres.ff.treb.Soc.cons.85.col.2.lib.1.
vbi tãgunt de pluribus qualitatibus,quæ possunt extenua
re,& diminuere æstimationem rei,puta ꝙ sit emphyteo-
tica , vel supposita legi redemptionis tempus belli pestis,
244 penuria,pecuniarum,& similia.Sed ponet me in libello
narrasse,idemque in arti.& capitulis deduxisse, rem fuisse
venditam pro decem , quæ tempore venditionis valebat
communi æstimatione viginti, & plus, vel vltra , & testes
dicunt narrata,& contenta in capitulis vera esse,sed aliter
non declarant illud plus , vel vltra , de quo deposuerunt
vtrum intentio mea sit concludenter probata , ita vt pos-
sim obtinere in illo remedio ? Bal.hic in vlti.col.ꝙ non ,
quia modo determinato testes nihil probant,vnde dubia
probatio nõ debet releuare , iuribus vulg.secus si certum
quid dixissent cum illa adiectione & plus , vel vltra , quia
tunc certum per incertum vitiari nõ deberet.l. cum furt.
ff.de in litem iur. Sed Sal.hic in antepe.col.& si cum Bal.
male exemplificet de quindecim , per ea quæ diximus su-
pra in 14.q̃ oppositũ tenuit. quia illa adiectio & plus , vel
vltra de pretio significato , cito aliquid important.l.hæc
adiectio, ff.de verb.signif.nec refert quod possit multum
ac etiam modicum importare, ita vt videatur probatio
dubia . Nam est probatio satis certa de minimo,licet de
pluri sit dubia , & minimum vltra dimidiam iusti pretij
sufficit , dicit Saly.& latius hoc probauimus supra.in 12.
q.& ita etiam sequendo Sal.tenuit Aret.in d.c.cum causa
ponderando in 2.col.esse ibi pro hac parte tex. inducen-
do,vt per eum. Et est conclusio verissima, quod non po-
test,isto casu,probatio dici dubia, quum adiectio illa vni
formiter probet supra valorem.Secus si secundum vnum
significatum probaret,secundum alium non, vt per Fely.
post alios Canon.in d.c.cum causa. Ias.in d.l.cum fuerit.
ad fi. Dec.in cap.in præsentia col.10.in 4.limit.de proba.
Balb.in repet.l. Cælsus fol.pe.col.2.de vsucap. vbi dicunt
qđ in materia requirente certum quid,& determinatum
vt si testes dicant me mutuasse Titio centum & plus, vl-
traue,talis adiectio nihil operabitur, secus vbi indetermi
natum sufficeret , vt in quæstione de puncto dicitur in l.
arethusa.ff de sta.hom. & in interdicto vti posidetis.vbi
præualet antiquior possessor, vt ibidem per præfatos scri.
& in materia nostra, in qua sufficit excessus vltra dimidiã
Quid autem si testes inducti ad probandam ęstimationẽ
245 prædictam vario modo deponant,aut cõtrarij sint, † vt
quia testes actoris dicant contenta in capitulis vera esse ,
testes rei,& conuenti dicant oppo. contenta in excep.cõ-
tinentibus contrarium esse vera , quibus depositionibus
magis stabitur ? Salv.hic col.pe.& fi.distinguit,ut p eum
transcribit simpliciter , Panta.Cremen.adde plene Ias.&
alios Mod.in l.1.in §.si stipulanõ.ff.de uerb.obliga. Et de
ueritate glo. famosæ per eos allega.in l.diem proferre in
§.si plures.ff. de arbitr.quæ uult esse magis credendum ,
246 † duobus testibus deponentibus super affirmatiua,quã
decem deponentibus super negatiua, videre potes plenè.
Pet.de Anch.consi.89.col.fin.Barba.in c.proposuisti.col.
8.de proba.Aret.in l.1.§.si.col. antepen.de uerb.oblig.in
cons.65.& 72.col.fi.Alex.consi.64.lib.2.& 169.col fi.libr.
5.Aquens.in repe.l.ut oim.col.22.uersic. item uelimus.ff
de iust.& iur.Ias.in l.sed & siquis in §.quæsitum col.2.ff.
siquis cau.Fel.in c.in nostra.col.2.de testibus Deci.in c.si.
col.fi.de appella.& Curt. Iuniorem.in cons.17. Et utrum
247 in depositione † ad hoc,ut probent,addere debeant te-
stes rem tanti communiter vendi posse homini,scienti
qualitates rei,uideor ꝙ sic, ut not.Bar.in d.l.si seruus de
condi.furt.& in l.non intelligitur in §.diui fratres. ff.de
iu.fis.Cur.Iunior , qui ita affirmat in consil.165.col.pen.
Fely.in d.c.cum causa,col.2.Ias.Ripa, & alij,in d.§.si hæ-
res Alex.tamen post Imol.tenet oppo. quod licet uerum
sit , rem tantum ualere, quantum uendi potest homini
scienti rei qualitates , tamen si testes dicant rem potuisse
tantum communiter uendi, præsumptio est , ꝙ tantum
ualeat, & sufficit probatione in præsumptiuè concludere.
Et ideò incumbet parti allegare, & probare de qualitati-
bus rei æstimantibus ualorem & æstimationem , ut dixi
supra : alio ergo non probato , qui communem æstima-
tionem probauerit,obtinebit quod not. Postremò,quia
248 diximus † quod testes singulares deponentes de æstima
tione rei immobilis non probant : materia ista singulari-
tatis testium,an & qñ obsit, ualde prolixa est , uide Barb.
consi.54.col.8.lib.1. Alex.consi.100.col.fi.lib.1.consi.41.
col.2.lib.4.& consi.43.col.fi.in eo. & lib.5.consil.166.col.
4.& 166.col.3.& lib.6.consi.94.& 232.Cor.consi.2.col.fi.
libr.1.Aret.consil.42.col.2.& 222.col.fin. Ias.in re.l.adm.
col.87.ff.de iur,iuran.& in consi.154.col. fin.uol.2.& 78.
ac 81.

ac.81.lib.3.Fely.in c.licet ex quadam in vlti.char.de testi.
Dec.cons.650.Cur.Iun.cons.64.omnes Mod.in l.admo-
249 nendi, De valore autem beneficiorum, † quomodo pro-
betur ad iustificãdam, vel impugnandam impetrationẽ,
vero valore beneficij tacito, aut falso expresso tradit Lud.
Gomes in regulis cancellariæ, in regula de valore exprim.
in 12.q. De qua materia, vide tu Fel.in c.fin.col.2.seq.de
præsumpt.& in c.qualiter & qñ.el 1.ad fi.de accusat.& in
c.causam quæ col.8.de rescr.& Dec.in cons.156. Viso de
250 ꝓbatione æstimationis rerum immobiliũ, † videamus
de probatione valoris & æstimatione rerum mobilium.
Et primo de valore vini, frumenti, & aliarum rerum con-
sistentium pondere, numero, & mensura. Bart.in d.l.pre-
tia.dicit esse probandum quod tantum valuerunt tali tẽ-
pore antequam, & post in foro publico. idem dicit in d.l.
si seruus vbi vt statim dicam melius loquitur ante & post
dixit, quia æstimatio momentanea non cõsideratur à iu-
re præall.l.pretia rerum. In foro publico ideo posuit, quia
id lex videtur requirere l.septem diebus C. de erog.mill.
anno.lib.12.cap.1.vbi omnes Cano.de emp. & vendi. Sed
prædicta practica Bart. & scribentium ex tribus maxime
videtur posse impugnari, Primo quia verba illa anteq; &
post dubia sunt, verificarique possent in paruo tpe ante-
riori posteriori, instantaneo, qđ non sufficeret nec suffra-
garetur quum ex momentis temporum non constituan-
tur pretia rerum, vt dicitur in d.l. pretia. nisi ergo testes
adderent aliquod tempus determinatum non probarẽt,
ita Mod.Perus.in d.l.pretia col.10.quamuis per docto.ta-
ctum dicunt non vidisse, sed hoc expresse dicit Bart.in d.
l.si seruus.& in l.vnica col.pe.de sent.quæ pro eo.vbi do-
cet esse articulandum capitulandum & probandum de
anteriori & posteriori tempore per aliquot dies, hocque
tradunt & sequuntur communiter alij, vt per Ancha.in
cons.194.in causa col.fi.Alex.in d.l.pretia.col.fi. Saly.hic
col.fin.Ang.in d.§.siquis agens col.3.Matthe.de Afflic.in
decisio.regni.326. & Ias.in l qui Romæ in §. cohæredes
col.pen.ff.de verb.obl. Attamen in puncto iuris verior vř
præcedens conclus. Bart. quia ille probat de æstimatione
tali die, anteque & post probat de tractu tpis per diem,
videlicet, & vltra nõ de momento solummodo, quæ qui-
dem momenta temporum à diebus distinguuntur, & di-
uiduntur, l.anniculis in fi.& l.cum bisextus.ff.de verb.sig.
& l.arethusa.ff.de sta.ho. Ita quod nihil obstat regula d.l.
pretia. quæ loquitur de momento tpis non de tempore
habente tractum, prout est dies. In actu m̃ practico serua
prædictam doctrinam, vt dicas anteque & post, per ali-
quos dies ad tollendum omne dubium. Limitatur prædi-
cta conclusio de æstimatione momẽtanea non attenden
251 da, nec considerabili, † vt nõ procedat odio morosi qui
tenetur ad æstimationem quanti plurimi à tempore mo-
ræ.l.vinum.ff.si cer.pet.quo intelligitur etiam de momen
tanea æstimatione, quæ contingit tpe alicuius magnæ ca
ristiæ puta quæ modico tempore durauit, vt Raph.cõ.&
Alex.voluit Ias.in d.l.vinum.in vltimo no.ratione prædi-
cta, & ad l.pretia respon.quod loquitur in legatis soluen-
dis per hæredem, in quibus agitur semper de lucro ideo
non attenditur illud tp̃s momentaneum. Et licet Dec.ibi
primo not.post Imol.& Christof.de Castil.tenuerit op-
po.per d.l.pretia in ratione, quia & si loquatur in legatis,
in assignatione tñ rationis, ponit regulam generalem ꝙ
pretia rerum sunt, prout communiter æstimantur quod
procedit etiam in delictis l.si seruum meum occidisti.ff.
ad l.aqui.per quod ref.ad text.l.in re furtiua.ff. de condi.
furt. Nã ibi fur, & morosus simpliciter æquiparantur, re-
spectu interesse quanti plurimi communis, videlicet.d.l.
pretia.& d.l.si seruum. Attamen non est recedendum ab
opin.Alex.& prædictorum, quæ communis est, & verior.
illam etenim sequuntur Ang.in d.§.siquis agẽs.col.4. Fel.
in c.sedes.col.2.de rescrip. Hercul.Perus.in d.l.pretia.col.
fi.Mod. Tau.& alij repetẽtes in d.l.vinum. Cur.in l.vnica
col.17.de sent.quæ pro eo, Et probatur primo ratione,
quia aliàs sequeretur morosum lucrari posse ex mora sua
& locupletari cum aliena iactura, contra tex.in l.siue hæ-
reditaria.ff.de neg.gest.& l.nam hoc natura, de condi.in
deb. Secundo probatur per text.d.l.in re fur.§.pen.ibi id
tempus spectandum quo res vnq̃ plurimi fuit, etiam veri-
ficari potest, etiam in momento tpis. Ex quo patet Deci.
malè intellexisse illum tex.restringendo ad interesse cõe,
quia verbum vnquã fuit, manifeste repugnat, nec aliquid
facit d.l.si seruũ meum.quia nõ loquitur de æstimatione
quæ fit respectu temporis, sed respectu personarum, qđ
attenditur quanti omnibus res valuit ac valet, non quãti
vini, quia posset in infinitum extendi, qđ absonum esset.
Bonaq; est responsio. Alex.ad præalle.in fi.commenti.d.l.
pretia rerum.ꝙ loquitur in legatis, & vbi agitur de lucro.
nec est vera intelligentia Dec.ꝙ ibi ponatur regula gene-
ralis quia quod ibi dicitur in fi.assignando rationem, in-
telligitur ſm terminos ipsius.l. Et sic in legatis, vt Alex.&
præfati dicunt. Verba.n.quantũcunq; generalia in quauis
dispositione inserta restringuntur, & regulantur ad cau-
sam, & ſm causam, de qua agitur.l.emptor.§.Lucius.ff.
de pac. Ang.in consi.284.exorta.col.fi. Præterea æstima-
tio prædicta quę aliquo tpe durauit, non potest dici mo-
mentanea, quum tractu aliquo tpis, non momento tan-
tum durauerit. Secundò principaliter contra prædictam
practicam Bart. facit quia dicere similiter debeat cõiter,
vel ſm communem æstimationem, qđ est maximum in
hac materia, & ita ac melius posuit ipse Bart.in d.l.si ser-
uus.& sequuntur cõiter scri.s.allega.quia non ex affectu
vel vtilitate singulorum ac particulari, sed communi pre-
tia rerum constituuntur.d.l.pretia rerum.imperfectè igi
tur locutus est in d.l.pretia rerum. Tertiò aduertendum
252 est, † quia licet Bar.in locis præalle.& scriben.in alijs lo-
cis, de quibus supra.requirant ad probationem cõis æsti-
mationis vini, frumen.&c.ꝙ dicatur in foro publico, tan
ti cõiter emi, & vendi, per text.in d.l.septem diebus & in
c.1.de empt.& vendi. Nihilominus puncto iuris hoc non
vř necessarium, nec verum per text.in d.l.pretia.dantem
modum probandi cõem æstimationem prædictarum re
rum, & tñ de foro publico nullum verbum, sed solum cõ-
muni æstimatione. Iuriscon.rei summã constituit. Secun
do per text.in l.fi.in fi.C.de admi.tu.ibi vinum & oleum,
& frumentum distrahere, iusto pretio, qđ in his locis, in
quibus venditio celebratur tunc tpis dignoscitur obtine
re non dicit in foro publico. Tertio, quia sunt plura loca,
in quibus non fit mercatum, nec publicus habetur forus
& m̃ est ibi communis æstimatio. Item alia loca, in qui-
bus habetur cõis ęstimatio frumenti, puta & tritici, absq;
eo, ꝙ vendaſ in foro publico, vt patet in hac vrbe Patauij
vbi frumentum non tenetur nec venditur cõiter in foro
publico, sed in domibus priuatorum & ciuium, & cõis
æstimatio sumitur ſm quod ibi cõiter venditur, facit etiã
qđ supra dixi de æstimatione rerum immobilium q̃ pro
batur ẽt non expresso valore loci publici, modo dicatur
eam esse cõem æstimationem. Ergo idem in æstimatione
rerum mobilium, quum non sit dare rõnem diuersitatis.
Nec obst.iura pręall.de foro publico, vel marcato loquen
tia, quia non dicunt id esse necessarium, vel de necessitate
requiri, sed de tali loco in probando cõi pretio mentio-
nem faciunt, quia facilius, & clarius cõis ęstimatio in tali
loco cognoscitur, & habetur, non tñ requirunt id dici,
aut exprimi, si de cõi æstimatione aliunde constet, & ap-
pareat per prędicta. Circa valorem & ęstimationem alia-
253 rum specierum libri, vestis & similium, † an ad hoc, vt
probatio cõcludat cõem æstimationem addi & exprimi
debeat locus fori, & mercati, Bal.in d.l.pretia rerum in fi.
& in d.l.si seruus.& Alex.in l.pretia.col.fin. alijque cõiter
in omnibus rebus mobilibus dicũt qđ sic, ego in puncto
iuris contrarium verius credo per prædicta: cogitabis tñ
Sed quid de cõi æstimatione, iurium, & actionum, quæ
254 cõstituunt tertiam speciem? resp.eodem modo † illam
fieri debere.d.l.pretia. & l. si seruum meum loquentibus

de æsti-

de æstimatione rerum, quarũ appel.veniunt inra & actiones.l.1.ff.si cer.pet.l.rei.ff.de verb.signif.minus tamen valent,& æstimantur quàm res ad quas competunt, vt dixi in l.qui actionem habet.ff.de reg.iur.& supra in 4.q.conclusio.primi no.circa fin.& in quæstio.41. Videndum est 255 tunc de æstimatione quæ fit per iudicem † Bart.hic dicit, ꝙ iudex ipse poterit rem inspicere, & æstimare, per tex.in l.fin.in fi.j.de iure domi.imper.vbi est text.clarus, quem Bal.& alij ibi notant Bald.hic col.pe.allegat alium tex.in l.& tantum in §.pen.ibi,quod officio iudicis expedietur.ff.de ser.corru. iudex igitur poterit locum & rem inspicere,& à vicinis,& alijs id scientibus se informare de qualitate rei ac quantitate reddituum, & æstimationem facere, maximè vbi probationes essent contrariæ, & verberarent aures iudicis,vt hic per Sal.col.fi. Et cum prædicta conclusio.quam etiam tenuit Bar.in l.creditores.col. fin.j.de pign.transeunt communiter doc.vt hic per Bald. col.pen. Alex.in apost.ad Bald.in l.si pater.j.de act.empt. Are.in d.§.si quis agens col.2.Alexan.in d.l.pretia rerum. col.2.vbi Mod.Perus.col.8.in quibus locis scribentes, citant etiam illud not.dictum Bar.in l.si quod,ex pamphila.ff.de leg.2.ꝙ in omni iudicio in quo non est clarè probatus valor & æstimatio rei de qua agitur,iudex potest & debet se de prædictis informare, æstimare & condemnare,vt etiam per Salv.in l.si traditio.in 5.q.per illum text.j. de ac.emp.Matth.de Afflic.in decisione regni.57.Cur.in l.vnica.col.fi.j.de sen.quæ pro eo &c.& in l.vnica ad fin.l. ff.siquis ius dicenti non obtemp.Et latiùs Aret.post alios in c.cum causa.col.5.de testi.vbi dicunt, ꝙ quando æstimatio rei non est directo in iudicio probata,si tamen iudex ex instrumentis testibus aut coniecturis rem possit æstimare,nunquàm debet reum absoluere, sed ex officio suo æstima facere & si non posit, quia fortè non sit peritus, aut coniecturæ nõ sunt sufficientes eligat peritos per quos vera sibi referatur æstimatio arg.l.comparationes. s.de fide inst.& c.causam matr.de prob.cum alijs.j.adducendis cum de æstimatoribus rei agemus facit text.no.in l.si irruptione ad fi.ff.fi.regũ. ad officiũ inquit iudicis de finibus cognoscentis pertinere mensores mittere & per eos finium quæstiones dirimere,& oculis suis re exigente 256 locum subijcere ac pronunciare,† faciunt plura quę per illum tex.scribunt Bal.ibi & in suo consi.56. ad fin.lib.1. Pau.de Cast.consi.180.ad l.fi.in antiquis Alex.consi.116. lib.1.& 35.li.4.& in l.qui bona in §.damni.col.3.de dam. infec.Cur.Senior.cons.70.& Fely.in c.fraternitatis.col.6. de test.intelligendo tamen præal.quando iudex procedit ac videt,vt iudex, secus si vt priuatus pulchrè per Paul.de Cast.& Ias.in l.2.ff.de in litem iurando.Cui quidem liquidationi & probationi æstimationis rei per iudicem factæ 257 standum est in eadem causa † si appel.non fuerit,quum illius pronunciatio ius faciat,& de iniusto iustum.l.ingenium.ff.de stat.hom.secundum Herc.loc præalle.quod si iniquè declarasset ac arbitratus fuisset corrigetur per iudicem appel.si fuisset appel.iurib.vulg.Memor tamen nõ sum vnquàm vidisse hoc ad practicam deductum, factã videlicet fuisse æstima. rei immobilis p iudicem maximè in materia nostra,ideò Saly.hic in antepe.col.de hoc dubitauit licet non recedat à communi. in rebus verò mobilibus facilius fiet re coram iudice præsentata per tex.d. §.fi.l.fi.de iu.domi.impetr.& l.si quod ex Pamphila.cum ibi not.per Bart.de leg.2.vt hic per Saly.col.antepe.& fiet executiuè absq; libro vt per Bar.in l.creditores col.fi.j.de pign.Venio nunc ad liquidationem & declarationẽ æstimationis faciendæ per æstimatores quæ materia quoti-258 diana est.† communis est istam posse fieri per ęstimatores ad hoc electos.§.his illud d.l.hac edictali.j.de secund. nup.vt p Bart.hic & in d.l.creditores.col.fi.& in l.Theopom.de dote præalleg. Paul.hic in fi.Saly.col.antep.Ang. in d.§.si quis agens,col.3.Are.in consi.83. quia multa col. pen. Alex.in d.l.pretia col.2.vbi Herc.7. Aret.in d.c.cum causa,& Cur.Iun.in consil.165.col.pe. Qui quidem æstimatores primò debent iurare de æstim. legaliter facienda secundum Bar.& præalle.per d.l.comparationes cum glo.s.de fide instr. Inde se informare ,de qualitatibus rei & æstimare, iudiciq; referre qui iuxta prædicta procedet. Et quum huiusmodi æstimatio oculo potius intellectus quam corporali fiat, & sic magis habeat vim iudicij quã testimonij, isti æstimatores debent esse in negocio super quo deponunt periti ſm Are.& præall. Imò Bart.hic.Sed moueo pulchram dubitationem ad quẽ spectabit & pertinebit electio & deputatio prædictorum æstimatorum 259 † Bar.& Saly.hic,Alex.Ang.Fran.de Are.& præal.& Fel. in c.veniens el 1.col.fi.de test.id ad iudicem pertinere volunt,pro qua opi.videtur tex.in d.l.fi.in fi.de iu.do.impe. & in l.si quod ex Pamph.cum no.ibi per Bar.ff.de leg.2.& l.vt tantum.§.pen.ff.de ser.cor. vbi patet id fieri posse per iudicem , ergo & per æstimatores ab ipso electos per regulam potest quis per alium de reg.iu.in 6.cum accumulatis p Deci in c.ecclesia, col.8.de consti.Et ꝙ ipse iudex eligat videtur text.in d.l.comparatio cum gl.super verbo ab ijs.Bar.in d.l.Creditores.col.fin.alternatiuè & obscurè loquitur ꝙ partes eligent vel ipse iudex,sed tex.d.§.his illud vult electionem pertinere ad partes ibi quos vtraque pars elegerit & not.ibi Bal.1.2.col.electionem æstimatorum ad partes non ad iudicem pertinere, partibus verò non eligentibus posse id facere iudicem per.l.fi.s.de iudi. faciunt quæ ibi in 2.col.congerit.Ial.idem voluit Bal.hic in pe.col.Sed no.respon.ad alleg.supra in contrariũ.Et ad text.præall.§.his illud.dici posset non negare quin iudex, vt potest per se id facere iuxta prædicta,ita etiam nõ possit per æstimatores à se electos si voluerit,vel aliter,& subtilius respon.potest , ꝙ ille tex.loquitur de extra iudiciali æstim.nos verò de illa quæ fit de re in iudicio existẽte.De consuetudine obseruatur ꝙ mandante iudice fit electio æstim.à partibus iuxta tex.d.§.his iud.& ita esset tunc seruãdum.l.si de interpretatione cũ multis pręcedentibus & seq.ll.de legibus. Et ipsis partibus discordantibus iudex ipse ponat neutri partium suspectos ſm Bal.ad fi.d.l.fi.Et si æstimatores discordent deuenien.est. ad elec.tertij iudice tanquàm compulsore, non tanquàm electore interueniente.vt hic per Bald.per eundem & Saly.in d.§.his illud. faciunt dicta Alex.in l.inter pares.ff.de re iu.omnes. Mod.in §.si stipulanti.l.1.ff.de verb.obli.

260 Circa quam materiam † primò scien.est ꝙ relationi faciende p dictos æstimatores non requiritur ꝙ partes sint præsentes,prout requiritur in electione & constitutione et à iudice facienda, vel ꝙ fuerint ad id citatę vt per Bald. in d.§.his illud.col.2.rationem differentię assignat Bar.in d.l. Theopomp.col.fi.& Fely.in d.c.veniens el 1.col.fi.

Secundò no.est ꝙ quãdo prædicti æstimatores locum visitant & de qualitatibus rei ac circunstantijs se informant partes possunt & debent esse præsentes, vel monitæ 261 † vt possint dare informationes & testes præsentare pro informationibus habendis.Bart.in d.l.Theopom.& in l. qui bona in §.fi.ff.de dam.insec.& Fel.in d.c.veniens.col. fi.Quærit Bar.loco præall.an quando iudex vadit,vel mittit agrimensorem vel peritos statuere debeat terminum partibus, vt tali die & hora sint secum vel cum electo super loco differentiæ. Et rñ.ꝙ sic per tex.no.in l.3.s.fin.regũ.Et quia per pręsentiã partis posset iudex, vel agrimensor aliter informari , ergo &c.facias igitur dicit Bart.hoc scribi & confici per instrumentum quando iudex vel periti sunt in loco,aliàs corruere posset processus ait,& probatur per d.l.3.cum no.per Alexan.consi.35.& 177.col.3. 262 lib.6.† Et vltra præalle.de dicta materia relationis fiendæ.vide Paul.de Cast.in consi.220.in antiquis Barb.cõsi. 18.col.9.lib.1.Alex.consi.130.vol.1. Felyn.in c.1.col.4.de test.& in cap.quia indicante de præscript. Item eundem Alex.consi.114.lib.4.& consi.47.& 91.lib.5.

263 Tertiò scien.† est ꝙ quum talis relatio non fiat in forma iudicij etiam die feriato poterit expediri,vt per Alex. in l.1.in §.sed excipiuntur.colum.2.ff.de fer. Et scribi debet in

ponderauit Ruinus in consil.79.col.2.lib.1.

Et si emptor taceat, & agere pro emptore forte nolit venditor poterit petere instrumentum venditionis cassari restituto pretio iuxta glo.§. his qui vina.l. ex empto.ff. de actio.emptio. vel fieri sibi instrumentum liberationis iuxta.l.pecuniæ cum not.j.de solu. & dictis per Saly.s.ad fin.1.quæstio.

272 Vltimò Bal.in vlt.col.† formanit no.questionem, quæ & si ad præsentem speculationem parum pertinens videatur, negligenda tamen non est, vt perfectè intelligatur quod de iusto pretio hic dicitur, stante statuto vel consuetudine q in vend.præferatur consors si ille offerat.10. pro iusto pretio, & communi æstimatione rei secundum assertioně eius, alius offerret quindecim verum præferri debeat consors vel ne, Bal.post antiquos concludit, q nisi tantum offerat & soluat quantum reperitur ab alijs repelli debeat: quia non est quis cōpellendus gratiosè contrahere, sed p pretio quod sine fraude ab alijs inuenitur vt hic per eum quem communiter sequuntur doct.vt per Saly.& Mode.repet.in l.dudum.s.de contrahen.emptio. vltra quos vide Aret.in c.cum causa col.3.de testi. Fabia. in tract.prędalleg.de empt.& vend.in 20.quæst.3.quæstionis principalis Iaco.de S.Georg.in tract.feud.in verbo & cum pacto de non alien.col.pen.Matth.de Afflic.in præalleg.tract.Protom.§.2.incip.vt j.dies in 2.no.Ias.in l.qui Romæ in §.cohæredes col.penul.ff.de verbo.oblig. Deo. O. M. fauente à quo omnis sciensia & omne bonum descendit absoluta fuit in celeberrimo Patauinorum Gymnasio. 13. Calendas Iulias. M D X L V I I.

Laus ei sit, qui supra omnes laudes est.

S V M M A R I V M.

Pactum de retrouendendo tam ad tempus quam in perpetuum permissum est, & an fructus cedant lucro emptoris in primo & secundo notab.li.

Pactum istud non est de retrouendendo sed de restituendo fundum quæ valde differunt, in tertio notabili, nu.12.

Vtrum maritus qui confessus fuit dotem à socero recepisse, & posteà promissionem de soluendo recepit, lucretur partem dotis mortua vxore, stante statuto quòd vxore prædecedente sine liberis vir lucretur dimidiam partem dotis data, nu.9.& seq.

Oblatio quantitatis debita an sufficiat vt ex contractu venditor agere possit, & quid si verbalis tantum fuerit in 4. notab.nu 22.

Quæ actio nascatur in casu istius legis in 6.notabili, numero.26.& 35.

Fructuum ratio habetur à tempore moræ & quæ sit ratio in 7.notab.nu 27.& 35.

Expressio hæredum an fuerit necessaria in terminis istius legis, nu.30.

Pronomen ipse personalitatem importat, nu.46.

Quæstiones hic enucleatæ.

1 *Vtrum ius redimendi seu recbatandi cedi possit, nu. 6.& seq.1.*

2 *An facultas redimēdi transeat ad hæredem, nu.43.*

3 *Quid iuris si conuentum expressè fuerit, vt tantum ipse venditor possit redimere, nu.44.*

4 *Quando ille cui sub pœna ad diem promissi ius redimendi a me alienatum cedere, reperitur absens illo tempore quid agendum sit, nu.47.*

5 *An facta cessione absente de dicto iure notario stipulante requiratur ratificatio vt acquiratur ius ex cessione, numero.48.*

6 *Vtrum pactum de retrouendendo cum modicitate pretij faciat contractum illicitum & simulatum, & quid de datione in solutum & de emptione annui redditus, nu.50.*

7 *Lapso tempore dato ad redimendum vtrum emptor retrouendere cogatur, nu.61.*

8 *Quanto tempore præscribatur pacto de retrouendendo, numero.70.*

9 *Facta promissione de retrouendendo simpliciter, qualiter & pro quo pretio intelligatur facta, nu.93.*

10 *Facta oblatione pretij an hæres emptoris, qui retrouendere rē promiserat ad restitutionem fructuum teneatur 98.*

11 *Volens in fine anni redimere, an habere debeat omnes fructus illius anni, aut quot, nu.100.cum seq.*

12 *Re à duobus empta, an alteri offerenti partem pretij, pars rei pro rata eum tangente retrouendi debeat, num.102.*

13 *Si ex prædictis vnus totum pretium rei offerat volens totam rem redimere, an audiendus sit, nu.103.*

14 *Vtrum vnus hæredum rem insolidum possidens conueniri possit, & cogi totum retrouendere, nu.104.*

15 *Leg. aut cessis creditis vtrum ius redimendi veniat, numero. 125.*

16 *Vtrum pendente tempore recbati venditor ante retrouend. iure supposita recbato possit domum ædificare.106.*

17 *Emphyteosis alienata cum pacto prædicto, an emptor teneatur capere inuestituram iuxta tempus iuris, nu.107.*

18 *Si decoxerit mercator penes quem redemptionis pretium depositum, cuius erit periculum, nu.121.*

19 *Si mihi, & fratri hæredi meo stipulatus sim rem retrouendi, posteà filium quem suscepi hæredem fecero, an frater ad retrouendendum agere possit, nu.115.*

20 *Pactum de retrouendendo factum alicui, & hæredibus suis quos hæredes includat, nu.1 6.*

21 *Si alieni, & hæredibus suis masculis factum fuerit pactum de retrouendendo an filia hæres filia hæredis venditoris possit retrouenditionem petere, nu.117.*

22 *De hærede retrouendere grauato sub conditione si absque veris legitimis, & naturalibus liberis ex se descendentibus decesserit, an per religionis vel monasterij ingressum ab onere retrouendenai sit liberatus, nu.120.*

23 *Vtrum bonorum possessor tali pacto se possit iuuare facta alicui promissione de retrouendendo sibi, & hæredibus suis, nu.121.*

24 *An eo pacto vendens remque conducens si vltra dimidiam iusti pretij læsus sit, habeat remedium.l.2.de rescin.ven. num.122.*

25 *An in possessione fundi retrouendendi se reperiens contra vendicantem sibi illum defendere possit, nu.123.*

26 *Fundum quem retrouendere mihi promiseras apposito constituto vendidisti tertio, vtrum aliquo iure illum consequi possim, nu.125.*

27 *Fundum emptor restituto pretio reddere promittens, vtrū præcisè ad sic faciendum teneatur, nu. 28.*

28 *Retrouendere obligatus vtrum ad id præcisè teneatur, si rei tradendæ facultatem habeat, vel liberetur soluendo interesse, nu.129*

29 *Vtrum pactum de retrouendendo magis expediat emptori, quàm venditori vel è contrario, numero centesimotrigesimosecundo.*

30 *Vtrum fundus qui sub lege retrouenditionis est positus oblato pretio possit à quolibet possessore vendicari.nu.13.*

31 *Si in pacto expressum sit vt rem alteri fortasse venditam pro eodem pretio consequi possim, an tali pacto dominij impediatur translatio, & à tertio possessore rem possim recuperare.nu.136.*

32 *Vtrum pro conseruatione probationis istius pacti, ad æternam rei memoriam testes examinari possint, nu. 139.*

Ad quem

78 *Ad quem spectet onus collectarum quæ pendente tempore rechati imposita fuere re postea redempta, nu.226.*

79 *An promissio de retrouendendo facta ad partem extra instrumentum primæ venditionis efficax sit ad agendum, & nunquid sit differentia inter promissionem de retrouendendo factam in continenti, & factam ex interuallo in eodemke instrumento vel in alio, nu.228.*

80 *Si tibi fundum pignorauero ea lege, vt fructus cedant tibi lucro quemadmodum lucro cedunt emptoris qui retro uendere promisit, an eos in sortem computare tenearis numer. 231.*

81 *Imminente periculo amissionis castri retrouend. suppositi quis custodes ponet, nu.233. & ibidem, an valens redimere possit in re illa ædificare venditore inuito.*

82 *An pecunia pro laudemio per emptorem soluta, ei sit per redimentem rem restituenda, nu.2 5.*

83 *Vtrum seruitus per emptorem fundo prædicto quæsita resoluatur fundo retrouendito, nu.238.*

84 *Molendini retrouendendi an deteriorationis ratio in retrouenditione habenda sit, nu.239.*

85 *Vtrum partus, fætus pecorum iumentorum ac mancipiorum cedant commodo empto. retrouenditione subsecuta, nume. 240.*

86 *Defuncto eo qui retrouen. promisit, quæritur cuinam per volentem redimere offerendum sit pretium, an hæredi vniuersali vel vxori omnium bonorum vsusfructuariæ possidenti rem, quæ petitur retrouen. nu 241.*

87 *Si castrum cum iurisdictione quis emerit cum pacto de retrouend. & deliquerit subditus quòd mulctatus non extitit nec pœna exacta, an post retrouenditionem à petitione & consecutione pœnæ excludetur, nu 242.*

88 *Si rei emphyteoticæ vel sæcularis alienationi cum pacto de retrouendendo dominus consenserit, an in faciendu retrouenditione iterum ad euitandam caducitatis pœnam ipsius directi domini necessarius erit consensus, nu.248,*

89 *Vendidisti mihi fundum quanti æstimauerit titius cum pacto de retrouendendo, pone communi æstimatione, fundum centum valere, nunquid tanti æstimare titius debeat, vt sic de eo pretio directo domino laudemium debeatur, nu.246.*

90 *Vtrum rei emphyteoticæ dominium vtile emptori propter canonem non solutum emptori quæsitum retrouenditione secuta, trahatur facta à directo, vel penes emptorem remanere debeat, nu.247.*

91 *Emens ius exigendi vectigal. à transeuntibus super ponte fluminis, cum pacto de retrouendendo ea lege, vt pontem bene & laudabiliter stantem & transitum commodum in casum retrouenditionis restituere teneatur, si contingat ex corrosione aquarum latiorem fieri alueum & diffundi aquam, ita vt longiori ponte opus sit an tempore retrouend. suo sumptu elongatũ bene stantem in aucta parte restituere teneatur, nu.248.*

92 *Formabitur quæstio & in alia materia seruiens. An instantia cum laico incohata super re retrouendenda in clerirum transeat, ita vt coram iudice laico venditor litem prosequi possit, aut ad ecclesiasticum sit causa remittenda, num.249.*

93 *Fundum emit filiusfam. & ex interuallo pactum fecit de retrouendendo patre defuncto, dum causa retrouenditionis agitur insurgunt fratres fundum ex re patris, & sic patri quæsitum dicentes, contradicit filius ex operis & laboribus suis fundum quæsitum contendens: & ideò retrouendere posse quid iuris, nu.253.*

94 *An bona per hæredem virtute pacti de retrouendendo recuperata in fideicommissarium transferantur, nu.254.*

95 *De eo qui cum pacto prædicto vsuaria emit, an feras occidere possit, & pariter vtrum arbores ad pedem cadere possit ille, qui fundum retrouendere tenetur, nu.255*

96 *Si inter emptorem, & venditorem eiusdem fori conuentum fueris de retrouend. facienda intra annum, pretio à iure communi statuto, sed lege municipali vel consuetudine cauebatur emptorem teneri pro eodem pretio rem intra annum retrouendere, vtrum pro eodem pretio an secundum communem æstimationem quæ tempore facta conuentionis erat emptor retrouendere teneatur, sicq; appellatione iuris communis veniat statutum, nu.258.*

97 *Si de retrouendendo fundo intra annos decem facta sit conuentio pretio quo tunc valebat fundus: an volens in fine decennij redimere petere possit, vt eligantur æstimatores qui æstimationem ipsam habeant facere, & iudici referre, nu 260.*

98 *Si fundo vacuo existente promissio prædicta facta fuerit, an poma, vuæque pendentes faciant ne possit fundus vacuus dici, nu 261.*

99 *Vtrum clericus hæres gaudere possit beneficio pacti de retrouendendo feudo pro venditore, & hæredibus suis facti, nu 262.*

100 *Vtrum id pactum operetur ne agnatus vel vicinus iure prothomiseos vti possit, nu.263.*

101 *De mense Decembris egit titius ad fundum retrouẽdendum deponit florenos, ducentos & quinquaginta, pro quibus fuerat facta venditio cum pacto de retrouendendo intra certum tempus in principio Decembri & Ianu. tantum lapso trimestri videns depositum fuisse diminutum suppleuit illud. & propter oppositionem factam deposito insufficienti, & illegitimo capitulauit fuisse conuentum post primum contractum de retrouendendo quoties & quandocunq; venditor requisisset etiam post dictos menmenses Decembris & Iannarij publicatis attestationibus, quia nihil probauerat obtulit parti iuramentum, quòd pro pretio de quo in instrumento rechati actum fuerat fieri debere, retrouenditionem quotiens & quandocunque: an rectè moueatur & faciat, nu 264.*

102 *An prorogatio termini solutionis seu rechati à tutore facta valeat, nu.272.*

103 *Stante consuetudine quòd proximior agnatus rem venditam intra annum possit pro eodem pretio recuperare, & res vendita fuerit cum pacto de retrouendendo ad tempus, in perpetuum annus prædictus quando currere incipiat, vt pariter stante statuto quòd forensis acquirens rem in dominio statuentium teneatur intra annum illam retrouendere subdito onera in loco ipso sustinenti sub pœna amissionis rei, quando incipiat prædictus annus currere, nu.273 cum seq.*

104 *An valeat pactum quod elapso tempore ad redimendum dato, si res redempta non fuerit, possit venditor eiusque hæredes cogi ad rem venditam redimendum, & ad exbursandum ipsum pretium pro quo vendita res fuit, numero. 277.*

105 *Vtrum curator bonis viuentis datus agere contra emptorem possit vt sibi retrouendatur res sub rechato ab illo absente alienata, nu.278.*

106 *Si ad superiorem sit per appellationem deuoluta causa, & lapsu fatalium deserta fuerit appellatio, an super nullitate allegata pronunciari possit, & consequenter vtrum instantia causæ nullitatis expiret cum fatalibus appellationis, nu.279.*

107 *Prolata arbitramentali sententia, si quæstio sit de reductione ad arbitrium boni viri, ad quem iudicem erit recurrendum plenè, nu.280.*

108 *Si partibus de possessione prædij retrouendendi contendentibus, sumptæ fuerint informationes virtute litera-*

rum ducalim, vt sit in part bus nostris, & publicata, post à in causa super eadem materia producantur capitula, & offerantur probationes quæ petuntur admitti, an id fieri debeat, & publicatio informationum obstet vel ne, nu 281

109 *Vtrum promittens retrouendere hinc ad diem vel vsque ad talem diem teneatur id facere etiam ipsa die, nu. 282.*

110 *An ille qui emit rem à communitate cum pacto de retrouendendo teneatur illam registrare, & ad allibrum communis ponere ac collectas pro illa resoluere respectu temporis præteriti quo registrata non erat, & si per communitatem iam esset alienata etiam illius possessio ad emptorem translata. 283.*

111 *Si aliquis ex præcepto testatoris obligatus sit vendere, & iuxta venditionem ac traditionem apposuerit pactum de retrouendendo an tale pactum vestiatur rei interuentu vel cohærentia contractus, nu. 284.*

112 *An potentia ista redimendi facultas sit vel ius. 285.*

113 *Vtrum contractus locationis, & conductionis rei ademptæ post factam retrouenditionem extinguatur vel duret adhuc, nu. 286.*

In Legem. ij. C. de Pact. inter emp. & vend.

QVum ex re sit, ea quæ vsu frequentantur quotidiano & in iudicijs semper versantur plenius attingere apertissimeq; dirimere † l. non solum. ÿ. de bonis quæ liberis. l. legaui. ff. de liber. lega. & lege iusto. ff. de vsuc. repetitioni quam iandudum inuulgaui, genuinam apum in accumulãdo penore, & addentium aceruo (vt Flaccus ait) industriam secutus, multa addam tum q studio didici tũ q iudiciorũ strepitus me docuit, prout in materia substitutionum contigit Bart. vt ipse scribit in lege precibus col. 2. ÿ. de impuberum, & alijs substitutionibus. & nouũ planè corpus efficiam Iustiniani priscorumq; exemplo. qui non solum primas editiones, sed etiam secũdas quas repetitas prælectiones nominabãt emisserunt vt supra de emen. C. † Nec in repub. Romana lex vlla ab initio sufficienter ad omnia extitit promulgata vt in auth. quibus mode. natu. essic. legi. in prin. Hinc est illud Comici nunq̃ ita quenquã bene subducta ratione ad vitam fuisse, quin res vsus, ætas semper aliqd noui apportauerit, vt illa quæ credas scire nescias, & quæ tibi putaueris prima in experiendo repudies. saluberrimum igitur illud Horatij pceptum nonum pmatur in annum, & Catullianum de smirna sine smirna mei sine nonam post deniq; messem: quã cępta est nonamque ædita post hyemem. sed hæ nostræ lucubrationes iam satis cum tineis & lucifugis blattis rixantur postquam omnibus viribus neruisq; cõtendi ita hanc materiam tractare, vt vix quicquã ammodo lector desiderare in ea possit ad honorem summi Dei & communem mortalium vtilitatem has vigilias foras emittere & hominibus conculcanda offerre proposui.

Huiusce legis auctor, vt testatur d. inscriptio † fuit Alex. Mameæ filius. 21. (vt Orosio & Eusebio Cæsariensi placet) vel vt alijs. 24. Romanorum Imperator qui seuerus ob ingentem animi vigorem singularemq; constantiam contra militum insolentiam appellatus ex animi vigore nomen accepit. vir certe vt Lampri. scribit omnium virtutum exemplar. qui Pauli & Vlpi. Iuris peritissimorum cons. quos summè propter eorum singularem iustitiam diligebat remp. fœlicissimè rexit. optimus hic Princeps qui multa de iure sanxerat & ab ira militum per Vlpia. obiectu purpuræ sæpe defensus fuerat, dum confecta expeditione Persica ad septentrionem vertit arma Germanis tumultuantibus in Gallia. factione militari anno Imperij. 15. vitæ vnde trigesimo Maximini perfidia in tentorio cum matre necatus est circiter annos Christianæ salutis. 24. supra ducentesimum. Primus post Adria. Principem qui veræ pietatis lumen acceperit, Christum. n. veneratus est. Christianisq; propitius (vt Lampri. scribit) fuit. In cuius cõsi. refert. fuisse Sabinum Vlp. Pau. Pomp. Africa. Modesti. & plures alios splendidissimos Iurisconsultos, qui oẽs discipuli fuere acutissimi Pap. & ipsius Alex. Imperatoris familiares & socij. hi sunt inquit ibi Lampri. qui bonum Principem fecerunt: nam quum omnes ad bonum consentirent quid mali sub eo fieri vel cogitari potuit? hoc notesset à principibus.

Pactum de retrouend. fundum † pro eodem pretio inter certa tempora, vel qñcunq; venditori eiusque hæredi placuerit valet; ex eoq; oritur actio præscrip. ver. & altera ex vendito informatur vt ad id quod in pacto deuenerat competat fructusque restituendi sunt à tempore moræ.

Sed secundum veriorem intellectum vbi dicitur de retrouend. dici debet de restituendo, quod longe à præcedenti differt vt ÿ. dicam.

Ratio dubitandi assignari potest † conditio potestatiua ex quo verè & formaliter impleri potest implenda est, vnde in persona hæredum impleri non potest, quia ficte impleretur. l. qui hæredi in prin. & l. Meuius. ff. de condi. & demonst. l. qui Romæ in §. auger. vbi Are. de verb. obli. & l. si decem vbi Ias. col. 3. illo eo. tit. propterea videbatur conditionem hanc offerendi pretium pro fundo, nec per hæredem venditoris, neque in persona hæredum emptoris impleri posse.

Ratio vero decidendi oppositum est: quia vbi ex implemento conditionis ad eum qui debet in futurum obligari aliquid est peruenturum vt hic, † ius implendi conditionem actiue & passiuè ad hæredes transit text. est hic & in d. l. si prædio. ff. de in diem adiec. fm Bar. in d. l. si decem, & in l. à testatore. ff. de condi. & demon. quia emolumentum perpetuò operatur, vt pars potius censeatur respexisse ad commodum, ex implemento cõditionis percipiendum, quàm ad personam quæ implere debet, vel cui est implendum: ideò nimirum si ad hæredes ius implendi talem conditionem transit. secus vbi id cessat, quia contemplatione personarum contractum censetur, & actum vt partes ipsæ impleant secundum Bart. loco præalle. & Soc. in d. §. auger. ideò tale ius ad hæredem transit vt ibi per Bar. & Soc. & Ias. in d. l. si. col. fi.

Nec obstat q emptor cui pretium fundi soluendum erat nihil dicatur consequi, nec commudum percipere: quum ipse id pretium prius exposuerit & pro eodem restitutio fieri deberet: sicque potius incommodum videatur sentire ex quo contra voluntatem ipsius id fortassis fiet iuxta. l. si. ff. de vsu. & habit. quia licet emptor pretium prius exposuerit rem habuit, quę quum oblato pretio repetatur, negari non potest quin ad eum id peruenturum sit: ergo militat ratio Bart. & contra ipsius voluntatem fundum propter conuentionem restituere debet. præterea ex parte hæredis pretium offerre debentis maior erat ratio decidendi: quia sic inter partes conuentum fuerat vt etiam hæres ad id admitteretur, sicut verba. l. probant, & expressio hæredum ex abundanti hic facta fuit, vt dicetur latius in quæstionibus.

Noto primò † id ad quod lex ista semper allegatur, q pactum de retrouen. fundum pro eodem pretio non est reprobatum à iure, nec præsumi facit contractum vsurarium, aut pignoratitium: propterea emptor nec tenetur, fructus in sortem computare, sed illos lucratur donec res retrouendatur aut pretium à venditore vt hic in fine. l. dr legitime offeratur. est. n. vera venditio, quam pactum de redimendo non tollit vt hic, & leuitici vigesimoquinto, vbi Dominus prohibuit filijs Israel, venditionem terræ suæ in perpetuum, sed mandauit quod venderetur sub redemptionis conditione. vẽdere ergo cum pacto de redimendo seu retrou. et per legem Domini permissum est, quo enim per pactum cõtractum dominium rei venditæ translatum

translatum est in emptorem rei venditæ factum possessorem: sequitur vt faciat fructus suos ratione dominij, qđ est causa acquisitionis fructuum.l.qua ratione in prin.ff. de acquiren.re.domi.§.qua ratione,instit.de rerum diuisione,& l.qui scit in princip.& §.1.ff. de vsur.cum alijs de quibus per Soc.in cons.170.col.2.& 3.& hoc si bona fide & absque fraude ematur, ita ꝙ in rei veritate intentio sit emere & faciat pactum de retrouendendo ex gratia seu complacentia venditoris volens illi misericordiam facere, vt dicunt theologi. opus est.n.pietatis dicunt eo modo proximo succurrere.emptor enim desideraret rem sibi dimitti.Et opinio ista quod id pactum licitum sit nec fructus sint computandi in sortem sed sint emptoris cōmuniter tenetur per legistas.canonistas, & theologos, vt per glo.& doct.in c.ad nostram de empt.& vendi. Archi. in c.plerique.14.quæstione.3.Io.de Ana.in c.conquestus col.3.de vsur. Cæpol.in tractatu de simul.contractu.in 3. casu principa.col.1.præsump.12.Soc.consi.248.colum.2. summum Ang.in verbo vsura el 1.versi.66.cum sequenti, Guid. Papæ in quæstio.1016.& Deci.in cons.308.col.2. cum alijs de quibus.j.in limitationibus. Nec obstat tex.l. cum autem in § cum redhibetur seu pen.iuncta si.l.ꝙ si nolit.ff.de edil.edi.& l. Imperator.ff.de in diem adie.vbi probatur fructus cum re restituendos esse, quando contractus resoluitur ex pacto vel aliter, quoniam hic facultas resoluendi contractum collata est in potestatem venditoris,cui non resoluenti imputādum est: ideò interim emptor lucrabitur fructus perceptos, sed in legibus præalleg.facultas resoluendi contractum in voluntatem emptoris vel tertij meliorem conditionem facientis conferebatur quo casu quum nihil sit, quod ad contractus resolutionem venditori imputari possit, mirum non est si cum re emptor fructus restituit. ista fuit doctrina Ioan. Ana. Abb.& aliorum in c.illo vos.de pig.nec illi refragatur.l.cum quis.ff.de condi.ob causam, vbi si data conualescentia donator per cond.repetat causa mortis donata, 8 fructus etiam condicet ac repetet, † & sic titulus reuocabilis acquisitionem fructuum non pſtat vt ibi notat Ang. & Alex. & tamen culpa non reuocanti poterat impingi, cum talis donatio causa mortis ad libitum esset reuocabilis.l.non omnis.ff.si cert.pet.ergo secundum doctri.Io. Anna.& Abb.s.relata fructus non venirent restituendi.

Respondeo ꝙ vbi titulus est lucratiuus etiam cum fructibus reuocabilis est.d.l.cum quis, & idem quando est onerosus, & nulla culpa reuocare volēti ascribi potest.§. cum redhibetur cum.l. Imperator.præallegata, secus vbi aliqua culpa imputari potest volenti reuocare, ex titulo oneroso vt hic in ꝓposito nostro ita Mod.videlicet Ant. Burg.in d.c.ad nostram.col.11.& 12.& Lan.Gallia.in repetitione.l.centurio.col.108.cum seq.ff.de vulga. Vel aliter respondeo ad d.l.cum quis.quòd don.causa mor.stat in suspēso donec moriatur donator,ideò donatarius fructus interim percipiens,suosque facere volens, non est in bona fide.propterea donatore reuocante donationem tenetur ad illorum restitutionem,vt ibi per Ias.faciunt quę scribit Roma.in consi.454.incip.iure col.vlti.

Ex quibus apparet malè sentire Socin.cons.15.col.13. lib.1.volentem contractum ex pacto prædicto pignoratitium argui, licet in lucro fructuum fateatur esse differentiam,nam à veritate alienum est quòd sit pignus,imò venditio annexum habens onus de retrouendendo.

Et quemadmodum pulchrè tradit Bal.in quodā consilio incip.vendidit ad finem contractus pignoris ad venditionem se habet, vt species opposita.l.neque pignus.ff. de regul.iur.sed retrouenditio ad venditionem non sunt contractus oppositi sed subalternati per prius, & posterius, vnde probato contractu de retrouend. verificatur primus contractus, & testes probantes pactum de retrouen.probant pro instrumento venditionis,quia si nō pręcessisset venditio non haberet locum retrouenditio, non autem improbant venditionem vel aliud obstaculum, facit elegans dictum eiusdem. Bal.in l.vnica ad fi.per illum tex.C.de cadu.tollen.quòd in his quæ ordinantur secundum naturam ex altero præsumitur alterum.

Limita prædicta nisi interuenisset pactū de fructibus restituendis vel in sortem imputandis in casu retrouendi9 tionis.quid.n.obstat quin pacti tenor seruādus sit† tradit gl.in c.contractus de re.iu.in sexto. pacta rūpunt leges,& ex conuentione contractus legē accipiunt.§.si cōueniat. l.1.ff.de posi.l.contractus vbi plura cumulaui de reg.iu. Et propter tale pactum contractus iudicabitur fœneratitius 10 sm Abb.in c.illo vos.ad fi.de pign.† qđ non est verum pignoratitius bene censebitur propter imputationem fructuum in sortem in casu retrouenditionis iuxta.l.1.& 2. C.de pig.ac.non autem fœnerantius nisi vltra sortem aliquid recipiatur in eodem contractu vt in d.c.illo vos, & prosequitur latius Burgos.in d.c.ad nostram in 4.casu.

Secundò limit.nisi contractus vsurarius esset, & simulatus quia tunc in sortem fructus imputabuntur nec lucro cederent emptoris.c.1.de vsur.c.quum contra de pig. quomodo autem cognoscatur cōtractum illicitum fuisse ob dictum pactum, ita quòd fructus in sortē sint imputandi.j.in quæstionibus declarabimus:quicquid tamē Bal.Saly.Pau.& scriben.dixerint, lex ista non loquitur in pacto de retrouend.vt j.in 3.notabili ostendam.

Secundò noto.ex tex.ibi quandocunque vel intra certa tempora non esse differentiam, an vsq; ad certum tempus completum, vel in perpetuum fiat pactum de retrou. 11 † quum licitum sit vtroq; casu.ita hunc.tex.ad hoc ponderauit Bar.Veronen.in tractatu de simul.contr.col.12. pręsumptionis tertij casus principalis vbi etiam tangit an ad arguendum simulationem contractus,cōcurrentibus alijs coniecturis maior sit simulationis præsumptio,facere pactum de retrouend. in perpetuum quàm ad certum tempus, differentia tamen inter prædictos casus est manifesta respectu temporis, quia serius excluditur paciscēs à iure redimendi in primo casu quàm in secundo,de qua materia latè in quæstionibus dicetur.

12 Tertiò noto.ex text.ibi, † restitueretur ꝙ pactum de quo in l.ista non fuit pactum de retrouen.vt communiter intelligunt doct.sed de restituendo fundum pro eodem pretio quæ inter se non parum differunt.pactum.n. de retrouend nudum continet factum ita quòd emptor præcisè retrouendere non cogitur, sèd liberatur soluendo interesse.l.stipulationes non diuiduntur in versic.celsus.ff.de verb.obli.pactum verò de restituendo rem restituto pretio causam bonorum continet,i.dominij transferendi.patet,quia à tempore morę veniāt fructus,vt hic, & in l.in conuentionibus.ff.de verb.obli.& si restituendæ rei facultas adest præcisè ad restituendum compellitur, sicque merum factum non continet. quia tunc interesse veniret.l.si fundum certa die.ff.de verb.obl.ita late declarat Aret.in consi.6.Corn.in cons.4.col.2.lib.1.Soc.consi. 13 253.in 3.quæstione.† & dicit Aret.loco præalleg.ad fin. primi dubij, se credere dici posse ex intentione.l.nostræ. Quòd hoc casu ex oblatione pretij emptio, & venditio nulla de nouo nascatur, sed simpliciter ad rem agatur ex pacto in primo contractu apposito, quod patet, quia de actione ex empto nulla fit hic mētio, sed solum de actione ex vendi.& præscr.verbis quæ ex primo oriuntur contractu, quam considerationem confirmare posses ex dictis Deci.in consi.88.col.1.& 2.

14 Vides itaque† hunc tex.malè communiter intelligi,& allegari ad pactum de retrouen. quum loquatur in pacto de restituendo rem,& pretium, sic etiam loquitur tex.in d.c.ad nostram de emp.& vend.& in l.si vir.iuncta glo.in ver.transcriberet, quicquid ibi Ias.dicat de præscri.ver.

Est verum ꝙ plerią; volentes cōem sustinere dixerunt ꝙ quamuis verbum restituatur positū in istis iuribus restitutionem denotet,non tamē negatur quin huiuscemodi restitutio mediante retrouenditione fiat, nam omnis res per quascunque causas colligatur per easdem dissoluitur.

uitur.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.igitur quum obligatio restituendi mediante venditione sit nata,obligationis dissolutio mediante retrouenditione fieri debet.confirmatur quia lex ista sub titulo de pactis inter empto.& venditorem ponitur, inter quos rei iam venditæ simplex restitutio interuenire non solet, nisi alia venditione mediante.licet ergo pacti tenor, & verba restitutionem denotent, vt lex titulo suo seruiat de restitutione per venditionem intelligitur argumento gl. à simili instantis in c. potuit de locis.

Sed respondeo ad primum motiuum negando restitutioné talem fieri,ex retrovenditione,imò emptio,& venditio nulla de nouo nascitur,& simpliciter agitur ad restitutionem rei ex pacto posito,qd apparet,quia de actione ex empto hic mentio nulla sit, sed solum de actione ex vendito, & præscri.verb.quæ ex primo oriuntur contractu,vt subtiliter declarat Are.loco præalleg.

15 Nec obstat regula.d.l.nihil tã naturale, † quia etsi modus ille soluendi sit magis naturalis, tamen vt ibi dicit gl. non negat iurisconsultus etiam aliter fieri posse dissolutionem,quod patet in obligationibus quę per solutioné, acceptilationem, & confusionem tolluntur.& tamen no sic cotrahuntur. pariter venditio contraria alia venditione solui poterit. minusq; facit qd supra ad confirmationem dicebatur: quia lex ad titulum optimè facit de huiuscemodi pacto inter empt.& vend.celebrato an valeat, & cuius sit effectus, & dixi me non vidisse legem ciuilem

16 aut canonicam de tali pacto loquentem.nõ inficior† validum,& seruandum esse,quum nihil repugnet.l.tempore contractus.ĵ.eod.& §.si conueniat.l.primæ.ff. depos.vt dixi.s. imò minus appropinquat simulationi quàm pactum de restituendo rem restituto pretio, quum vendi. aliam præcessisse primum præsupponat, secundum verò non: quia nisi à me primo emeris nihil retrouendere nõ potes.Paul.de Castr.in consil.128.in causa mota col.4.in antiquis,Veronen.in præalle.tractatu in 13.præsumptione,& Corn.in cons.4.col.2.vol.1.dicens magis conuenire naturæ pignoris verba prædicti pacti quàm contractus venditionis seu pacti de retrouen. natura.n.pignoraticij contractus est absque nouo contractu rem pignoratam pretio soluto restitui. agitq; vt res directò restituatur ex ipso pignoratiuo contractu quia tacite inest.l.nec creditores cum seq.C.de pig.ac.l.si rem in §.omnis,& l.si pecuniam.ff.eo.tit.secus in pacto de retrouen. per sacram verò scripturam id pactum vt dixi permissum est.

Ex quibus inferri potest ꝙ si tale pactum de restituendo rem restituto pretio magis simulationi, & naturæ pignoratitij contractus accedit, quam faciat pactum de retrouen.validum,& seruãdum est, multo magis illud erit in pacto de retrouen.minus suspecto.quibus consequens est à fortiori tex.hunc, & prædicta in pacto de retrouen. procedere, probaturq; clare per authoritatem sacræ scripturæ in s.not.relatæ.

Nec est mirum si in casu istius legis virtute pacti fundus præcisè restituendus est,& in primum venditoré dominium transferendum,nam restituere† est retro statuere,i.in eum casum rem constituere in quo fuisset,si nihil

17 aduersus qd facienda est restitutio euenisset.l.1.C.de sen. pal.l.restituere la.1.& la 2.ff.de verb.obli. proprieq; restituimus quod accepimus.ideò stante statuto,†ꝙ sol.mat.

18 maritus tertiam parté dotis restituere debeat, reliquum lucretur, non de promissa, sed de data dote intelligetur sermo: quia verbum restituere non promissæ doti. sed actualiter datæ adaptatur, secundum Ange.in cons.158. incip.quidam nomine.P.verum quum restituere satis dicatur qui actionem remittit,remq; in eum casum constituit,ac si promissa nõ esset, vt ex prædictis patet opi.Ang. à doctoribus non recipitur, vt per Salv.in l.si constante. C.de dona.ante nup.& Iason rub.ff.sol.matr col.4.

Infertur ex prædictis ad aliam pulchrã, & vulenti quæ-

19 stio.† vtrum maritus qui aureos ducentos, exempli gratia recepisse confessus est pro dote vxoris suæ inclusis centum sibi tunc actualiter numeratis,eisdemq; loco, & tpe ac testibus præsentibus,non obstante confessione prædicta,à socero promissionem habuit, & obligationé aureorum centum intra certum tempus soluẽdorum,lucretur dimidiam partem prædictæ dotis, stãte statuto prout est in ciuitate nostra Vercellarum, ꝙ vxore sine liberis mortua vir lucretur dimidiam partem dotis datæ in denarijs vel possessionibus æstimatis vel inæstimatis. Vidi per celeberrimos Doctores consultum lucro mariti tantum cedere dimidiam partem numeratæ dotis, actualiterq; receptæ,non autem dimidiam partem illius summæ,quam confessus est recepisse socero postmodum in recognitio-

20 nem bonæ fidei promittente. † eo ꝙ statutũ loquens de dote data locum non habet in ꝓmissa seu confessata.l.assiduis, in verbo datæ cum gl.C.qui potior.in pig.hab.ponit Bar.in l.iubemus la.2.in §.sane vbi etiam Pau.de Cas. C.de sac.san.eccl.Corn.lib.1.in cons.254. Ias.in l.si donaturus.§.1.col.3.& sequenti.ff.de condi.ob causam, & in rub.ff.solu.matr.col.5.& in auth.res quæ.col.pen.C.communia de leg.& in §.fuerat char.vlti.insti.de actio. Campez.in tractatu de dote in vlti.parte quæstionis.14.& 15. Matheli.in suis no.sing.73.incip.not.ꝙ statutum,Bal.nouel.in tractatu de dote in 10. parte principali. Soc.in l.de diuisione.ff.solu.matri.& in consi.143.col.fi.lib.& Mod. Perus.in l.sicut autem col.fi.ff de re iud.quum.n.huiuscemodi statutum exorbitans sit, & contra communis iuris dispositionem, eius verba vere & stricte intelligẽda sunt, in dote data: ideò in promissa verificari non possunt,vel, vt loquuntur doct.confessata, nisi mulier vel dotans in mora foret, vt per præall.& Bar.in consi.statim allegãdo.

Ego oppositum consului. Mouebar quia ex quo dotis receptæ emanauit confessio, indeq; promissio sibi solutum vr,& non facta confessio sub spe futuræ numerationis sed sub spe futurę promissionis,qua subsecuta omnia impleta censentur,vnde nomen ipsum tanti æstimasse vr, & insolutum recepisse argumento.l.pretij causa. C.de rescin.vend.& concludit Bart.post antiquos in l.pen.in §.si vir.per illum tex.ff.sol.matr.quem sequuntur,& communiter approbant doc.vt ibi per Paul.de Cast.Imo.& Alex. idem consulentem, in secundo vol.cons.36.& Cor.consi. 52.lib.1.& Soci.consil.88.col.fi.vol.4. dicentem se in practica seruari sæpe vidisse opinionem Bar.& consequenter in casu prædictæ quæstionis non agitur de dote promissa,& confessata: sed de soluta,& recepta. Sicq; legi statutariæ conueniunt verba,Cur ergo non conueniet & legis dispositio per.l. ꝙ constitutũ.ff.de milit. testa.& §.toties cum Bart.l.4.ff.de dam.infect.hanc opinionem comprobabam eam esse de mente præallega.statu,ostendendo: quia præcise non exigit pecuniam pro dote marito datã numeratam, sed ꝙ sit marito in denarijs aut rebus æstimatis vel inæstimatis satisfactum. sed in casu prænarrato marito in re æstimata erat satisfactum qui nomen soceri in solutum recepit. ex mente igitur statuti dimidia pars

21 dotis prædictæ lucro mariti cedet.facit † ꝙ maritus in tali lucro dotis propter onera matrimonij onerosam causam habere dr.iuxta gl.l.si donaturus in verbo duntaxat. ff.de condi.ob cãm.& de tali lucro,vt de damno iudicandum est, vt per Dec.in conf.353.col.2.propterea in fauorem mariti faciẽda est interpretatio. Vlõnio pro ista opinione adducitur, nã paria sunt respectu restitutionis dotis eam fuisse receptam,vel socero acceptã subsecuta promissione prædicta tex. est in d.§.si vir, & ibi notant scri-

22 bentes † & est regula clara ꝙ vbi duo casus à.l. antiqua sunt æquiparati, dispositũ à statuto seu lege noua in vno, locum habet & in altero glo.in l.si quis seruo.C.de fur.& in l.hæres absens in §.1.ff.de iudi.etiam in materia correctoria, vt per Bart.in authen. sed quum testator. C.ad l. Falcidi.& ordinariè tradunt Aretin.& alij in l.2.de legat. primo.ergo dispositum à prædicto statuto in dote data, & recepta habebit locum in accepta quę quantum ad restitutionem

stitutionem receptæ, vt dixi æquiparatur. quum igitur ad restitutionem receptę pro dimidia tantum teneatur pari ter ad restitutionem acceptæ pro virili tantum tenebitur & secundum hanc opinionem videtur consuluisse Bar. in consi. 133. incipiente statuto ciuitatis Eugubij circa fi. ibi præterea hoc probatur, & ibi præterea confitendo duas rationes pro hac parte facit, & loquitur non considerata mora debitoris vt rationes demonstrat: licet in casu suæ consultationis adesset mora, & ibidem in præcedentibus vnam rationem adducit in moroso, tamen in sequentibus idē vult clare, etiam mora cessante: Allegata vero ad oppositum procedunt: & loquuntur in dote promissa, & confessata, hæc quæ dicimus in recepta.

Quarto noto ibi teque parato iunctis sequentibus ibi post oblatam sufficere oblationem debitæ quantitatis, vt 23 ex contractu possit venditor agere, † est ergo secundum Pau. de Ca. hic casus contra Bar. in l. acceptam. C. de vsur. vbi præter oblationem, consignationem, & depositum requirit, prout tenet etiam ibi Bal. in 5. quæstio.

Sed adhuc ac tex. responderi potest sic fuisse cōuentum vt oblatione facta fundus restitueretur: ita verba sonare videtur ibi intra certa tempora obtulissent restitueretur. lex ergo conuentionis talem operatur effectum pro Bal. tamen, & Pau. de Cast. vide text. in l. si per te. C. de vsur. Io. an. in addi. ad spec. in rub. de emp. & vend. col. 1. Alexan. in consil. 92. col. pen. lib. 1. Soz. in consi. 80. col. 3. & Ias. in l. si. ita quid in §. fcia. ff. de verb. oblig. & facta oblatione pretij ad fundum agi poterit, antea non obstante exceptione pretij non soluti l. Iul. §. offerri de act. empt. cum not. per Corn. in consi. 256. vol. 1. Deci. in consil. 119. col. 1. & Mod. Bonon. j. in 4. quæstione conclusione 4.

24 Vtrum verbalis, † sufficiat oblatio aut realis exigatur colligite ex dictis Ias. in l. qui Romæ in principi. in 2. not. de verbo. obligatio. & Mod. de fano in tracta. de pignor. fol. 44. cum sequentibus.

Quinto nota. ex text. ibi vt contractus fides seruetur, fi- 25 dem in quolibet contractu inesse quæ seruari debet, † vt etiam habetur in l. 1. ff. de consti. pecu. de clarando, vt per Fely. in c. secūdo vol. 6. ver. nec obst. de sponf. cum his quæ allegaui in l. si quis maior in 10. not. C. de transa.

26 Sexto noto † quod ex pacto incontinenti apposito lux ta contractum bonæ fidei oritur actio præscri. verbis. & antiqua ex contractu informatur, vt etiam ad id quod in pacto deuenit detur de quo. in le. petens. C. de pact. & in l. lecta. ff. si cert. peta.

Septimo noto ibi habita ratione eorum quæ post oblatam ex pacto q̄titate iunctis precedentibus, ꝙ in actione præs. uer. & sic stricti iuris tpe moræ habetur ratio fru 27 ctuum. † videtur refragari text. in l. cum fundus in princ. ff. si cer. pet. vbi accessiones in contractibus stricti iuris ve niunt à tempore litis cont. tantum. Salj. hic respond. istud esse quia petitur quod aliquando meum fuit, videamus. §. si actionem ff. de vsur. notant. Alex. Ias. & alij. in l. pacta que contra col. fin. supra. de pact. & hoc casu actio præscr. verb. habet naturā bonæ fidei secundum Alex. & Aquens. ibi idem dicit hic Bald. & reputat not. nec altera superflua est licet vtraque actio sit bonæ fidei, vt per Alex. in d. l. in bonæ fidei.

28 Octauo noto † ex fi. l. emptorem à tempore moræ, & sic post oblatum pretium ad restitutionem fructuum ex fundo restituendo perceptorū teneri: Adde Soz. in consi. 80. col. 3. lib. 3. & Io. de anna, in c. cōquestus col. 3. de vsur. vbi assignat rationem quia per pactum de retrouen. in venditorem ipso iure facta oblatione transfertur dominium per l. si cum venderet. ff. de pign. ac ideo pretij oblatione secuta emptor ex re aliena fructus dicit percipere merito illorum ratio habenda est. idē voluit. Pau. de Cal. in d. l. si cum venderet ad fi. cōmenti quę ratio parui momenti videtur esse. nam. ex tali pacto de retrouendendo oritur personalis actio tantum. Nec verum est ꝙ transferatur dominium vt in glo. dicetur, imò emptor non tenetur retrouendere. Melior igitur ratio est siue loquamur in pacto de retrouen. siue de restituendo fundum: quia peto quod aliquando meum fuit, & per actionem bonæ fidei. ideo vt in septimo not. diximus à tempore morę veniunt fructus intellige in emptore secus in hærede: nisi tempore oblationis de pacto de retrouen. fuisset facta fides, vt in quæstionib. dicetur.

Gl. 1. diuiditur in duas partes in 1. tex. in verbo lege interpretatur id est pacto, quod ex natura huius tit. & ex sequentibus satis consonat. Est etiam pactum inter partes 29 initum lex priuata † vt supra de pact. l. legem cum ibi no ta. per Iaso. & alios priuatorum enim contractus legem ex conuentione accipiunt, vt dicitur §. si conueniat leg. 1. ff. depos.

Ex secunda parte gloss. colligite quod pactum in hac. l. relatum non est pactum. l. commissoriæ, & sic facta pretij oblatione non transfertur dominium in primum venditorem sicut in pacto. l. commissorię, quod & tituli natura, & materia aperte ostendunt, quicquid dixerit Pau. de Cast. & sequaces per text. in l. si cum venderet. ff. depo. ad quædam inferentes de quibus. j. in quæstio.

30 Glo. 2. tenet expresionem hæredum hic fuisse † necessariam per l. si pactum. ff. de probat. quam Saly. intelligit loqui in conuentione, non in implemento conditionis, l. si decem cum petiero. ff. de verbo obligat. cui potest responderi vt ibi per Bart. & diximus supra in rationibus dubitandi, & decidendi.

Regulam autem. d. l. si pactum exornare poteris ac ex- 31 tendere † ex dictis per anchar. in consil. 319. & 327. Ang. in consil. 268. ex themate. in 5. dubio. Pau. de Ca. in consi. 282. col. fin. in antiquis Cor. in consi. 30. lib. 1. Soz. pulchrè in consi. 141. col. 2. Aret. in l. si sic stipulatus col. 4. cum sequēti ff. de verb. obliga. Ias. in l. si stichum in §. stipulatio. & in l. si sic stipulatus eo ti. Dec. in l. vnica in secundo not. C. quando non pet. par. & in consi. 262. Ripam libro ter tio de donat. & gra. c. 16.

32 Gl. in verbo dabitur colligit, † ex text. duas actiones ori ri ex pacto hic relato pluribus cōprobans: sed & si doct. simpliciter cum ea transeant, aduertendū tamen est quia ex tali pacto actio præscri. verbis solum oritur. l. in bonæ fidei. C. de pact. actio autem ex vendito non oritur ex pacto sed prima actio ex vendito competens informatur à pacto per quam informationem extēditur. vt ad id quod in pacto deuenit competat. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact. declarant Bart. & doct. in d. l. in bonæ fidei, & in 33 l. petens † & hæ actiones oriri dicuntur ex diuerso fonte. vt Bar. & Bal. supra. relati dixere, vt etiam declarant Signo rol. in consi. 140. col. 1. Cur. senior consi. 12. col. 1. & Ias. in l. si vir de præscriptis verbis.

34 Ex quo infertur quod actio bonæ fidei à pacto informata remanet bonę fidei etiā quo ad deducta in pacto: ita probatur hic secundum Bar. in d. §. quinimo. col. 3. Sozi. 80. col. 3. lib. 3. & galliaulam in repet. §. cato. col. 14. versicu. a. lit conclusio. & est realis declaratio quicquid dixerit Dec. in l. pacta quæ contra col. pen. & fi. supra, de pact. & quidam alij Mod. alibi.

Glo. in verbo oblatam exigit consignationem, & depositum per l. fi à te. j. eodem quæ vt declarat Pau. de Castr. supra in secunda col. non facit ad propositum, vt tetigi suprà in 4. notabili.

Gl. fin. pro concordantia citat l. si fundus de l. commil. quę parum facit. melius comprobatur in l. lege fundo. eo. 35 tit. † & licet hic text. dicat peruenerint habenda est tamē ratio fructuum quos honeste percipere potuisset, licet nō percepisset. tales enim fructus post moram veniunt leg. fructus. ff. de rei vēditio. leg. Curabit cum not. C. de actio. empto.

36 Deueniamus ad quæstiones † & 1. examinemus vtrum ille cui factum fuit pactum de retrouend. si nolit aut non possit redimere, facultatem redimendi alteri cedere possit ita quod cessionario, fieri debeat postmodū retrouen.

Ang.

Ang. post Petrum in l.ad officium.C. communi diui. determinant quod non: per nn.ibi per doc.de consorte, quod intra annum virtute consuetudinis vel statuti extraneo rē vēditam pro eodem pretio potest redimere, & tamen alteri ius redimendi prohibetur cedere, vt per Signorol.in consi.81.col.2.Rom.consi.484.Barb. consil.51. numero. 25.lib.1.Ruinum in consi.72.lib.1.Bru.in consi.80.col.pe.

57 Secundo pro opi. Ang.† facit tex.in l.si mulier,in §.ex asse ff.de iure dot.vbi ius fideicommissi alteri cedi non potest & tamen ad hæredem transmittitur.l.cogi.§.idē mecianus ff.ad treb.no.in l.apud Iul.in § vtrum eo.titu.ergo pariter ius istud redimendi non debet posse alteri cedi, licet ad heredem sit transmissibile. tertio comprobatur ex glo.ordinaria in l.cum fundum in verbo postcà.ff.de vi & & vi ar.volente ius recuperandi possessionem auctoritate propria spoliato competens, per viam cessionis trāsferri non posse argum.l.quis ergo casus.ff.de pecul. ita dicendum videtur in facultate redimendi rem vēditam quum sit contemplatione ipsius venditoris concessa,quod alteri non possit cedi.Ad idem & quarto facit text.cum not.in l.Gracchus.C.de adul. vbi ius vindicandi iniuriam marito per adulterum illatam cedi non potest nisi filio. Ergo nec istud ius redimendi tertio cedi poterit.

Sed contrarium est verius quod ius prædictum est cessibile primo,quia quod iuris est de aliquo,illud idem esse debet de alio per quod peruenitur ad illud.l.oratio.ff. de sponsa.l.ad rem mobilem.ff.de procur.cum vulg.sed venditor rem sub reschato venditam redimere, & extraneo postmodum vendere pōt: quia libera ad eum transit,ergo parisormiter ius redimendi cedere, per quod peruenitur ad redemptionem ipsius,vt voluit Pau.de Cast.in consi.j.allegando,faciunt quę ad regulam.d.l.oratio in materia pacti de retrouendendo scribit Paris. in consi.92.col. fi.lib.3.secundo per tex.§.fi.l.1.ff.de ope.no.nunc.vbi creditor habens ius ingrediendi debitoris fundum auctoritate propria,alteri potest id cedere,quum sit ius quod extra iudicium exrecetur vt ibi per Bart.Ergo similiter hæc facultas redimendi quæ extraiudicialiter exercetur, cedi poterit: pariter interdictum vnde cedi potest.§.Iulianus.l.qui si in diem.ff.de peti.hær.& rei vendicatio.l.2. vbi gl. & Bald.C.de litigo.ac tenuta,& missio in possessionem.l.fi.§.sinautem hi, vbi Saly.not.C.de bo.aucten.iudi. poss. Et officium iudicis Bal.in l.ex legato ad fi.C.de lega.victoriæque & sententiæ commoda cedi possunt.l. debitori.C. de pact. Bal.in consi.22.lib.2.dicens cessionem iuris executiui ex sententia puta fieri posse & cessionarium habere executionem paratam,quia tale est ius creditoris,quale obligatoris vt etiam per Aret.in .a.col.pe.ad fi.ff.si cer. pet.facit etiam text.l.si stipulatus fuerim cum ibi not. de verb.obli.& l.per diuersas C.man.

Quum igitur ex prædictis satis constet personalia iura cedi posse, cur non idem dicemus in iure redimendi quū personalis sit actio: vt per Alex.in consi.10.lib.1.& j.latius dicam.& hanc opin.tenuit Pau.de Cast.in consil.45. in antiquis Ias.in d.§.fin.col.3.Dec.consi. 164.circa fi.referens consilium Pau. prællegatum quod approbat & ex tollit comprobatq; Barba.in consi.51.col.18.vol.1. Alex. consi.228.& 232.volu.6. Ang.Aret.1.§.præterea el.2. col. 23.insti.de excep.Paris.in pręallega.consi.92.ad fin.Deci. consil.614.col.2.680.col.fin.& 648.& 543.vbi consuluit quod ille qui potest redimere, eodem modo redimenti consentire,sic enim per alium redemisse ipse videtur:

Non obstant in oppositum adducta. nam ad primum fundamentum Ange. in d.l.ad officium respondent Pau. & Barb.in consilijs prællega. alia ratione pactum reformari: nam fauore consortum dispositum est in extraneū rem alienari non posse,quæ dispositio offenderetur si ius redimendi extraneo cedi posset: quia à re ipsa excluderētur consortes quorum fauore constitutio facta fuit.hinc est,quod ius protomiseos,seu congrui non potest alteri non vicino cedi: quia ex coniunctione ipsa nascitur,nisi etiā res vicina,& coniuncta simul cedatur,& ea mediāte coniungatur cessionarius prout erat cedens secundum Bald. in tractatu de iure protomiseos,in 2.q.& Matth. de affli; in princ.ipsius constit.in vlt. no.quæ rationes cessant, in casu nostro & vbi predictum ius non viget.Ad secundum de §. ex asse,vbi ius fideic.cedi non potest, & si ad hæredem transmittatur quemadmodum & facultas eligendi in alternatiuis viuente stipulatore cedi nequit,ad hęredē tamen transit stipulatore ante electionem mortuo.l.si stipulatus fuerim.ff.de verbo. obli. & in actionibus directis quę ossibus nostris sunt affixę inseparabiles, & non cessibiles.l.quis ergo casus.ff.de pecul.glo.l.3.ff. pro socio, & tamen transeunt ad hæredem: quia eadem persona cum defuncto censetur,vt in authen.de iur.iur.à mor. præstitu.in princip.

Respondeo, quod alia est ratio.in §.ex asse, & si bene aduertatur ponitur ibi in tex.quia restitutio nō fieret secundum dispositionem testatoris si cedi posset.Item non fieret secūdum verba senatuscons. trebel.quod necessarium est vt actiones ex trebelliano transeant,vt per Alex.& Ias. in l. si stipulatus fuerim.ff.de verborum obligationibus. Item si cessio fieri posset, cogerentur creditores debitoris nomen mutare contra textum in l. si mandato meo in §.1.ff.manda.

Et ex dictis Alex.& Ias.in d.l.si stipulatus fuerim,& Ias. in l.si constante col.fi.ff.soluto matrimo.& Curt. Iunio in consi.4.col.3.solui potest dubitatio Bart.in d.§.ex asse, dum ait si fideicom.est transibile, ergo deberet etiam esse cessibile,contra hunc textū, non.n.bonum est argumen-

38 tum affirmatiue† tale quid est ad hæredē transmissibile, ergo cessibile, sed negatiuè procedit non est transmissibile, ergo nec cessibile,ita propriè arguit iuriscōsultus in l. si ex pluribus.ff.de administra.tut.ratio est. quia arguere de maiore & superiore ad minus & inferius,& sic negatiue licet.d.l.si ex pluribus, affirmatiue aūt non, quia non sunt paris potentiæ superius, & inferius s'm pręallega.& gl.not.in c.cum in cunctis, in principio de electione.

Iterum diligenter aduertendum est circa casum.d.§. ex asse quem doct. vbique singu.faciunt,vt per Bald. in c. nonnulli in col.6.de rescrip.Ias.in d.l.si stipul.fuerim col. 1.Ang.in l.apud Iul.in §.vtrum.ff.ad trebellia.quia in oppo.videtur text.in l.si seruo inuito.§.fi.ff.ad trebel. vbi gl.

39 oppo.firmauit.vult.n.† fideicom.posse cedi,vendi,& donari,idq; impunè fieri potest: ita Fulg.& Commens.relati approbatique per Iasonem in l.1.col.fin.C.de pac.& per schiben.communiter,vt dixi in l.fin.C.de pact.quia de rebus mortui agit,facit text.l.secundæ.C.de pact. & hęred. vel act.vend.per totum titu.

Hunc nodum soluit Ang.in d.§.vtrum dicens,quod in casu qui sibi contigerat ille cui per fideicommis. restitui debebat hæreditas, Iura omnia q̄ in hæreditate habebat vendidit,& in locum suum emptorem posuit. dicebatur non posse emptorem compellere hęredem ad adeundum nec si adierit ad restituēdum.d.§. ex asse. Recte allegatur dicebat Ang.si emptor sibi petijsset restitui. Ita quod ius fideicom.& omnis eius effectus in persona ipsius emptoris qui procurator est in rem suam initium sumeret. ita procedit.d.§.ex asse,quia ibi fideicommissarius alteri hęredē delegauit. & promisit hæres omne, & totum id quod fideicom.debebat,& sic necessario ius fideicom.initium sumebat in persona eius cui delegatio facta fuerat, tunc refragantur rationes ad illum tex.assignatę: sed si procurator in rem suam, & sic cessionarius peteret cogi hæredē adire,& hęreditatem restituere eius venditori ad vtilitatē tū ipsius cessionarij.prout dicit Ang.in quæsti.sua procederet libellus.sic intelligitur dict §.fi.l.seruo inuito,& §. ex asse quando per viam delegationis fieret iurium cessio. & sequuntur Imol.& Rapha.com.in d.§.fi.& Ale.in d.§. vtrum col.1.imo hoc voluit gl.d.§.ex asse.

Et si dicatur ante factam restitutio. fideicom. nullum ius habet fideicommissarius, ergo nihil videtur posse ipsi

cessiona-

cessionario cedere nisi ius cogendi, quod habet siue sit actio siue sit officium iudicis secundum no. in l. quia poterat. ff. ad trebellian, vnde posito quòd cessionarius petat fieri restitutionem fideicommissario, vt dicebat Ang. tamen præcedens cessio sibi facta nõ potuit ius transferre, quod nõdum habebat, videtur ergo necessaria noua cessio post factam sibi restitutionem. Responde secundum 40 Aquens. in d. §. vtrum etiam iura futura cedi posse. † iuxta ea quę habentur in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. & in l. 1. & fi. supra. de pact. & j. de collat. in l. pactum, & sic necesse est intelligere dictum Ang. & præalle. quandoq; verba cessionis respicerent etiam ius de futuro, vt quia cessum est ius competens, & quod in futurum cõpetere potest.

Inuenio etiã quod Cur. in l. 2. C. de pact. improbat prædictam declarationem Ange. & Alexan. per text. §. ex asse vbi ne mulier indotata remaneat ob nimiam subtilitaté, & facti necessitatem permittuntur agi eo modo quo præfati doct. dixerũt, ergo regulariter: secus ideò in quęstione facti se talem adhibuisse cautelam ait, quod cedens ius fideicom. per stipulationem sub pęna, refectioneq; damnorum expensarum, & interesse quod eueniente casu fideicommiss. ipse agat contra hæredem grauatum ad restitutionem fideicommis. & quicquid consequetur mihi dabit, & restituet.

Aduerte. t. in quantum dicti Mod. dicunt adueniente casu sentiunt fideicom. sub conditione relictum modo prædicto cedi posse, quod non procedit ita indistinctè sed prout dicã ad fi. præsentis quæstionis. & practica eorum est magis dispendiosa, & cum maiori difficultate quam Ang. Nec respondent ad casum. §. fi. l. seruo inuito.

Ad §. ex asse ab eisdem ponderatum per locum à speciali respondeo, ꝙ ibi muliere iubente hæres per viam delegationis promisit marito, quod mulieri ex causa fideicom. debebat, videbatur non posse actum subsistere propter delegationem quę in similibus fieri nequit, vt ibi d. decidit tamen ibi quòd valeat nõ via delegationis, sed vt fauore censeatur restitutum fideicommis. mulieri, & postea mulierem pro dote eam partem hęreditatis marito soluisse. istud est quod dicit tex. in illis verbis ea suo marito pro dote eã partem soluerit: quia ad eum fideicom. & eius onera pertinent. hoc modo consideratur specialitas per iurisconsultum in d. §. ex asse.

Dicunt etiam pręfati Mod. sicuti hæreditatem vendẽs adire cẽsetur, quum solo animo adeatur hęreditas. l. Paulus respon. per procuratorem. ff. de acquir. hęre. Quare similiter in §. ex asse ex quo hæres grauatus consentiebat, nõ inducitur restitutio fideicom. quę solo verbo fieri potest. l. restituta. ff. ad trebel. Respond. quod id est quia per viam delegationis eam restitutionẽ facere volebant quod vt ibidem dicitur est impossibile.

Postremò intellige prædicta de cessione, & transmis- 41 sione fideicom. puri † secus si esset sub conditione vel in diem incertum relictum vt per Iaso. in l. cum secundum col. 2. C. de fideic. Sozi. in l. hæredes mei in §. cum ita col. 3. cum seq. ff. ad trebel. Deci. in consil. 369. 397. 465. 476. 480. col. 3. 515. 574. & 593.

Ex quibus videtur quod perperam consuluerit Fulg. in consi. 101 fideicom. conditionale donari & cedi posse in præiudicium aliorum substitutorum. ipsorum enim interest conditionem aut mortem hæredis grauati expectare, vt si interea vnus substitutorum vel fideicommissariorum prædecederet alij per ius accrescẽdi admittantur ad partem prædefuncti. l. vnica §. sin autem versic. quod si in medio C. de cadu. tol. Bar. in consi. 53. Bal. & Imol. in l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. & Io. de anna. in cõsi. 102. col. fi. propterea ante conditionis euentum aut diem mortis hæredis grauati. quæ æquipollent. l. 1. ff. de condi. & demon. l. 4. ff. quando dies leg. vel fideicommis. ced. nõ videtur licere cessionem vel donationem talis fideicom. facere in pręiudicium alterius vt etiam probatur in l. vxorem in §. Scia maritum. ff. de lega. 3. Illud autem quod dicebat Fulgo s. posset procedere quando nullus alius esset substitutus aut fideicommissarius, de cuius præiudicio ageretur, vel quando viuo cedente ipsum fideicommis. fuisset purificatum. Et sic not. quòd licet possim vendere, cedere, aut donare fideicom. post mortem talis hæredis grauati mihi debitum vt supra. retuli velle Com. & Ias. tamen si taliter cedens decederet ante hęredem grauatum, cessio nullius esset momenti in pręiudicium hæredis grauati. d. leg. 1. de conditio. & demonst. & le. 4. quando dies lega. ced.

Ad tertium de gl. l. cum fundus in verbo posteà respon de quòd imò facultas illa ingrediendi possessionem auctoritate propria cedi potest: dummodo cessionarius ciuiliter ingrediatur, vt per Alexan. in d. §. fin. de not. oper. nun. col. 2. vbi. saluat opinionem Ioan. glossatoris alio casu. & respon. etiam ad l. Gracchus quam supra ad opp. allegaui de quibus tangit etiã Aquens. in repet. l. vt vim fol. penul. in versicu. succedat alia quæstio. Fel. in cap. quæ in ecclesiarum col. 3. & sequenti de constit. & Hyp. Bonon. in no. 175.

Limitaui aliàs prædictam communem conclusionem quando facta esset conuentio, ꝙ ipse venditor tantum, & 42 de sua pecunia posset redimere. † vt sępe obseruatur tunc enim cessio fieri non posset, sed conuentio seruãda esset. l. 1. §. si conueniat ff. depos. cum accumulatis per Deci. in consi. 312. col. fin. facit tex. in c. fi. in §. 1. de offic. delega. & Roma in consi. 484. Et tamen h. c casu tale ius filio cedi posset, vt voluerunt hic Moder. Bonon. quia & si electa sit industria personæ, actus tamen per filium explicari põt: ideo pater per filium substitutum legere potest, vt tradit Roman. in singula. 670. incip. ille cuius industria. Aretin. in l. nemo. ff. de duobus reis, Fely. in capitu. afferte col. fin. dę præsumpt. faciunt quę adducunt Alexan. & Aquens. in locis proximè allega. Aquens. in l. si ita quis in §. ea lege, col. 4. versic. item ex ista ff. de verb. oblig. & Deci. pulchrè in consi. 262. col. 2. & 3.

43 Secundo principaliter † quæro an pactum de retrouendendo seu redimendi facultas ad hæredem transeat glo. a. l. nostræ decidit ꝙ sic. sequuntur Bar. Bald. & communiter scriben. ac Bart. met. Ias. & alij, in l. si decem cum petiero. ff. de verb. obliga. consuluit Deci. in consi. 614. & 680. col. fi. & probari potest, quia cum hęredes instituti sumus adita hæreditate omnia quidem iura in nos trãseunt. l. cum hæredes. ff. de acqui. posses. & sic etiam ius redimẽdi. præterea facilius quid transmittitur quàm ceditur, vt in pręcedenti quęstione diximus, & declarat Cur. Iunior in cõs. 4. col. 4. sed ius redimendi, vt conclusum vidistis ceditur, ergo etiam transmittitur. Ex quo patet quòd in terminis nostræ l. hæredum expressio necessaria non fuit, factique contingentiam potiusquam iuris mysterium denotat.

44 Tertio quæro † vtrum quę dixi in trãsmissione locum habeant, quando inter emptorem & venditorem actum esset, ꝙ tantum ipse venditor intra tps præfixum posset redimere, vt ad redimendum hæres admitti debeat, videtur ꝙ sic, quia hęres & defunctus vna eademq; persona repu- 45 tantur. §. 1. in authen. de vir. iur. à mor. prælati. † per quem text. dicit Sozi. in consi. 193. præsens consultatio col. 1. ꝙ sermo testatoris dicitur proprius sermo hæredis, & ideo hæredi opponi non potest, quòd in instrumento non sit nominatus: quia nominato Titio eius hæres nominatus videtur Bald. in l. 1. col. 1. C. quorum legatorum & factum hæredis reputatur factum defuncti, Ang. in consi. 185. incip. Brun. vnde factum nomine defuncti per hęredem ratificari potest Bart. in l. bonorum. col. 2. ff. rem ratam habe. taxatiua tantum non excludat hæredem Bald. in l. fin. circa finem C. de actio. emp. dicens, ꝙ licet quis promiserit pro facto suo tantum, hæredis tamen cõtinetur factu: quia taxatiua extraneas personas non successores excludit l. stipulatio ista. in principio. ff. de verbo. obligat. facit. l. ob æs cum glo. C. de præd. minor. confirmatur: quia quum

pactum

pactum istud sit contra ius commune, satisque operetur respectu extraneorum intelligi debet ut minus quam sit possibile iuri communi derogetur argumen. l. si quãdo, C. de inoffi. & testamen. verba contra proferentem interpretari debẽt. l. veteribus. ff. de pactis. Et quia hoc modo reducitur res ad ius commune, quod est fauorabile iuxta gl. capitu. statutum in verbo numerandum de præben. in 6. & not. per Dec. in consi. 281.

Sed contrarium verius videtur per doctri. Bart. in l. quod

46 in futurum. §. 1. ff. de pact. † vbi vult taxatiuam, tãtum & similes operari, quod pactum in hæredem non trãsit per l. nisi eo. tit. & l. non solum in §. tale. ff. de lib. lega. vbi si testator dixerit à Titio solo peti nolo, poterit ab eius hærede peti, vt etiam tradit Bar. in l. si sic. col. 2. ff. de verb. obli. Et Mod. Papien. in principio l. vnicæ. ff. si quis ius dicent. non obtemperauerit, col. 2. sequentes doctrinam Barto. Aret. & Alex. quod taxatiua à partibus posita excludat personam hæredis per d. §. tale, quamuis è contrario si conuenerit heres se velle teneri tantum de facto suo, teneatur etiam de facto defuncti, cuius factum reputatur factum hæredis secundum veras & communes scribentium conclusiones, vt per Alex. & alios in d. l. stipulatio ista in principio, col. 2. Dec. in prælleg. consi. 281. & Aret. in l. hæres in omne. ff. de acquir. hæred.

Secundo principaliter pro concl. prædicta in terminis quæstionis supra formatæ pondero text. nostrum ibi siue ipsi, siue heredes eorum iunctis sequentibus, vult enim quod pronomen ipse ipsa ipsum sit demonstratiuum ad oculum. Et conuentionem per tale pronomen factam esse personalissimam: quia nisi additum in hac conuentione fuisset, siue hæredes eorum, hæredes non potuissent offerre, & redimere, sed tantum ipsi venditores nominati. Et quòd pronomen ipsum sit demonstratiuum ad òculum, & ideò conuentio vel prohibitio per tale pronomen facta sit personalissima consuluerunt Bal. lib. 5. in con. 304. incip. nobilis Gemi. consi. 108. col. 1. Cur. senior. consi. 50 col. 72. Ias. in §. diui, col. pen. vbi Rip. 27.

Simile de pronomine hoc, vt per illum tex. not. omnes doct. in l. 1. in princip. vbi Ias. in gl. 1. ff. de noui oper. nunciа. Dicendo ergo ipse venditor in quęstione prędicta apparet conuentionem personalissimam iniisse, ergo &c.

Allegata supra in contrarium locum habent, & procedunt considerata fictione, & quando non esset apposita taxatiua, qua apposita apparet de mente contrahentium restringentium conuentionem ad personas nominatas propterea illa non egreditur, facit. l. 3. cum ibi not. infra de liber. pręteri. gl. in l. si in venditione in si. ff. communia prædior. quod in contractibus inspicienda sit mens contrahentium cum multis accumulatis per Alex. in consil. 34. in fine lib. secund. Dec. in consi. 251. col. fi. 555. & 697. & Ias. in consi. 84. lib. 3. Item non procedunt, quando esset expressum in conuentione pronomen ipse personalissimam vt dixi conuentionem reddens.

Ad decisionem Bal. de taxatiua tantum non excludente personam hæredis, responde de iure non procedere, vt per Alexand. in l. stipulatio ista in primis col. ff. de verbo. oblig. & Are. in d. l. hæres vbi aliter respon. ad l. stipulatio ista, & maxime quando additum esset dictum pronomen ipsum personalitatem importans, tamen in contingentia facti tollendo omnem dubitationem fac mentionem de hærede includendo vel excludendo secundum intentionem contrahentium. prout fecerunt venditores in alienatione in l. nostra relata.

47 Quarta quęstio. † promisi sub certa pœna intra mẽsem cedere ibi ius redimendi fundum à me sub rechato alienatum hoc tempore absens es quid faciendum, Bal. in c. 1. de benefic. fratris in vsibus feud. quia culpæ expers sum pœnam me negat incurrere: maximè per nota. Innoc. in c. significante de pigno. dat tamen cautelam ad tollendum dubium, vt in manibus Tabellionis pro absente recipientis faciam cessionem prædicti iuris; & sequitur Alexand. in l. apud Iulia. in §. vtrum, colomn. 1. ff. ad trebellian.

48 Quinta succedit quæstio † cessi Titio absenti facultatẽ redimẽdi fundum sub l. rechati à me alienatum notario pro absenti stipulanti, aliter. n. inutilis foret cessio absque procuratore, nuncio, vel epistola, vt per Alex. in d. §. vtrũ: sed modo prędicto subsistit quum notarius absenti acquirere, & stipulari possit. l. non aliter ff. de adop. c. quamquã de vsur. in sexto. Bart. & alij in l. stipulatio. in §. si stipuler. ff. de verbo. obligationibus. Nunquid si moriatur absens alio non facto euanescat cessio prædicta. Videtur quòd sic quia stipulatio notarij nõ facit quòd absenti ius quæ-

49 ratur, † nisi sequuta ratificatione. vt tradit Pau. de Castr. in consi. 195. visis his in antiquis, & Dec. consi. 226. & 661. col. fin. vbi tamen post Bald. & alios dicit non esse locum pœnitentiæ vel reuocationi cessionis aut donationis. Si ergo redimẽdi labatur tempus, vel moriatur ille pro quo notarius est stipulatus ante ratificationẽ inutilis est cessio, Sed quando tempus redimendi nondum præterijsset, videtur ab hærede posse rem ratam haberi. qui quidẽ heres defuncti nomine factum ratificare potest, vt per Bar. in l. bonorum, col. 2. ff. rem ratam haberi. Sexto loco est excutienda quæstio antiqua, & totius præsentis materiæ

50 clauis & fundamentum. † An pactum de retrouendendo cum modicitate pretij rei emptæ faciat contractum simulatum censeri, & factum in fraudem vsurarum. Hoc est re vera contractum fuisse pignoratitium, in quo fructus non solum percepti: sed & qui percipi potuissent in sortem imputantur leg. 2. C. de pignor. actі. cap. primo de vsur. & c. cum contra cum glo. de pigno. sed in forma venditionis celebratum fuisse, vt sic lucro hẽtẽ ementis fructus cederent, vt per obliquum lex fraudaretur, adeò accerrimè inter doct. in hac quæstione certatum est, vt secundum Bart. veronen. in tractat. de simul. contract. columnn. 1. sexti casus quænam pars præualeret adhuc sub iudice esset lis.

Duæ sunt principales opiniones in isto artic. Prima quod duo sufficiant ad faciendum iudicari contractum pignoratitium, & in fraudẽ vsurarum factum. Pactum videlicet de retrouenden. & iniustitia seu modicitas pretij: altera requirit tertium adiacens, quòd emptor etiam sit solitus fœnerari. Quæ autem sit verior, aut communior haud facile dignoscitur secundum Cur. con. 4. lib. 1.

Pro opinione prima allegatur per doct. in 1. glo. in cap. conquestus circa finem de vsuris. quæ tamen loquitur in pacto de restituẽdo fundum, quod sicuti in superioribus diximus à pacto de retrouendẽdo non parum distat. hãc opinionem sequuntur Archid. Innoc. Hostiẽ. Ioan. anna. Ant. de But. Ioan. de Imo. Alber. de ro. Ant. de rosel. Ioan. de Castilione Episcopus Vicentinus, Signor Benedic. de plumbi s ulg. & septem alij Excellen. doc. quos refert. Bar. veron. in tract. de simula contractuum in sexto casu. vbi collegium Mediol. & pariter Papiense sic cõsuluisse testatur. Et dicit Alber. de Rosa in l. actione. C. plus val. quod agitur se coram magnis peritis, ita obtinuisse, ad hæret huic opinio. Christoph. de Castil. id consil. impresso post tract. malefic. Bonifacij Vital. hanc partem consuluendo amplexus est Alex. consil. 46. 3. volu. & 54. 6. volu. addens Bal. & Panor. ita tenuisse. Pro hac parte consuluit Barb. in consi. 51. lib. 1. & consi. 4. volu. 4. & idem tenuit in cap. ad nostram de emptio. & vendit. vbi latius Abba. col. fi. Ant. Burgos. in secundo casu, & Io. de anna. in ca. conquestus col. 3. attestanturque in prædictis locis, Imol. Alexand. & Barba. istam esse magis communem opinionem, idem facit Abba. in consi. 77. volum. primo, & Guido Papæ in questio. 416. dicens sic iudicari, & seruari vidisse, Idem consulere Bald. nouel. Iac. de puteo, & Lanc. & Dec. Iuris. Excellen. quorum consilia penes me sunt, & ita in ciuitate Ferrariæ se iudicasse refert ipse Puteus. exigunt tamen ipsi excessum notabilem in pretio, licet vltra dimidiem nõ sit, vt quia res valoris, & communis æstimationis scu-

torum

torum quatuorcentum, & quinquaginta, puta trecentis sit vendita, secus si quatuorcétum. Et prædictam opinionem sequitur Dec. in consi. 692. vbi refert, Imol. & Anto. de But. dicentes se legendo, & consulendo, ita semper tenuisse, sequitur Matth. de affli. in decisio. regni. 40. 65. & 339. vbi sic iudicatum testatur. idem tenet quidam Mod. Brixien. in cautela. 17. eandem opinionem tenuerunt cómunem asserentes Ambro vignate Taur. in repetitio. ca. salubriter, nume. 111. & 112. de vsur. quę est impressa Beltran. in consi. 88. 184. & 339. lib. 1. & 170. libr. 3. quam etiá partem non faciens de prædictis mentionem sequit̃ Cassiadorus sub tit. de vsur. in prima decisione, vbi attestatur magis communem & suo tempore obseruatam in curia Romana præsertim fauore animæ, eandem opinionem tanquam magis communem, sequitur Paritius consi. 55. libro primo, huic parti adhęret etiam Caieta. in summula in verbo vsura, dum tractat de vsura implicita, in quinto casu, secus esse dicens si super domo, vel agro constituatur census ad rationem de+tot pro centenario, iuxta morem patriæ eo pacto, ꝙ debitor à censu se liberare possit quoniam talis contractus per sedem Apostol. licitus sępe determinatus est. dicit ipse siue census iam esset constitutus, siue de nouo constituatur, quicquid dixerit Innocen. secundum Canon. & Theologos: quia non differt census iam institutus à censu hodie constituto, quando vterque est iustus. præsertim si fiat super re immobili: quia hoc est vendere aliquam eius partem pro indiuiso de quo contractu annui redditus, vide etiam Ancha. in consi. 30. Rapha. comen. consi. 181. plenius Ioan. de anna. in c. in ciuitate de vsur. summam Ange. in verbo vsur. §. 35. & 78. Ripam lib. 1. de legib. respon. 19.

Fundatur principaliter hęc opinio in dicto cap. ad nostram, & in cap. illo vos de pigno. vbi tale pactum. & pretij modicitas faciunt censeri contractum in fraudem vsurarum celebratum, & fructus in sortem imputari. Secundo quia in fauorem animæ pars hęc tendit, ideò in dubio tenenda. c. iuuenis de spons. clem. exiui in §. item quia de verbo. signi. Tertio quia non est ibi vera emptio sed mutuum sub dictis contractibus palliatum, patet quia longe minoris emit quàm esset iustum ꝑtium. Quartò propter auctoritatem gl. & collegiorum de quibus supra. quę magna est. vt per Barba. in consil. præallega. & Franc. de curte in consi. 56. col. 3.

Ex prædictis capiat consilium amicus volens alienare cum pacto de retrouẽdendo vt pro eodem pretio retrouenditionem fieri paciscatur.

Et alium not. effectũ ex hoc resultantem ꝙ potius sit pactum de retrouendẽdo pro eodẽ pretio, quàm simpliciter factum ponit Soz. post Comẽ. in d. l. qui Romę. in princi. in vlt. col. vides modo nihil iam difficile esse quin quærendo inuestigari possit, vt dicebat Terentius.

Decimò quæro in vlt. not. dixi fructus ex fundo retrouendendo perceptos post factam oblationem pretij esse 98 restituẽdos. † an idem sit in hærede illius qui tenebatur retrouendere, vt post oblationẽ pretij ad restitutionem ipsorũ fructuum teneatur? quũ hæres & defunctus vna & eadem censeantur persona, vt in auth. de iu. iur. à mor. præst. in principio, & ex persona successoris obligationis conditio variari non debeat. l. 2. §. ex his. ff. de verbo obli. videbatur ꝙ sic.

Sed contrarium verius est nisi de eodem pacto simul fides facta esset: quia hæres eorum quę defunctus egit iustam habet ignorãtiæ causam. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ideo non tenetur retrouendere, & consequenter fructus restituere, nisi vt dixi, facta etiam sibi fuisset fides de dicto pacto per instrumentum vel testes. nam tunc in mala fide constitueretur, & ad restitutionem fructuum teneretur arg. tex. not. cum ibi not. per Bar. in l. si quis inficiatus. ff. deposi. ita alias obtinui, faciũt quæ scribit Cur. iunior. in consi. 208. col. 2.

99 Pro ornamento aũt & declaratione † tex. d. l. si quis inficiatus cũ doctrina Bar. vide Fel. in c. exceptionem. col. pe. de excep. in c. fin. col. 4. in princip. de calũ. in c. pastoralis ad fi. de iud. in c. cũ contingat. col. antep. de rescrip. Ale. in l. de pupillo in §. qui procuratorio. ff. de nou. ope. nũ. ubi eleganter Ias. super verbo cognouerit, & in l. ꝙ te col. pen. ff. si cer. pet. Curs. in singul. in verbo procurator. Aquens. in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 5. ff. de acquir. poss. Deci. in consi. 241. col. fi. est igitur cautela vt cũ obatione pretij exhibeas pariter instrumentum pacti de retrouen. vel testes qui illi interfuerunt vt hęres se excusare nequeat, verum constituatur in mala fide, & ad fructuum restitutionem statim obligetur.

100 Vndecima vtilis, & quotidiana quæstio se offert, † vẽditor cui factũ fuerat pactũ de retrouendendo intra aliquot annos, in fine vnius anni messium aut vindemiarũ tpe pleno fundo retrouenditionem sibi fieri requirit pretium offerens, vtrũ oẽs fructus ꝑdij cõsequitur? hic text. videtur innuere ꝙ sic, dũ fructus post pretij oblationem dicit restitui debere. emptio. n. videtur esse perfecta quũ per emptorem Rapha. Comen, in l. qui Romæ in principio. in ult. col. ff. de uerb. obl. & in l. fi. in principio. ff. de iure fisci formans questiones determinauit diuisionem fructuum inter emptorem, & uẽditorem pro rata temporis fieri debere, per ea quæ in simili dicuntur in l. de diuisione, & in l. diuortio. ff. sol. matri. Alex. in d. l. qui Romæ in principio licet fateatur opin. Comensis æquitatem sapere, à ueritate tamen alienam dicit, motus fundamento, quod omnibus posterioribus neruum habere usum fuit: fructus enim tam pendentes quã futuri ratione dominij semper ad emptorem spectant. l. fructus pendẽtes. ff. de rei uendic. & l. Iulianus in. §. si fructibus. ff. de actio.

emptio tradit Roms.in consi.306.& Aret.in consi. 106. incip.longa.in 5.dub. ergo in quæstione nostra post emptionem vel postquã facta obligatione stat per emptorẽ quin emptio,& vẽditio pro perfecta habeatur,ad emptorem fructus spectare debent,nec dispositio.l.diuortio ad casum nostrum adaptari põt, quia ibi fructus etiam percepti in præteritum diuidi debent pro rata tpis vt dr̃ in d.l.diuisione cum ll.sequentibus, & per consequens patet dispõnem illius.l. diuortio ad terminos qõnis nostræ trahi non posse,& rõnem assignat, quia fructus dotis debẽt esse mariti pro oneribus matrimonij.l.pro oneribus. C.de iure dot.nimirum si ibi fit illa diuisio pro rata tẽporis, & oneris, sed in qõne nostra vt dixi iure dominij ad emptorem spectant,ideò non debet attendi neque cõsiderari pro quãta parte tpis dñs sit, vt hic & in l.fructibus ff.de vsur.Eandem opi.contra Rapha.Comẽ.inuenio tenere Io.Gral.in d.l.diuortio.per legem nostram.nec emptorẽ dici ex hoc decipi,quia sciuit vel scire debuit hoc, euenire posse,ꝙ in fine anni emptor prędiũ redimeret, arg.l.si quis in §.1.ff.loca. & pro hoc adducit etiã text. in princi.l.si fundus versi.sed quod ait cum gl.ff.de l.cõmis. arguendo à cessante ratione ibi vigente, quia s. venditor perdit partem pretij soluti. ideò habet partem fructuũ, sed hic emptor non perdit pretium, quum offeratur sibi,ergo partem fructuum non habebit Sozi.& Ias. in d.l. qui Romæ in principio in vlti.col.sequũtur opi.Rapha. vt ęquiorem, & tutiorem vt pro rata temporis fructus diuidãtur argu.d.l.diuortio,& eius quod ibi in pe.col.scribit Bar.dicens aliud in dote aliud in vẽditione.d.§.si fructibus,quia venditio fit ex voluntate, dotis restitutio ex necessitate.sentit igitur ꝙ si vẽditio ex necessitate fieret prout in casu nostro idem esset quod in dote statuitur in d.l.diuortio ad rationem,& fundamentum Alex. respondet ibi Soz.& simpliciter sequũtur hic.Mod.Bono.q.16. & clarius Ias.in d.l.qui Romæ ad fi.principij ꝙ ratio Ale. procedit quo ad fructus iã perceptos, nos loquimur in pendentibus,vbi æquum est fieri illam diuisionem ad ratã temporis Sed istã non tollunt fundamẽtum Alex.quia illa diuisio fit ratione onerum matrimonij, vt quatenus supportãtur,eatenus maritus sentiat lucrum fructuum, sed in qustione nostra lucrum fructuum à dominio causat, ideò post pretij oblationem ad offerentẽ indistinctè pertinere debet, nec ad legem nostram & ad alia supra in contrarium allegata præfati respondent.

Ego ab opi.Raph comen.ęqua,rationabili,& per scriben.prædictos approbata nõ puto recedendum, illamq; obseruari sępe vidi,& omnis ęquitas suggerit etiam si iure aperto nõ caueretur,vt in simili dicit iurisconsultus in l.in summa in §.quanquàm.ff.de aqua plu.arcen. iniquũ enim foret vẽditorem qui pretio rei toto fere anno vsus fuit posse in fine anni fructibus maturis oblato pretio rẽ cum omnibus fructibus consequi, sicq; in effectu pretio rei,& fructibus eiusdem rei simul frui,& gaudere contra tex.in l.si sterilis in §.cum per vend.ff.de actio. emp.emptor verò & pretio careret, & re priuaretur, sicq; cum iactura proximi locupletaretur vẽditor cõtra tex.l. nã hoc natura.ff.de cond. inde.idcirco æqua, & sancta fuit cõsideratio Comen. ꝙ fructuum diuisio ad ratam tpis fieri debeat exempli gratia,si à tempore cõtractus,& pacti de retrouendendo vsq; ad tempus obligationis pretij lapsi sint menses octo fructuũ cõmoditas sic diuidi debeat, ꝙ duas partes habeat emptor, qui duabus anni partibus pretio rei caruit,tertia verò pars redimenti seu redimere volenti oblato pretio spectet, & pertineat, & adhuc clarius procederet dicta cõclusio in ciuitate nostra Vercellarum propter statutum ipsius ciuitatis positum sub rubri.de rebus alien.recupe.lib.2.

Ad rationem Alex. de dominio causare debente fructuum acquisitionem,responde ratione absurditatis euitandæ, ne re & pretio rei simul, & semel volens redimere fruatur, non procedere hoc casu conclusionem Alex. cum eius ratione,verum pro rata temporis, vt diximus fieri diuisionem fructuum.

Ad rationem sumptam ex.§.1.l.si qui domum respõde venditionem quocunque anni tempore posse redimere,Idq; emptorem scire potuisse, & debuisse,sed fructuũ cõmoditatem pro rata temporis diuidi debere, & id ẽt sciuisse,aut scire emptorem debuisse.l. leges sacratissimę. C.de legibus,ad.l. si fundus in versi.sed ꝙ ait de l. cõmis. arguendo à ratione cessante responde ꝙ quum ex facto emptoris non soluentis reliquum pretij intra statutum diẽ inempta efficiatur res,vt ibi in princi.l.dicitur de rigore iuris fructus restituendi fuisset, sed ex benignitate, & humanitate, quia perdidit partem pretij soluti,statutum fuit omnes fructus perceptos non partem fructuũ, vt in arg.dicebatur emptoris lucro cedere.

Sed in quæstione nostra res non efficitur inempta,sed retronẽditur, & quum pro parte temporis iustum dominium pęnes emptorem fuerit,etiam fructuum commoditas pro ea parte iustè erit,maximè quum facultas resoluendi cõtractum collata esset in venditoris potestatem. Cui est qđ imputari posit cur in prin. anni nõ venerit, sed in fine anni expectauerit,& illotis manibus (vt aiũt) ad mensam paratam accesserit.faciunt quę dixi supra in s.no.quinimò versi.ille.Sed quod ait.põt ad oppositum retorqueri,vt quemadmodum ibi emptor fructus lucratur ex ęquitate, & humanitate quadam, ita hic pariter ex eadem æquitate,& humanitate pro rata tpis quo pretio rei caruit,& penes aduersariũ fuit fructus lucrari debet.ad.l.nostram rñde ꝙ procedit qñ congruo tpe, & sic in princ.anni fit oblatio,secus in fine,quia erit tunc faciẽda fructuum diuisio per prædicta vel aliter ꝙ habẽda est ratio fructũ ex fundo perceptorũ qui ad emptorẽ peruenerunt post factam oblationem, vt.s. modo prædicto diuisio fiat,& pro rata tpis fructus restituantur, vt maximè quum fructus dicantur percepti non solum tpe quo colliguntur, sed etiam toto tpe quo curãtur, ideo eorũ ratio habenda est vt probat.tex.not.in d.l.diuortio in §. non solum & tradit Soz.in d.l.qui Romę in princi.in vlt. col.& consequenter post factam oblationem maiori parte anni transacta,emptor censetur fructus percipere solummodò ab eo tempore vsque ad finem anni pro rata dicti temporis:alios percepisse cẽsetur pro tempore præcedẽte oblationem,ita vt rectè dici posit haberi rationẽ fructuum ex fundo perceptorum post oblatam quantitatem debitam facta diuisione fructuum modo predicto.

Vidimus tamẽ plerumque contrahentes pacisci ꝙ retrouenditio fieri debeat tantum intra festum S.Martini, & natiuitatis Christi quo tẽpore recollecti sunt fructus, & ratione dominij, vt diximus, emptoris effecti, quo casu de fructuum diuisione non est disputandum, sed emptoris in solidum sunt.

Quinimò si nulla facta esset pactio, & collectis fructibus venditor rem redimere vellet,de commodo fructuũ nihil sentiret. statim enim ꝙ emptor eos percepit suos fecit,dummodo ante retrouenditionem, & moram percipiat vt post Alex.voluere Soz.& Ias.in principio. d. l. qui Romæ in vlt.col.

Ex quibus infero non procedere decisionem relatam per Guidonẽ Papæ in quæstio.271.ꝙ si super domo mea certum censum constituerim singulis annis in festo omnium Sanctorum soluendum,intra annos.50.redimendi facultate concessa, an per mensem ante dictum festum posim censum redimere, ita quòd ad eius solutionem pro termino tunc proximo non tenear, & me teneri determinat per dict. l. qui Romæ in principio quamuis secus dicat esse de consuetudine delphinatus patriæ, ergo diuisionem census pro rata tẽporis fieri debere per prædicta dico.

Sed qñ grauatus restituere hæreditatẽ sub conditione decessit,fructibus nondum perceptis, à soloque separatis pertinent ad fideicõmissarium insolidum pro partibus

bonorum

bonorum eidem ſpectantium, quia fundi pars eſſe cenſentur, intelligendo de parte dominicali, ſcilicet vt ꝑ Iaſ. in conſil. a 31. col. fi, vol. 2. & habui pride in facto,

101 Sed pone † emptorem locaſſe fundum aureis centũ, exẽpli gratia, ſingulis annis ſoluẽdis in principio cuiuſlibet anni, & recepta pẽſione per emptorem rem redimiſſe vẽditorem, vtrum tota penſio cedet eius lucro ex quo iam illam percepit, aut modo prędicto fiet diuiſio, vt hic pro rata temporis illam reſtituere teneatur? ex præcedentibus videtur diuiſionem nullam fieri debere, verum totam penſionem ad vẽditorem ſpectare, quum iam illam perceperit vt de fructibus proximè dictum eſt.

Ad oppo. facit quia in recompenſationem vſus rei pẽſio ſoluitur, & ideo in fine debeẽ anni. l. ęde in verbo verſata. C. loca. Bar. in l. habitationis. ff. de vſuf. lega. Deci. in l. diẽ functo. col. fi. ff. de offi. aſſeſſ. ſi ergo in princi. anni ꝑcepit pręmaturè, & nimis propere percepit, ergo ad reſtitutionem tenebaẽ, maximè, vt malitijs, & fraudibus occurratur iuxta l. in fundo. ff. de rei vend. facit quod. ĵ. dicã de colligente fructus præcoces ante retrouenditionẽ, ꝙ redimenti tenetur, niſi in princ. anni de conſuetudine ſolueretur penſio, argumento no. per Lanc. Deci in d. l. habitationis in fine, tunc. n. propter cõſuetudinem licitè penſionem percepiſſe videretur, & conſequenter ſuos feciſſe fructus arg. l. ꝙ ſi nolit in §. qui aſſidua. ff. de ędil. edic. & l. fi. C. fideiuſ. cum accumulatis per Iaſ. in l. liberis col. 2. C. de collat. & Fel. in c. 1. col. 6. vbi Dec. 14. de probat. niſi dicas ꝙ & ſi penſionẽ licitè ĩ principio anni ꝑꝑ conſuetudinem perceperit, attamẽ quia ſoluitur in recõpenſationem vſus rei quæ reſtituitur venditori pariter pro rata temporis penſio reſtitui debeat, ad quod facit tex. in l. ſi filioſa. in §. ſi vir. ff. ſolu. matr. & hęc pars preſefert æquitatem. Duodecimò quæritur.

102 † Duo rẽ cõem mihi vendiderũt quibus rẽ ipſam intra certũ tempus retrouendere promiſi, vnus partẽ ſuam vellet redimere, & partem pretij offert, an partem illi debitam retrouenderę compellar? Bar. in l. ſi quis aliam in fi. ff. de ſol. & in l. cui vſuſr. ff. de vſufr. leg. & in cõſi. 195. Angellotus in partẽ negatiuã inclinat & ſcriben. cõiter ſequuntur, vt per Pau. de Caſt. in l. ſi quis aliam. Fab. in tract. de emp. & ven. q. 7. principali col. 1. Lanc. Deci. in d. l. cui vſuf. Pau. de Caſt. in conſi. 343. incip. in hoc paſſu. in antiquis Are. in cõſi. 130. incip. conſuluiſsime domine Collateralis, Soz. conſi. 16, volu. 4. Iaſ. in l. ſtip. nõ diuiduntur col. 13. cũ ſeq. ff. de verb. obli. Deci. in l. eius in §. quas verò ad fi. 1. col. ff. ſi cer. pet. Reſciſsio. n. hmói contractus cenſetur actus indiuiduus, qm̃ facta pro parte non affert tantam vtilitatem emptori ſicuti facta in totum ex quo rem pro parte veriſimiliter non fuiſſet empturus. l. ꝙ aũt. §. fi. cũ. ll. ſequentibus ff. de in diẽ addic. & d. l. ſi quis aliã ſcd'm Bar. ſubtiliter. loquentẽ, vt in loco ꝑalle. Aret. dicit.

Item quia incideret quis inuitus, in cõionem qđ abſurdum reputatur. l. ſi nõ ſortem. in §. centum cũ ibi no. ff. de cond. inde. & in l. ſi fundus ille. ff. de cõtrah. emp. tertiò quia obligatio retrouendendi indiuidua dicitur quũ contineat rẽ tradi. l. 1. & l. ex empto. ff. de act. emp. quod eſt indiuiduũ d. l. ſtip. non diuidutur. ti adit pulchrè Soz. in cõſ. 253. in 4. difficultate lib. 2. & Cur. iunior. cõſi. 174.

Contrariæ opinionis fuit Ruinus in §. Cato. in lectu. 2. oppo. Bar. primò per. tex. l. vxorem. in §. agri plagã. ff. de leg. 3 vbi ſi teſtator voluit hæredem duobus vendere vno tm̃ volente partem ſibi relictam emere, hæres vendere compellitur, licet alter nõ curet aut velit aliam partem emere, & ſic inuitus incidit in cõmunionem & iſtũ tex. pro hac parte adducit etiam Iaſ. in. d. l. ſtip. non diuiduntur loco prælleg. ſecundò quia promittens duobus vendere. ad hunc contractum ſimpliciter faciendum eſt obligatus ſicq; ad factum quum contractus ſint facti. l. conſilio in fi. ff. de cur. furioſi. quæ quidem facta & ſic cõtractus ab initio ſunt diuidui. l. locus. ff. de cõtrahẽ. emp. & declarat pulchrè Bar. in d. l. ſtip. non diuiduntur. in ſexta oppoſitio. promittens ergo duobus retrouendere debet cenſeri vnicuique pro parte promiſiſſe argum. l. reos §. cum in tabulis. ff. de duobus reis & per conſequens obligatio tradendi ex quo ſumus in ipſo contractu debet diuidua cenſeri.

Ad primam rationem cum ibi adductis reſponde procedere poſt contractum, ſed ab initio, vt in ipſo contractu talis obligatio vt dixi diuidua eſt. ideò cuique ꝓ parte retrouendere promiſiſſe cenſetur. Nec obſtat ꝙ tantã vtilitatem non afferat &c. hoc enim negatur, nam ex parte emptoris tãtam affert vtilitatem vt clarũ eſt, quia volens emere ſolummodò eam partem habere poteſt, ſiue ſolus ſiue etiam alter partem ſuam redimere velit. Ex latere venditoris pariter, quia pretij partem habet ſecundum Ruinum in d. §. Cato, neque refragatur. ꝙ non fuiſſet partem empturus, quia ſibi eſt imputandũ ſi duobus ſe aſtrinxerit vendere, & ſic cuique pro parte ſe obligauit. Quæ ratio ceſſat in d. l. ſi quis aliam, quum nihil ſit quod emptori imputari ibi poſsit, & per hoc eſt reſponſum ad argum. de communione euitanda, quia ſibi imputatur ſi facto ſuo in communionem incidit. Ad vltimum obligatione rem tradi, ex prædictis patet ſolutio, quum enim non ſimus poſt contractum ſed ab initio debet diuidua cenſeri, quinimò ſi vẽditor dominus fuerit, retrouendere continet rem dari. l. quum manu ſata. §. fi. ff. de contrahen. emp. quæ eſt diuidua, & ſic facere hoc caſu contra Bar. & alios.

Non eſt tamen à receptiori opinione, & ſententia recedendum, quam ſequitur idem Ruinus in d. l. ſtip. non diuiduntur. colum. 10. cum ſequen. per rationes Bar. quia ſi dimidiam partem fundi vendere cogeretur per medietatem pretij remaneret poſtmodum ibi altera dimidia, quæ non tantum valeret, pro parte, quantum valet vnita cum toto, ſicque verum eſt dicere, ꝙ non affert tantam vtilitatem in parte reſpectu partis, quantam in toto reſpectu totius, quo caſu venditio dicitur indiuidua ex intentione contrahentium quod eſſe poteſt ſecũdum Bar. in §. illud. l. Græcè. ff. de fideiuſſor. Ad. §. agri plagam reſpon. Ruin. in d. §. Dato ex mente Bart. in prælleg. conſi. 195. illud locum habere in vltimis voluntatibus vbi hoc non conſideratur, quia communiter hæres tractat de lucro, ſecus in contractibus, vbi contrahentes illud veriſimiliter nõ feciſſent, quæ ſolutio confunditur per doctrinam eiuſdem Bar. in d. §. agri plagam in fine. vbi dicit ꝙ ſi eſſet hæres damnatus fundum pro. 10 vendere, non cogeretur partem vendere ꝓ quinque, quia ſua intereſt totum vendere per iura prællega. ideò Barto. ibi. illum tex. aliam ſolutionem ponit, quam ſequitur Ruinus in d. l. ſtipulationes non diuiduntur videlicet, hæres damnatus erat vendere non pretio, puta pro decem, ſed pretio indeterminato arbitratu boni viri ſcilicet, ideò vno tm̃ volente partem emere venderur cariori pretio, & tantũ conſequenter de illa parte ſeparatim vendita, quantum ſi ſimul eſſet vendita cum reliquo, & ſic præſeruabitur vendens indemnis, quia pars eius æſtimabitur minus valere q̃ ſi cum toto vnita foret, illudque reſarciet emptor alterius partis, qui pluris emit partem, quàm emeretur ſimul vnita cum reliquo, & conſequenter tantam vtilitatem affert in parte reſpectu partis quantam in toto reſpectu totius. Ex quibus infert limitatio ad communem concluſionem, vt procedat quando pro eodem pretio duobus retrouendere promiſit, ſecus ſi ſimpliciter non determinato pretio, ſecundum Ruin. ibidem. quia partem vendere tunc cogeretur ſed cariori pretio venderetur ita vt indemnis remaneat quod videtur cõtra tex. d. l. ſi quis aliam. in ratione ꝙ non accepiſſet fundum niſi integrũ, & text. §. agri plagam loquitur vbi tales emptionis contractus nõ præceſsit, & ex mente teſtatoris ac fauore vltimæ voluntatis legatariorum quilibet ad eius partem admitti debet facta ſolutione partis boni viri arbitratu vt ibi in principio dicitur.

Considerandum tamen est ꝙ si emptor duobus vēditoribus retrouendere promitteret & cuilibet pro parte id facere, sine dubio teneret quia in claris nō est opus cōiecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obl. c. euidentia de accusat. cum accumulatis per Dec. in c. intimasti. col. 1. de appella. siue certo siue indeterminato pretio: hoc n̄ vltimo casu res ęstimari deberet q̄tum valet tota simul, nō q̄tum valet pars dimidia, quia plerunque medietatis rei pretiū maius erit, si res tota simul fuerit æstimata, q̄ si pars illa separatim estimaret vt probat tex. in l. Meuius. §. fi. ff. fam. her. gl. & Bar. in d. l. 1. C. cōi diuid. & Fel. in c. cū causa col. fin. versi. item adde ꝙ qn̄ extra de testi. habens tamen ius prothomiseos seu cōgrui potest ex pluribus rebus simul venditis vicinā sibi tantummodò rem emere, nec cogitur alias res simul venditas emere, & in hoc iuri cōi derogatur Bal. in tract. prothomiseos in pen. quęstio. & latius ibidem Matth. de Afflict. in §. scriptum est.

103 Decimotertiò quæro † si in casu pręcedētis quæstionis alter ex contrahentibus integrum pretiū emptori restituere velit, an retrouendere ei rē teneatur. Pau. de Ca. in d. l. si quis aliam. tenet ꝙ nō, quia dicet emptor obligatus non sum nisi ambo veniatis, nec alter de iure alterius impedire se debet, qui & si in præsentia eius partem redimere non curet in futurum forsitan id faciet. l. debitori. C. de fideicom. lib. vnde alter alterius ius sine voluntate sua occupare non debet.

Secundò in isto iure indiuiduo, prout est rem tradi. d. l. stipulationes non diuiduntur. vnus sine alio non admittitur ad petendum solidūm. l. secunda. §. ex his. ff. de verbo. obligat. nisi ergo omnibus consentientibus; non cogeretur emptor rem retrouendere secundum Soz. in consi. infra allegando.

Tertiò facit secundum Mod. Medi. in d. §. Cato. in secunda opposi. Bar. quia si cōsideramus personas agentiū eis ad dandum competit actio, & sic ad transferendū dominium. l. fi. ff. de cōdi. ob causam, nam si dicimur agi ad tradendum requireretur ꝙ suam allegarent turpitudinē alienam rem scilicet vēdidisset obligatio autem dandi diuidua est. l. secunda in princi. cum gl. in verbo viam. ff. de verb. obli. non potest ergo vnus totum petere nisi à socio mandatum haberet, & communi nomen peteret argumento tex. no. in l. duo fratres in fi. ff. de acquir. hęred. dicentis quē cauere debere ne qua in re plus sua parte dominationem interponat, socius enim nō dicitur haberē mandatum à socio ad faciendum etiam quę societati vtilia sunt. l. aliena. §. 1. ff. de neg. gest. l. 2. C. de cōsor. eiusdem litis. l. proprium. ff. communia prædiorum tradunt Alex. Ias. in l. de pupillo in §. plurium. ff. de nou. oper. nun.

Oppositum tenuerunt Fulgo. in l. ꝙ si nolit in §. idem Marcellus. ff. de ædil. edic. Pau. de Cast. sibi contrarius in l. ꝙ autem in fi. cum ll. sequētibus. ff. de in diem addic. & in consi. 343. incipi. in hoc passu in antiquis, Soz. in l. 1. in §. sed quoties. ff. ad Trebel. & in consi. 16. col. 4. Firmia. in repertorio in verbo obligatus, nu. 125. referens solennē doctorem Obertū de Crema idem tenuisse, sequuntur hāc partem simpliciter hic Mod. Bonon. q. 20. & Ias. in d. l. stipulationes non diuiduntur col. 13. cum seq. Ioā. Cro. in §. Cato. vbi latius Hormanotius col. 41. consuluit pro ista parte Ruinus, & obtinuit Bononiæ prout ipse testatus est, & ita ēt ego consului, & sæpe ita consultū vidi posse vnū fundū petere, & totū redimere toto pretio oblato, quia obligatio retrouendendi continet obligationem rē tradi vt in princi. 12. quæstionis dixi quæ diuidua est. l. stipul. nō diuiduntur in principio pulchrè ponit Sozi. in consi. 253. in 4. difficultate, adeò ꝙ vnicuiq; in solidum agēdi ius cōpetit vt declarat Pau. de Cast. in cōsi. ꝑall. col. fi. secundò ꝑ tex. not. īd. §. sed quoties. vbi fideicōmissarius partis hæreditatis non potest hæredem cogere ad restituendum partem hęreditatis propter interesse hæredis, cogit tamen ad restituendam totam quia prædicti interesse cessat ratiò, & ratificante postmodum fideicommissario ꝑ eius parte ius sibi acquiritur, in eumq; pro parte actiones transeunt, & sic erit etiā in casu nostro. tertio per tex. l. fistulas in §. qui fundū. ff. de contrahen. emp. vbi vno hęredum totū pretium soluente ad traditionem rei ex empto agi potest. quarto quia isto casu cessant omnes rationes Bart. & incōnenientia in oppositū allegata coactæ comunionis damniq; propter diuisionem rei, & ꝙ partem verisimiliter non emisset quum tota res retrouēdebatur, & totius rei pretium recipiat ita ꝙ indēnis præseruetur: ergo cessabit. l. dispositio. l. adigere in §. quamuis. ff. de iur. patr. & c. cum cessante de appell.

Ad primū motiuum in opposi. factum responde ꝙ ꝑcedit in diuiduis secus in indiuiduis, quia vnicuiq; cōpetit actio, & ius in solidu, vt per Alex. in l. de pupillo in §. plurium. ff. de no. op. nun. & Pau. de Cast. loco prealle. dicentē posito ꝙ alter in præiudiciū alterius præoccupare non posset non sequitur ꝙ petere totum nequeat, quia facta retrouenditione insolidum, aut frater & socius partem habere volet, & redimens cedere sibi tenebit, aut nolet, tunc penes petentem tota res remanebit. est enim casus vbi ius accrescendi locū sibi vendicat. l. fundus ille. ff. de cōtrahen. empti. & consequenter redemptio fit sine damno & præiudicio socij. verum cū vtilitate & cōmodo, quandoquidem ea nō facta posset labi tempus ad redimendu præfixum, & sic excluderetur penitus, quod nō fiet secuta venditione, quum sit in eius facultate soluendo partē pretij partem rei consequi. d. §. sed quoties. Ad. 2. d. §. ex his respon. secundum Moder. ibi & in loco pręall. omniū consensum ibi propterea requiri, quia in fundo cōmuni seruitus cōstituenda erat, vel per fundum debebatur, vnde nisi omnes consensissent sequeretur aliquem potuisse fundo alieno acquirere, vel alienum obligare fundū, qđ dicendum non est, vt per Ruin. in d. §. ex his col. pen. quę ratio cessat in casu nostro. ad tertium motiuum respōdetur nō constare venditorem transtulisse dominiū & causam originalem contractus, quæ est ad tradendum non ad dandū inspici. l. tutor ibi debiti causa respicienda est nō ueu. actionis. ff. de fideius. & l. si id quod. ff. de dona. ibi causam & originem constitutæ pecunię ꝑualere cū not. per Ias. in d. l. stipulationes non diuiduntur. col. 14. & cōsequēter sumus in indiuiduis vbi cuilibet cōpetit ius insolidum vt dixi. Corroborat respōsionem hanc Hormanotius loco præalleg. respōdendo ad §. idem Marcellus. Ex quibus patet hāc communem opinionē optimis rationibus & fundamētis esse suffultam, ideò iudex ille sub quo Soz. pro hac parte aduocans obtinere non potuit, vt ipse refert in §. sed quoties. secundum Ruin. loco pręallegerat duræ ceruicis prout ille de quo loquitur Rapha. comen. in l. s. ff. de iure condicil. & Alex. in l. cū filio, col. 51. ff. de leg. 1. tales enim quum primum induunt vnam opinionem ab ea diuelli, & remoueri non possunt, quod minimè facerent, si Imperatoris sequerētur exemplum in l. diui fratres. ff. de iu. pat. vbi re; meli' intellecta habito colloquio cum iuris peritis contrariam sentētiam vti meliorem, & saniorem amplectitur. Et planius adhuc procederet istā opinio quando totum petens offert satisdationē de dādo partem suam fratri vel socio si habere voluerit, iuxta tex. no. in l. 1. in §. pecunia. versi. sed si res. ff. depo. vbi vnus ex hæredibus depositarij rem depositam quando cōmode nequit diuidi potest insolidum repetere cautione pręstita de dādo partem cohæredi, si voluerit vt tenet Ias. in d. l. stipulationes non diuiduntur col. 54. & loquitur tex. ille in obligatione rem restitui quæ diuidua est, & tamen vni soli restituitur media prędicta cautione.

104 Decimoquartò † an in casu. l. nostræ vnus hæredum emptoris rem possidens possit insolidum conuenire, pro parte negatiua facit, quia actio competens est personalis, ex empto vel præscriptis verbis vt supra visum est, & talis actio fundum non sequitur lege finali. ff. de contrahen. emptio. ergo competit contra hęredes pro hęreditarijs portionibus, lege ꝑ hæreditarijs. C. de hęred. actio.

Contrariam

Contrariam sententiam vti probabiliorem tene per tex. not.in l.3. §. hæres. ff. como. vbi actio bonæ fidei prout est ista, datur insolidum contra vnum hęredem rem possidétem insolidum & præsertim in ista obligatione rem tradit, quæ est indiuidua. dixi ideò transit, ad quélibet hęredum insolidū & ita inuenio consuluisse Soz.in cō.153. in 4. difficultate in secundo volumine.

105 Quintodecimò quęro Titius omnia sua credita sempronio cessit vel legauit, vtrum ius redimendi cessum vel legatū intelligatur? pro parte affirmatiua facit, quia credidium est etiam si rem recepturi sumus, vt dicit text. in l. 2. in §. creditum. ff. si cer. pet. & cuicunq; rei assentiamus qd recepturi credere dicimur. l. 1. ī fi. eo. ti. & filius in vita dicitur creditor patris in legitima vt per Alexā. in l. multi nō notę. ff. de li. & posth. ergo & istud redimēdi i' sub credito continebatur, quia emptori credere dicimur, & eius fidem sequi, & idē in legante debita sua. quia vt act' potius valeat quàm pereat iuxta l. quoties. ff. de rebus dubi. cum vulg. intelligitur legasse sibi debita & sic credita, ita Bar. in rub. C. de rebus credit. col. 3. intellige prædicta nisi communis vsus loquendi aliter acciperet creditum, puta in pecunia numerata tantū. nam tunc legatum acciperet intelligentiam, & interpretationem à cōmuni vsu loquendi. l. liberorum. §. quòd tā casius. ff. de leg. tertio, cum accumulatis plenè per Fely. in procemio decret. col. 2. & sequentibus qui tamen communis vsus loquendi probādus esset vt ibidem Fely. dicit. & difficiliter probatur vt per Soz. in l. gallus in §. si eius. co. pe. ff. de lib. & po. & Deci. consi. 215. intellige etiam nisi legasset mobilia, & pecunias, & credita: tunc enim verbum credita propter expressionem casuum præcedentium ad specificata restringitur arg. tex. in l. fi. in §, cui dulcia. cum ibi no. per Bar. ff. de vino trit. & ole. leg. maxime in legatis vbi fit stricta interpretatio. l. nummis. ff. de leg. tertio faciunt quæ per text. illius. §. dulcia scribit Dec. in c. sedes colum. 5. cum sequenti de rescri. item generaliter restringe prædictam conclusionem vbi de contraria testatoris voluntate ex aliquibus coniecturis appareret, vt dicam in quæstione. 44.

Sed qđ si testator, vt semel vidi legasset alicui debita & credita sua, quid veniet sub tali legato, ex quo de creditis facta est expressa mentio? illa verba & debita si exponerētur vt per Bal. loco præallega. superfluerent vt nihil operarentur contra voluntatem testatoris vt l. si quádo. ff. de leg. 1. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demon. ideò aliàs dicebā intellige legata credita ita vt debita soluat, & non tantum tenebitur satisfacere pro debitis quæ exigi possunt, imò etiam pro his quæ debentur in foro conscientię, licet in foro cōtentioso exigi nequeant, quia de salute animæ cogitasse videtur testator vt per Bald. in le. 2. C. de fideicommis. & Deci. in auctenti. præterea in vltimo not. ÿ. vnde vir. & vxor.

106 Decimosextò quærò. † Nunquid pendente tempore rechati venditori in re ipsi retrouenditioni obnoxia, dòmum ædificare possit? pridie respondi quod non, quia præter facultatem redimendi de qua in l. nostra ipse nullum ius habet. sed facta est emptoris vt hac. l. ergo ante retrouenditionem emptor erit moderator & arbiter, & vēditor nihil ea in re facere poterit. probatur ét in l, aquā in l. alrius & in l. per argum. supra de seruit. & aqua, faciūt quæ dicentur infra in 81. quæstione.

107 Decimoseptimò quæro † emphyteuta consentiente domino rem emphyteuticam titio vendidit cū pacto de retrouēdendo intra annos decem. titius intra annum, & diem inuestituram à domino directo non accepit, vtrū cadat ab emphyteusi domino applicanda: videtur quòd non, quia nulla lege cauetur, ergo. l. illam. C. de collat. itē quia licet successor vasalli sub pœna amissionis feudi, intra annum & diem inuestituram capere teneatur. c. 1. q̄ fuerit prima causa beneficij amit. & c. fi. in tit. de prohibi.

108 feu. ali. per Lot. † Emphyteutæ tamē successor ad id nō tenetur vt per Sal. in l. fi. C. de iure emphyt. vbi Ias. co. 12. t quæstione. 2. & Brun. consi. 44.

109 Oppositum verius est † quia ét singularis successor in feudo, emptor, puta vel donatarius, tenetur sub dicta pena intra annum & diem inuestituram capere, & tradit Prępos. in titulo per quos fiat inuest. in §. 1. col. 2. ergo & emphyteutæ singularis successor. qui non sit de compre-

110 hensis in antiqua inuestitura, quū valeat arg. † de feudo ad emphyteusim, & è contra vbi dispositio non est contra regulas iuris communis vt per Alex. in consi. 5. lib. 5. Barb. consi. 66. col. 8. & seq. lib. 4. Soz. in §. cato in 5. oppo. col. fi. & Cur. in tract. feud. fol. 4. in 3. q. principali, & quod iste singularis successor emphyteutę teneatur inuestituram capere, quæ renouatio nuncupatur est tex. in d. l. fi. in versic. necessitatem vbi Ias. in 10. not. ponēs rationem licet de termino, & pena nihil dicat, prout etiam p Pet. de anch. in. consi. 63. incip. motiua. Ioan. de Anan. cō si. 90. & Alex. consi. 40. vol. 6. vbi id tamen sentit qđ aliter probari potest. quia ius petendi renouationem anno tri durat Rom. consi. 70. Alexan. in apostil. ad Bar. in l. 1. in §. promittitur. ff. de aqua quot. & æsti. per tex. in §. titius si de fue. contro. inter dom. & agna. vas. sed quia §. titius ponit causam specialem & dictum Roma. reprobatur per Alexand. in l. si mihi, & titio column. fin. ff. de verbo. obliga. & Dec. consil. 328. ideo præcedentibus inhærendum magis est.

Ad allegata in contrarium responde quòd imo cauet lege prǣllega. de inuesti. per nouum emphyteutam accipienda, & licet tempus, & pœnam non exprimat supplebitur per aliam legem de feudo loquentem.

Et prædicta procedūt vbi solum competit personalis actio ad retrouēdendum, quo casu ab emphyteusi cadēs sua culpa tenetur vēditori ad interesse rei deperditę arg. no. per Alex. in consi. 232. col. fin. vol. 6. sed quando realis competeret actio iuxta inferius declaranda videtur, q̄ domino applicetur saluo iure tertij argu. text. in l. 2. in §. merito. ff. nequid in loco publico, & not. per Ancha. in cōsi. 161. & 174. dominus Lazarus col. fina. dum ait semper subintelligi illam clausulam saluo iure tertij, & sic dominus pretio recepto quemadmodum inter emptorem & venditorem in contractu actum fuerat rem retro uendere vel restituere teneatur.

111 Decimooctauo q̄ro † Si titius mercator penes quem deposui pretium pro petita retrouēditione decoxerit, cuius erit periculum si emptor absque iusta causa recusauerit depositum recipere? suum erit periculum & damnū l. qui dicē in principio. ff. de sol. l. obligatione. C. de solu. aliàs erit debitoris in cuius dominio erat depositum. l. acceptam vbi Bar. ad fi. C. de vsur. quia res dominio perit le. pignus C. de pig. act. & ita consuluit Dec. consi. 543. col. fi. de qua materia latius per Mod. de fano. in tract. de pig.

112 fol. 49. col. 1. in 7. requisito † Si tā dictum depositum integrum non fuerit non releuat. d. l. obligatione cū gl. tradit Alex. in l. si mora col. 3. ff. sol. matri. & in l. si seruus communis ad finem principij. ff. de vul. nō enim cogitur venditor particularem solutionem accipere l. tutor. §. Lucius ff. de vsur. l. quidam æstimauerunt ff. si cer. pet. latius tradunt Moder. de fano. loco p̄all. fol. 45. propterea cauti aduocati faciūt ét depositū de augmento monetæ vbi debetur, & si non est liquidum vltra oblationem, & depositum debet dari cautio cū fideiussoribus de supplēdo quicquid in reliquis esse constiterit iuxta text. l. statuliber. si ratione. ff. de stat. lib. & l. seru' si hęredi decē. 3. fi. eo. tit. quæ cautio cū fideiussoribus, licet in notorie diuite non exigatur vt per Alexan. & Aquens. in d. l. si mora. col. 1. & secunda exigitur tamen nuda cautio cum hypotheca & obligatione bonorum de supplendo quicquid eum debere constabit, vt per Ias. in leg. prim. column. 4. ff. qui satisda. cog.

Et quemadmodum ex prædictis videtis etiam depositum tunc non releuat quando non præcedente legitima oblatio

113 oblatione † & sic nulliter factũ fuit.d.l.obsignatione cũ gl.& d.l.acceptam,& l.2.vbi Saly. post.gl.fin.eo.tit.C.de vsur.& tradit.Ias.in consi.9. col. pen.lib.1, & consi. 217. vol. 2. & non dicitur oblatio verè facta si pecunia erat in sacculo clausa Ias .consi .172 lib .2 .latius scribit Cur.iunior in consi.28. faciunt quæ scribit Barb.in cõsi.8.in fine vol.1.Pract,Papien.in lib.product.instr.in fine q̃ non valet productio iurium existentium in sacculo consule facta.propterea est cautela quod citetur emptor ad recipiendum pecunias in tali loco, oblationemque & depositum de pecunijs debitis videndum fieri in casum recusationis vt per Bar. & alios in l.si reus paratus de procur. & si redimere cupiens in iudicio vult oblationem facere & cum iudicis auctoritate deponere in casum recusationis pro maiori cautela, quis erit iudex competẽs ad hũc auctum, vide Bal.in l.acceptam in 13.q.Alex.cõ. 103.lib. 5.oblatione verò & deposito factis in alio loco quàm in denunciatione specificato, actus esset nullius momẽti.l. aut quis aliter in principio cũ.no. per Bar. ff. quod vi aut clã.l.si ad.fi.illo eo.tit. per quẽ ibi dicit Bar.si tu es citat' ad aliquem actum faciẽdum hora nona aut in vesperi, actus tunc fieri debet illa hora in qua es citatus, & si fieret post aliã horã, non valeret tanquẽ factus parte nõ citata, casus est hic dicit Bar. tenẽdus mẽti ad quæ vltra ibi per Alex.in apostil.ad Bar.adducta, vide Abba.in c.consuluit col.1.de.offi.delegat.Cor.con.65. co.1. lib. primo & Fely.in ca.primo col.fina.de iudi. rectè igitur dicebamus pridie in quadam causam vbi debens retrouendere fuerat citatus ad tribunal seu banchum iuris loci ad recipiendum pecunias sibi pro retrouenditione debitas, & in casum recusationis ad videndum fieri depositum ac ad faciẽdum inde retrouen.prædij, & facta fuera oblatio & depositum nõ ad dictũ tribunal iuris, sed in quadam alia domo & petebatur emptor cogi ad faciendum retrouẽditionem & ad restitutionem fructuum post depositum perceptorum iuxta dispositionem legis nostræ, q̃ oblatio & depositum illegitimè processerant, & nullius erant momenti ideò pars liberata, & per sententiam nostram absoluta fuit. Et pariter ex prædictis decidi potest

114 alia nota.quæstio.† q̃ fuit de facto. pecunia per volentẽ redimere deposita sequestrata fuit ad instãtiã creditoris eius qui ad retrouẽd.petebat, lapsum interim est redimẽdi tẽpus, an hoc sibi nocebit vt de cętero non audiatur ? distingue, vt per Dec.in præallegato consi.543. column. fin. vtrum creditor & sic emptor qui oblationem voluit recipere fuerit in culpa vel ne.

115 Decimosexto quęro † tibi & fratri heredi tuo fundũ à me debere retrouendi stipulatus es, inde suscepisti filium quem hæredem instituisti, an frater ad retrouendẽdum agere possit? respõdetur eum doli exceptione repelli, filiumque admitti, quum inter contrahentes id actum sit vt hæredibus consulatur, & illo tempore quo pater filium non habebat in fratrem vltimum iudicium cõtulisse videbatur vt dicit tex.in l.tale pactum in §. fi.ff.de pac. cuius virtus vt ibi not.dicit Bal. in eo consistit quod dicitur collatum iudicium in fratrem, vt in hęredem futurũ & est ibidem pulchra & famigerata illa gl. colligẽs quod omissum pro statuto habetur, quando verisimiliter statutum & dispositum fuisset si de hoc fuisset quæsitum. si itaque pater de hoc casu interrogatus fuisse verisimiliter pro filio respondisset, ergo &c. cui gl.est verisimilis in clemen.prima in verbo pręsidentes.de rescri.altera in c.2.in verbo reus de confess.lib.6.quas adducit Alexan.in consi. 24.col.pen volu.2.& est tex. no. in l.mulier in princip. ff. ad trebel.vbi Aquẽs.no.qui.idem tradit in repet.l. vt vim col.51.ff.de iusti. & iure.in l. gallus in §.& quid si tantum col.2.de lib.& po.in l. marcellus in principio in vlti. col. ff.ad trebel.& in l.exfacto col.2. ff. de vulg. vbi ponit aliã regulam è contrariò Cor. in sing. in verbo sequenti Ias. in l.quicquid.col.3.ff.de offic.prætor. Bologni.consi.32. Vicentinus de paliotis inter consilia Alexã.volu.4. consi. 54.col.2.Cur.iunior.in consi, 10.col.pen.& fin. Mod.[illegible] non.in l.si quis viduam col.3.ff. de quæstio. Dec.in consi. 64.col.fin. 324. 486. col penulti. ex quibus exornari posset decisio illius nota.gl.l.tale pactum in §.fi.

116 Vigesimo quæro, † Si tibi, & hęredibus tuis de retrouendendo pactum.[illegible] cero, de quo hærede intelligatur.l.antiquitas.C.de vsus. vbi acquirens vsumfructum pro se & hæredibus suis de primo tantum hærede intelligi volens, vt ad primũ hæredẽ referuatur pactũ argumẽtũ.est.

Quod autem pro descendentibus intelligatur probat decisio Bal.in c.1.de natura suc. feu. de substitutione alicui facta si decesserit sine hærede.quòd intelligatur de descendentibus, vt est noto.text.in leg. ex facto in §. fina. ff.de trebellian.

Oppositum est verius vt de quibuscunq; etiam extraneis actum censeatur & intellactũ, quia in materia transitoria ad hæredem vt in proposito, hæredum appellatione veniunt omnes etiam extranei, & in infinitum.l.hæredis appellatio.ff.de verb.sig.l. in annalibus. C. de lega. cũ not.ibi.Ad.l. antiquitas respõ. quod loquitur in materia ad hæredes nõ transitoria, ideo nimirum si ad primos restringitur, & tradunt Ia.in l.gallus.in §.etiam col.4 & sequenti post.Ba.ff.de lib.& po.& Deci. in consi. 294. vbi in vltima col.respon.ad.l.ex facto in fi.intelligi ibi de descendẽtibus quia aliàs fere impossibilis esset cõditio illa. vix.n.est vt sine hærede saltem extraneo quis decedat.

117 Vegesimoprimo quæritur, † promisi tibi & hæredibus tuis masculis rem retrouendere decessisti relicto hęrede masculo qui ante factam retrouenditionem defunctus est relicta filia hęrede vniuersaliter instituta à posit contra me ad retrouen. dictam agere, videretur quòd sic quia hæres masculus exutit quis ad filiam hæredẽ ius implendi conditionem potestatiuam transmittere potuit, vt in principio.l.visum est. redimet itaq; filia ex iure per masculum in eam transmisso, sicq; ei non obstabit quod non sit hæres masculus ex quo transmittens ius qualitatem habuit requisitam.

Oppositum verius videtur quia dispositio in masculis limitata in fœmellis prohibita censetur, qđ enim vni applicatur cęteris denegatur.l.q̃ tu rerum.§. si quis post in fin.ff.de.lega.primo.l.fideicom.§.cum esset ff.de legat.tertio, & vbi fit mentio de hęredibus masculis veniunt descendẽtes masculi tantum Bald. singulariter in pręalleg. l.gallus in §.etiam vbi Ias.col.7.versicu.quæstio.vlti.Bar. Cor.consi,145.col.fi.volu.1.Deci.in cap in præsentia co. 19.versicu.3.fallit.& col.13.de probat.vbi ponit quod q̃n fit mentio de liberis masculis non venit nepos ex filia. quum hæres masculi qualitatem masculinam, à contrahentibus requisitam, non habeat, non est admittendus ad redimendum, imo exclusus videtur ex verbis, & mẽte contrahentium quæ etiam in contractibus attendi de-

118 bet.† gl pen.l. si in venditione. ff. communia prædiorũ pulchrè Alex.consi.34.ad fin.lib.2.Barb. consi.76. col.4. lib.4.Dec.consi.251.col.fi.tex.optimus in l.fin.C.quę res pigno.ob.poss. si enim quis retrouendere promisit filiã venditoris hæredem ad redimendum admitti noluit, fortius aliam filiam hęredem hæredis arg.l.si viua matre C.de bon.mat.& authent.multo magis.C. de sac.san.eccle.facit quod dicit solet de iure reuocandi feudum non cessibile in eum qui ad reuocãdum qualitates requisitas

119 non habet, vt per Brun.in consi.80.oculum.penult.† & qualitas adiuncta verbo, secundum tempus verbi cui adijcitur intelligi debet.l.in delictis.§. si extraneus ff. de noxa.latè Ias.in l. prima col. 5.ij. vnde vir & vx.Sozi.con. 42.lib.4.Bologn.consi.40.col.antepe. Cur. iunior in consil. 10.column.fin.& Fely.in cap. examinata.colum.4. de iud.& sic quòd tempore retrouenden. hæres. volens redimere sit masculus.

Ex quibus patet responsio ad allegata in contrarium. non enim procedunt vbi de hęrede masculo mẽtio facta fuit & de retrouẽditione masculo faciẽda conuẽtum, &

sic quòd

sic quòd tempore retronen.sit masculus,qui petit.faciūt opnmē q ūq; in proposito scribit Pau de Cast.in cōsi.98. proponitur.col.fi.in antiquis.Arg.in l.si quis posthumos in §.si filium.col.5.ff.de lib.& posthu.& Sozin. in consil. 296 col.ter tia ad tollēdum tamē omne dubium quando sit tale pactū vt exprimatur clareq; dicatur ad exclusio nem fœminini sexus, ita quòd fœminæ etiam masculorum hæredes ad redimendum non veniant neque admit

120 tantur. 2 2. quæro † ille qui fundum à te emerat hæredem grauauit,vt tibi & hæredibus tuis eum retrouende ret,si sine liberis veris & naturalibus ex se descendentib' decederet. ingressus est religionem , aut monasterium, vtrum retrouenditio poterit iuste peti? ad decisionem præsentis quæstionis faciunt quæ scribunt docto.in quæ stione substitutionis sub prædicta forma verborum factæ, si hæres sine liberis veris & naturalibus ab ipso procreatis decederet, vtrū peringressum religionis aut monasterij excludatur substitutus,Bald.in authen.nisi C.ad trebel.Ias.consi. 21 2.lib. 2.Dec.in c. in præsentia col.28. & seq. de probati.vbi contra monasteriū concludunt,qa ex verbis apparet testatorem minimè de religione, aut monasterio sensisse,& ita etiam consuluit ipse Dec.in cō si.259.latius prosequitur hanc opin.Ripa in l.ex facto in §.si quis rogatus ad trebel.& in rep.l. si vnquam in 34.q. & seq. de reuoc. dona.dum concludit quòd per ingres. sum religionis non reuocatur donatio,quia monasterium nō habetur loco filij,nisi in casibus à iure expresśis: & ad ostendendum enim voluntatem testatoris volentis excludere monasterium vidi aliquando per prudentissimū iurisconsultum addi, ita quòd appellatione filiorum nō veniunt monasteria.Attamen in quęstione supra formata communis scribentium opin. est pro religione, quia defectus est in potestate non in voluntate,& dicunt conditionem reijci,vt à religione retrahentem illique impe dimentum præstantem.§. sed & hæc præsenti in authen. de san.episcopis, & l.quotiens. ff. de condi. & demon. vt tradit Pars.in d.c.in præsentia col.51.numero 135.cum seq.damnans Dec.& alios: pro qua communi opinione inuenio postmodum mutata sententia consuluisse ipsum Deci.in consil.674.

Præcedens tamen opinio videtur multum equa, & cō sentanea voluntati testatoris , & in proposita quæstione illam amplecterer, quia verisimile non est quòd timore pacti prædicti seu retrouēditionis faciēdę retrahat quis à religione,intimideturúe ad ingrediūm,quum rei pre tium consequatur, si retrouendat.in quæstione verò sub stitutionis grauatus nihil consequebatur. Nunquid autē tex.in §. sed & hęc præsenti locum habeat in facto clerico seculari vel in clerico in minoribus constituto, docet plene Ruinus in consi.154.lib 3.

121 Xx111. quæro, † vtrum promittens mihi & hæredibus meis retrouēdere bonorū possessori id facere teneatur.videtur quòd sic,quia dispositio loquens de hærede, locū habet in bonorum possessore.l. 1.§. bonorum ff. ad trebellianum,& dicta.l.ex facto in fine vbi docto. not.facit lex.2.ff.de bonorum possesśio.& l.prætor.cum ibi no ta.ff.de regu.iur.

122 Xx1111.quæstio † vtrum vendens rem cum eo pacto eamque inde conducens,si vltra dimidiam iusti pretij cō periatur læsus iuuetur beneficio l.secundę supra de rescin den.venditione.plerique tenuerunt quòd non,concurrē tibus prædictis.Sed veritas est ad oppositū propter enormem læsionem quam patitur ex primo & principali cō tractu vēditionis secundum Barth. Veronen.in tractatu de simulatio.cōtractuū in secūda pſumptione primi casus,col.fi.versicu. aliqui tamen dicunt, vt Pant. cremen. in sua verbosa repet.d.l.secundæ,col.20. nisi esset clausula,etsi quid plus valet donat,vt per Iasonem in consi.151. colu.2.libr.4. Bald.in d. l. 2. in octaua quæstione dicam Deo dante in d.leg.2.

123 Xxv.quæro † an ille cui factum est pactum de retrouendendo si in possessione fundi se reperiat, posset eundem aduersus venditorem defendere? videtur, quod sic, nam cui damus actionem multò magis exceptionē. l. inuitus.§.cui damus.ff.de regul.iuris,sed virtute dicti pa cti,actio illi datur l.si cum vēderet. ff. de pig. action. vbi Pau de Cast. no. ergo fortius exceptio. Et cum isto casu de iure ipsius rei cōstare videatur non solum absolui deberet, imo sentētia declaratoria ferri in eius fauorem de clarādo ipsum fundi dominum esse.l.circa cum ibi not. ff.de proba.ita consuluit Dec.in consi.614.colum.2.cum seq.intellige oblato pretio.Sed ego subsisto , quia actio quæ virtute pacti datur,non est realis, vt hac lege probatur & infra declarabitur. ideo nullū ius sibi competit in

124 possesśione, † & regula. §. cui damus intelligitur qn actio & exceptio ad eundem finem tendunt , secus si ad diuersa, vt ibidem Deci. declarat.hic ad eundem finem non tendunt,quia actio non datur ad rem,quum sit personalis,vt dixi , ergo &c.vbi verò actio esset realis , ex dispositione statuti vel alio modo secundum inferius dicē da,tunc procedere posset opin. Decij,cogita tamen.

125 Xxv1. quæro † si fundum quem mihi retrouendere promiseras titio vendidisti;adiecto constituto an iure aliquo fundum consequi posśim.Dic.φ nō, quia per cō-

126 stitutum vera possesśio in titiū trāslata † fuit l. qđ meo ff.de acquiren.poss.l.interdum in principio illo eo.titulo Et quum sibi prius tradita fuerit possesśio præferri debet l.quotiens.C.de rei vendicatio. Alexan. in 6. volu. consi. 228. fortius dicens , quòd si facta fuisset retrouenditio primo cum constituto ita tamē quòd intelligatur esse in tenuta, & possesśione fundi nisi prius facta fuerint certa proclamata,& declarationes, quedā, quòd talia fieri nō possent in præiudicium secundi habētis pos.cum titulo nec retrotraherentur in præiudicium secundi acquirentis lege qui balneum.§.primo.ff.qui potior.i pig. hab.ū alijs ibidem per eum adductis, & latius per Deci.consil. 226.& 247.col.pen. dum quæstionē tangit de donatione

127 facta absenti quæ ratihabitationē exigit † l. si ego. ff. de neg.ge si ante ratificationem alteri fuerit facta donatio,& secuta de eisdem bonis realis traditio, prævalet secunda donatio nō obstante ratificatione primę donatio nis inde secuta.quia talis ratificatio non retrotrahitur in præiudicium secundi donatarij, cui medio tempore ius quæsitum fuit, nisi dispositione statutaria aliter caueretur. prout in hac ditione Sabaudiæ ex ducali decreto de rebus retrouēdendis disponitur,& in ciuitate nostra Ver cellarum per statutum in superioribus relatum.

Xxv11.quæstio si fundum emptum tibi reddere promiserim,restituto mihi eodem pretio,an ad id faciēdum,

128 præcisè tenear,& consequēter locum habeat dispositio ista; Respon.quòd sic, quia reddēdi verbum retrodandi significatū habet l.verbum reddēdi.ff.de verbo.significa. cum no.in rub.ff.solu.ma.& in rub.ff.si cer.pet. & hic dominium transferri debet.§.sic itaq; inst.de actio.aliàs ꝑ misśioni non esset satisfactum,nec verum esset dicere rē reddi.Quæ ergo in not.diximus de pacto restituendi fun dum locum etiam sibi vendicant in pacto de reddēdo fundum.pro quo vide etiam tex.in l.si conuenit. ff.de rescin.vēdi.& Sozi.in consi.243.col.5.

129 Xxv111.loco inuestigādum est † An obligatus retro uēdere præcisè ad retrouēdēdum teneatur si rei tradēdæ facultatē hēt, vel liberetur soluēdo interesse? Quod præcisè teneatur videtur hic probari, dū ex vēdito agi dicitur,sicq;ex eo contractu de cuius natura est,vt præcisè teneatur facultate rei tradēdæ penes contrahētem cōsistē te l.1.ff.de actio. emp. ergo soluēdo interesse non liberatur.Secundo quia vbi ad merum factū quis tenetur à die moræ tantum venit interesse,& non fructus.l.si fundum certa die ff.de verbo.obliga. hic dicitur post oblatā quātitatem ex pacto debitam ad restitutionem perceptorū fructuum emptorem teneri.igitur necessarium • & cōsequens obligatum retrouendere ad factū nō teneri.sicque non

non liberabitur soluēdn interesse:tertio,quia promissio de retrouendendo pars pretij dicitur.l. fundi partē.ff.de contrahen.emp .& præcisè.ad pretium emptor tenetur, iuxta nota.ī lege 1.ff.de actioni.emptor. ergo & ad retro uendendum.Ad oppositum promissio de vendendo seu retrouendē.merum factum continet, quum contractus sint facti l.consilio. ff.de cur.in obligationibus facti quis precisè non cogitur sed soluendo inteesse liberatur.l.stipul.non diuiduntur in versicu.celsus. ff. de verb.obliga.l. si quis ab alio.ff.de reg.iur. ergo &c.Secūdo quia vēditor præcisè tenetur actione ex eo contractu quādo datur ad tradendum l.1.cum not.supra alleg.de actio.emp.sed in proposito nostro huiuscemodi actio ad tradēdum non datur sed ad vēdendum , aut retrouē. sicque ad factum, ergo erit sub regula.d. ver. Celsus. Ex quo patet solutio ad fundamentum primum partis contrariæ. Ad ſm respon.quod hic non fuit pactum de retrouē.sed restituendo fundum quod causam bonorum,idest dominij trans ferendi cōtinet, ideô nimirum si à die oblationis veniūt fructus,vt post Aret.& alios dixi in not. Ad tertiū respō. quòd dicitur pars pretij vt detur actio ex vendito informata,nō tñ infertur q pricisè compellatur, quū merum factum,vt dixi contineat, & ad pretium præcisè tenetur quia in genere est obligatus , ideò ad dandum astringit. vt not.in l.1.& ex empto.ff. de act.emp. secus in promissione de vēdēdo vel retrouēdendn fundum.quum igitur diuersa sit ratiō , nimirum si etiā diuersa sit iuris depositio,& huic parti adhærent.Moder. bon. supra in 1. not. sic consuluisse dicētes , licet diu de hoc dubitasse dicant.

Sed non erat res tantę dubitationis,quia est opinio bonis rationibus fundata,vt prædicta ostendunt, ac p doc. communiter approbata vt per Aret.in consilio 6.& in §. meminisse.l.fideiusso. ff.de lega.primo , Cot.consi.4.lib. 1.& consi.256.volu,4. Alexā. consi.68.col.fina.volu. 1. & consi.232.col.fin.lib.6. Franc. de curte in consi.12.Sozi. cōs.253.in 3.q.in 2.vol.Ias.in l.si vir. in fi.ff.de prefect.ver. & in l.in bonę fidei ff. de eo quod certo loco. Dicit Alex. in præall.consi.232.col.fi. quòd conuentus actione per-
130 † sonali ad retrouend. si id facere nolit aut non possit, quia alteri puta rē vendiderat & tradiderat potest ad vēdēdum & tradēdum cōdemnari, quia in obligationibus facti , licet post moram succedat obligatio ad interesse, nō tñ extinguitur principalis obligatio,qua ad faciēdum quis tenetur,ideò ad ipsum factum præstandum condēnari potest dato quod post sentētiam liberari possit soluendo interesse vt ibi per eum . Quid autē, & quantum continere possit tale interesse declarat Cornel. pręall.cōsil.256.colum.fina.

Limitatur prædicta conclusio quando municipali lege contrarium caueretur quemadmodum est in hac patria.vt in trigesima q.referam.

Secundo limitatur vbi pactū de retrouē. iuramēto fir matum esset,quia tunc emptor præcisè cogeretur retrouēdere rēq; tradere si rei tradēdæ facultatē haberet,vt in
131 pacto de restituēdo rē propter virtutem iuramēti,† qđ pręcisè astringit, obligat, iuxta gl.in l.si pecuniam.ff. de cond.ob.causam.vbi Ias.in.vlti.fol. Mod.bonon.hic nume.60.cum seq.Parpal.in repe.l.si quis maior in 10. not. C.de transac.& Ani.Ba.in tract.de virtute iuramēti. col. 4.licet.n. Iuramētum reguletur secūdum naturam actus super quo interponitur l.fi.C.de nō nu.pe.& sic iuramentum non extēdatur vbi consensus deficit.actus tn modificatio a lege inducta per iuramētū quod pręcisè astringit tollitur.vnde quum promissioni de retrouē. cōsensus affuerit,& à iure detur modificatio,vt liberetur quis pręstando interesse,quod loco rei succedit, iuramentum tñ præcisè facit eum teneri , quod sublimitant præfati scribentes non procedere in hærede iurantis ad quem non transit iuramentum , vt per eos.

132 Xxix.quæro † vtrum pactum de retrouendend. magis expediat emptori quā venditori vel è contrario,absolute loquendo vř dicendum, q venditori magis vtile sit, quia si vult potest redimere sed non cogitur tex.est hic ibi te parato.&c.& post Bar.& Bald.tradit Sozi.in consi. 241.col.antep.in 2.parte.dixiq; supra in primo no. & in 7.quæstio.sæpeq; alibi. si igitur venditor interesse vtilitatemq; suam videbit,redimere poterit,aliàs secus.ergo tale pactum magis expedit,venditori quàm emptori. Quidem emptor obligatus sit retrouendere.venditor autem non obligetur redimere , sed possit si sua interesse cognouerit.Quia tñ propter tale pactum res solet minus quàm valeat vendi sub spe redemptionis videlicet. c. in aliquibus cum nota.ibi per Abba.in secundo not.de deci.iunctis addnctis supra in 6.q.circa articulum modicitatis pretij p accidens dictum pactum posset esse magis vtile emptori,quàm venditori,vt puta quādo sub spe redemptionis prędictę res viliori pretio vendita fuisset,sed postea non redempta .

Quando verò ex eadem l.conuentionis etiam venditor esset obligatus redimere iuxta ea quæ.dicam.j. in q. 104.tunc ita expedire prodesseq; posset pactum de redimendo emptori,sicuti pactum de retrouen.venditori, p quam quidem cōuentionis legem cōtrahentes ad æqualitatem reducti videntur vt in præalleg.q.104.dicam.

133 Xxx. quæstio † non spernēda. An fundus sub lege rechati positus possit à quocunq; possessore oblato pretio vendicari ? Pro parte negatiua consuluit Alex. consi.10. vol.j. quia ex tali pacto oritur tm personalis actio quę in singularem successorem non datur. l.fin. §.fin.ff.de contrahen.empt. l.1.§.si hæres percepto fundo.ff.ad trebell.

Affirmatiuam tenuit Pau.de Cast.in l.si cum venderet per illum tex.ff. de pig. ac.danıē rei vēd.virtute talis conuētionis ſm eum subiungētē vtile transferri dominium in vēditorē facta obligatione pretij. in pacto vero l. commissoriæ ēt directum transferri ait.secundo facit quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris l.lex vectigali ff. de pi. ideò primus emptor talem rem in alio transferendo censet cū sua causa transferre , i. cū dicto pacto de retro vēden. ppea facta oblatione ius suum resoluit, & consequenter ius secundi possessoris. hanc partē secutus est ēt Raph.comen. in l.1. ad fi. ff.de don. Io.de Ann. in c.cōquestus col.3. de vsu.Anto.Burgos.in c.ad nostrā col.pe.de emp.& vendit.& Soz.consi.8.vol.3.dicens opinioni Paul.& Raph. comē.nō esse minus deferendū quā auctoritati Alc. nā quū dictus fundus facta oblatione ad venditorem reuerti deberet , alienari in eius præiudiciū nō potuit quin a possessore per vtilē rei vendica. auocari possit.Sed non est recedendum ab opinione.Alc.per eius fundamenta quibus Soz. & alij non bene respondent,pactū.n.de retrouendē.nudum factum,nō cām bonorum. i.dominij transferendi cōtinet vt supra dictum est,sicq; à veritate est alienum vtile trāsferri dominium facta oblatione,& vtilem rei vendicationem cōtra singularem successorē cōpetere,quū emptor nolens retrouendere, & rē tradere ad interesse tm teneat, vt visum est s.Pro qua opinione stringit ēt tex. noster. vbi enumerātur actiones, q contra emptorem obligatum retrouendere venditori dātur.l.ex uen.& præs.verbis. De vtili rei vend.non fit mentio prout verisimiliter fieret si competeret ,quia per eam plenius venditori succurritur.Propterea si van.est p̄fecta primus emptor cōtra ſm cui facta est traditio non agit, actione reali, minus igitur ex pacto de retrouend. facta. n.venditione & soluto pretio in emptorem nō transferē dominium l.1.ff.de act.emp. l.quotiēs ̈s.de rei vendic.ergo multo minus ex promissione de retrouend.vt dixi,& prædictam opinionem Alex. sequitur ēt Ruinus in consi.32.vol.1.Ad l.si cum venderet respon.quòd non loquitur in pacto de retrouen. sed in pacto iniectionis manus dū ait licere ei rē suam recipere , & sic verba sunt directa nimirum si vtilis datur rei vēdica.ſm Soz. & Curt. in lo-
134 cis.j. all.& †.ad declarationem d.l.si cum vederet, vide tex.in l.si creditor,ī princip.ff.de distract.pigno.vbi Bar.

sit fuit

si fuit pactũ, vt creditor pignus recuperare posset, debitor contra emptorem non poterit agere, sed contra creditorem, vt sibi actionẽ cedat, aduersus emptorẽ. Si autem, vt debitori rem liceat recipere conuẽtum fuit. poterit absque alia cessione recuperare, de quibus etiam per Saly. in d. l. si cum vendere.

Non obst. quòd resoluto iure datoris resoluit ius acceptoris, quia penes emptorẽ dominium fundi non erat cum ista causa, & statim oblato pretio retransferretur in vẽditorem, sed solum ad interesse oritur oblatio, vt in superioribus vidisti. Et huic opinioni adhæret Fulgo. in d. l. si cũ venderet, Ias. in l. ab emptione. col. l. 3. ff. de pact. Ferdinã. repetens in §. diui. col. 23. & Ripa ibidem in 16. col. idem consuluerunt. Alex. in cõsi. 222. col. fina. vol. 6. Dec. consi. 187. ad fin. primæ col. Cur. senior in consi. 13. & Cassaneus vltramonta. consi. 11. nu. 55. & 64. vbi sic iudicatum in Parisiorum & Burgundiæ parlamentis attestatur, sequitur etiam opinio. hanc. Pau. de Cast. in l. si à

135 te j. eo. tit. † vbi propterea vtilius esse dicit pacisci, ꝙ restituto pretio res sit inempta, quã pactum de retrouẽ. facere, quia in secundo casu oblato pretio res vendicari à tertio possessore non poterat, secus in primo. Et idem in pacto l. commissoriæ & iniectionis manus, de quo in d. l. si cum venderet, & per Cur. loco preallega. & Soz. cõsi. 80. lib. 3. in hac practica nostra, venditor cui de retrouendi. factum est pactum oblato pretio rẽ potest à quocunque possessore vendicare ex forma ducalis decreti & in ciuitate Vercellarum adest de hoc statutum disponẽs in lib. 2. sub rubri. de rebus alie. recuperan. & sic cõclusio cõis non esset seruanda in ciuitate Vercellarum neque in ditione Sabaudiæ propter decretum ducale, ex dicendis in sequenti quæstione etiam dictam conclusionem restringere poteris.

136 XXXI. loco † opportunè quæro. si in pacto dictũ fuerit quòd si alteri vendens eodem pretio, quo venderetur rẽ habere possim, an impediatur dominij translatio, ita quòd ad rem agere possim, & eam, à secundo emptore pro eodem pretio recuperare? Pro parte negatiua facit, quia regulariter alienatio rei, & trãslatio dominij nõ impeditur per pactum. l. pen. ff. de pact. & l. ea lege cum ibi not. C. de condi. ob caus. l. si ita quis in §. ea lege. ff. de verbo. obliga. l. si cum gl. j. de reb. alie. non alie. non obstan. ergo huiusce modi pacto, dominium rei in emptorem transibit, & contra alienãtem condictio dabitur, cum sit actio personalis, non contra possessorem ad rem. & quũ rem restituere non possit, restituet eius æstimationem, gl. in dict. lege. ea lege.

Opinionem contrariam firmat Guid. papæ in q. 569. sic in senatu regio determinatum fuisse referens per doctrinam Bar. in §. diui. l. filius fam. de leg. 1. dũ ponit modum impediendi alienationẽ dominij appositis his uerbis promittis non alienare, & si contingat te ad aliquem actum alienationis deuenire, res ipsa ad me reuertatur. Iste enim est modus impediendi alienationem rei, cum reseruatum sit ius in re, sic limitatur text. l. ea lege, vt per Guidonem papæ in consi. 518. ex facti narratione. Accedat theorica Barto. in l. si creditor in §. fi. ff. de distr. pig. & in l. qui absenti in §. si quis pos. ff. de acqui. posse. vbi eleganter & subtiliter docet, quum rem tibi vẽdo aut dono & ad me illã reuerti volo in casum alienationis quomodo facere possim. Cuius dicta extollunt, & latè prosequũtur Aret. in consi 18. Cur. in præallega. consi. 12. col. fi. Cor. in consi. 276. lib. 1. & consi. 221. lib. 4. & facit optimè text. in præalleg. l. si cum venderet. ff. de pign. actio vbi cõuento, vt pretio soluto rem recipere liceat, competit talis rei vendicatio contra quemcunque possessorem. Quinimò si tali pacto generali hypotheca, vt cõmuniter fit adiecta fuerit, videtur, quòd impediat dominij alienationem, vt voluit, Bar. in d. §. fi. Cor. in con. 221. præal. Cors. in suis singula. in verbo pactũ singu. incipi. si propter obseruantiam pacti, Aquen. in d. §. ea lege, col. 4. cũ seq. &

Cor. in rep. d. §. diui. col. 27. maximè per dictum. §. fin. l. si creditor, indistinctè loquentẽ de hypotheca, & sic suf-

137 ficit generalis. Sed cõmunis est ad oppo. † quod requiratur specialis ad impediendum dominij translationem, quia d. §. fi. est à iure communi exorbitans, vt apparet in d. §. ea. l. cum præallega. ideo ad generalem hypothecam non debent extendi, sed in speciali intelligi, vt minus corrigatur ius commune, quàm sit possibile. l. ius singulare l. quòd vero. ff. de ll. Prac. pap. in for. lib. in actione reali, fol. 10. versi. sed nunquid sit dare Alex. in præall. §. si quis possessionem, & in l. si filio in §. si vir. in quinquennium, col. 2. ff. sol. mat. Ias. in d. §. diui. in 2. lectu. col. 19. & in d. §. ea. l. col. 9. & consi. 211. col. 5. in 2. vol. & Mod. de fano. in tract. de pign. fol. 4. Ponunt etiam Alex. & Mod. in lo-

138 cis preal. ꝙ ita demum † specialis hypotheca alienationem dominij impedit, quãdo est facta prohibitio vel pactum de non alienando, sed sine prohibitione vel pacto, de non alienando valebit alienatio, sed illius rei dabitur retentio, pro interesse, & pæna sicuti daretur ratione generalis hypothecæ, vide etiã pulchrè Cors. in præall. sing. incipi. si propter obseruantiam.

139 XXXII. quæritur † promisisti mihi fundum retrouẽ. intra annos. 10. nullo de huiusce modi pacto confecto instrumento, sed in presentia proborum virorum, modũ non habeo redimendi, seu nolo ante finem dicti temporis. Dubito tamen ne in futurum probationis copia pereat per mortem testium forte, qualiter mihi succuratur? possum examinari facere testes predictos ad æternam rei memoriam, & hoc modo mihi prouidere. c. significauit, de testi. de qua materia vide Practi. pap. in forma capitulorum quando testes produc. ad æternam rei memoriã Cor. in consi. 119. & 168. Sozi. pulchrè in consi. 93. lib. 2. Bal. in auc. sed & si quis, col. 4 cum seq. C. de test. Pau. de Cast. in l. fi. §. in computatione, col. 2. C. de iure delib. Alexand. in l. fin. col. 6. de edict. diui. & in consi. 203. uol. 2. Dec. consi. 82. vbi ponit non sufficere factum fuisse tale

140 examen † à notario, nisi constet de commissione, Fely. in d. c. significauit, & in c. si quis cõtra de foro compe. & Parisi. in c. fraternitatis nu. 62. de testi. Qualis verò citatio tunc requiratur, docet Sozin. in consil. 93. li. 2. & in tractat. de citat. articu. 20. quæstio. 22. Cur. in repe. l. admonen. de iureiurand.

141 XXXIII. quæstio. † quum agerem contra te de retrouen. rẽ negasti pactum de retrouen. assignatus mihi fuit terminus ad probãdum, produxi testes in termino, & citari feci, nõ venerunt, lapso termino desiderabam aliam mihi dari dilationem ad verificandum pactum allegatũ Dubitatũ fuit an esset dãda, ex quo per me nõ stetit, sed per testes. Dixi quòd non excusor, quia instare debebam vt cogerentur comparere mulcta indicta, & captis pignoribus de hoc itaque opponi posse vt p Bald. Paul. de Cast. & Soz. in l. quibus diebus in principio per illum text. ff. de condi. & demonstra. cum alijs accumulatis per Rom. in con. 435. Pau. de Ca. in con. 292. in antiquis Are. in c. testimonium col. 4. de testi. Dec. in consi. 677.

142 XXXIIII. quæro, † princeps redimendi tempus per duos vel tres menses, puta à tempore finiendi termini rechati porogare possit. dic ꝙ sic per le. quoties C. de precibus imperat. offer. vbi per resc. principis concedi potest dilatio ad soluendum. & maxime, quia agitur de tollendo ius quærendum quod facilius conceditur. & tollitur l. fi. C. de acq. posses. Dec. in l. 1. col. fi. C. de secun. nupt. & ita plerunq; vidi fieri, quod intellige etiam si in rescripto principis non adsit clausula non obstante quacunq; lege. quoniam nulla lex refragatur, imò per d. l. quotiens id permitti videtur, vt temporalem dilationem concedere possit secundum Pau. de Cast. ibi post alios: item & sine causa ex quo læsio est modica secundum Alex. in cõsil. 216. nec arguendi col. 3. lib. 5. & Fel. in c. constitu. col. 10. de rescrip. quamuis sine causa nõ soleat Princeps hoc facere. Quinimo quum pars porogationem temporis ad

redimen-

redimendum petit, solet Princeps gratiosè rescribere. vt requiratur emptor qui velit tempus rechati per duos vel tres menses prorogare,& quid facere decreuerit rescribere declarando tempus durantibus decem diebus currere non debere, quibuscunque in cōtrarium facientibus nō obstantibus. & si pars nolit cōplacere, tunc princeps sua auctoritate id concedit, quando, s. redimendi tempus nō dum est lapsum, aliàs secus. finito enim tempore à partibus ad redimendum dato. quæsitum est ius parti, sed quā do adhuc durat nondū est ius quęsitūm, ideò facilius ne quæratur impediri potest. l. à patre furio. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris cum alijs præallegat. nec licet re non integra quod licitum est ea integra, vt per illum tex. tradit Bal. in d. l. fin. C. de repu. hær. faciunt not. per Pau. de Ca. post alios in l. 1. C. de dilat. & Ias. in l. fin. col. 11. versicu. 5. not. limita. ff. de fer. quod licet. iudex absq; legitima causa secundam dilationem dare non possit, primam tamē prorogare potest, quum id nō sit nouam dilationem dare. l. si manente. ff. de precar. Quinimo post lapsum tempus rechati, princeps ad preces & supplicationem narrantis se exclusum à facultate redimendi per lapsum tēporis propter bellorū calamitatē & angustias, attenta veritate precum, supplicantem ad redimēdum restituit per semestre, puta à die finiti termini rechati, cū clausula quibuscunque in contrarium facien. nō obstantibus quandoq; fieri vidimus. Sed pone principem prorogasse alicui facultatem redimendi p quindecim dies. Inde eo tempore pendente dies 15. ad redimend. concessæ an currant à data literarū, vel finito termino 15. dierū primo datorū: posterior pars suadetur, quia pendente vna dilatione, si des alia secunda incipit currere post lapsum primę vt dicunt Bal. & antiqui in l. fi. per illum tex. C. de repudi. hæredita. Illud m̄ procedit in tempore à iure communi aut ex conuentione partium dato quod sublatum non censetur p nouam dilationem. Secus si prima dilatio ab homine data esset quia tunc nisi ex verbis aliud appareret, secunda dilatio statim currere inciperet. Pau. de Ca. in l. siue pars, col. 2. C. de dilatio & in d. l. fi. C. de repudian. hæredi. sicque à data literarum incipient currere quindecim dies secundo loco concessi, faciunt quę in materia scribit Alex. in consi. 75. ponderatis. lib. 2. & pulchrè Ancha. in consi. 395. quādo diuersa tempora ad aliquid explicādum data in vnū confundantur. Sed an prædicta procedant † qn̄

143 promissio de retrouen. iuramento firmata esset, videtur ab illo articulo dependere an tale rescrip. ad actum iuratum extendatur Ias. ibidem concludit, quod nō & Ianus in consi. 37. & 205. volu. 2. n. consi. 58. visa petitione, volu. 3. Cors. in rub. de iur. iuran. in vigesimo speciali, Fely. in d. c. cōstitutus, col. 4 & 10. Ias. in l. fi. ff. qui satisd. cogātur, Curt. iunior. in consili. 67. & Brun. in consi. 46. vbi concludunt. Sed video male seruari in actu practico, quia princeps secularis talem dilationem dare non posset super debito iurato etiā si vellet, sed bene summus pontifex, cui etiam, vt ait Fely. loco præallega. de iuramento facienda est mentio, aliàs non censeretur actu iurato velle derogare. Idem de saluo conductu sine exceptione concesso, qui non comprehendit debitum iuratum Matthę. de afflic. in decisione regni quinta, & i decisione. 377. cū seq. & Anto. Bauer. in trac. de virtute iuramenti, col. 7. in 21. casu. Et ita aliàs p quosdam celebres aduocatos in q. facti dicebatur, videlicet, quod quidā qui à principe tale rescrip. & moratoriam dilationē obtinuerat. ex eo se iuuare non poterat, nec redimere lapso tempore præfixo, quia instrumētum erat iuratum, ego autem vt cū Apul. loquar hæc solia artis esse dixi, & nugas meras, & defendi contrariam partem. Quia ille cui factum fuit pactum de retrouen. intra annum puta potest facere & non facere, obligatus autem non est, vt hic voluit Bald. & Cor. in consi. 133. lib. 1. facit tex. in l. qui pecunia. ff. si cert. pet. & in l. pe. ff. quæ res pign. obl. pos. propterea ex parte ipsius nolentis redimere nullum est iuramētum oppositum super redemptione intra tale tempus facienda. sed bene ex parte concedentis dilationem, ideo si princeps secularis huic volenti redimere, tempus proroget, non dicitur ad actum iuratum manum apponere, quod est subtile. & ideo sis cautus, vt in instrumento pacti de retrouē. poni facias quòd lapso tēpore ad redimendum concesso, nullo modo possit vēditor redimere, si enim tunc partes iurarent pręmissa omnia attendere, & inuiolabiliter obseruare. actus diceretur iuratus etiā à volente redimere, & rescr. principis secularis dantis dilationem stantibus p̄dictis eidem de iure non prodesset. Sed vtrum pro tem-

144 pore cōcessę dilationis à principe † current vsurę vel interesse. Alex. in præallega. consi. 216. col. 3. post Cyn. tenet quòd non, quia princeps absque causa modicè potest lędere. d. l. quoties. In contrarium videtur veritas, quia satis est quòd debitor habet dilationem absque partis interesse. & præiudicio, facit tex. in l. 2. in §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico quem tex. dicit Ancha. in consi. 161. col. fin. subintelligi semper clausulam, saluo iure tertij, de quo etiam per Dec. in con. 580. & 699. vno casu saluari potest Alexand. vt videbis per Saly. in d. l. quo-

145 ties † dicitque Fel. in c. ita quorundā ad finem de iudæ. quòd si Princeps alicui per annum immunitatem cōcessit propter tempestatem, & vim maiorem quam passus fuit. Si illo anno pendente iterum impetret dilationē propter domus combustæ incendium, & damnum, quòd annus secōdo loco datus currere incipiet elapso primo anno, faciunt quæ scribit Guido papæ in q. 97. & 109. dum ponit à quo tempore incipiat currere tempus dictæ dilationis, & an extēdatur ad futuros creditores, & ad debitū exequibile virtute sententiæ regalis senatus.

146 Est etiam aduertendum † quod debitor prædictā dilationem impetrans ea gaudere nō potest, nisi coram iudice cōfiteatur debitum secundum quosdam argu. l. si debitor. ff. de iudic. ego allego casum in l. pen. ff. qui bo. ced. poss. Item & cautionem idoneam præstet de soluēdo aduenient e termino prorogato. l. vniuersa C. de precibus impe. offeren. quod limita eleganter, vt per Bal. nouel. in tracta. de dote char. 47. ver. 12. speciale nisi ob paupertatem concessa fuisset dilatio, vt ibi per eum.

147 Xxxv. quæro † vtrum ille qui tenetur retrouen. possit à principe liberationem & remisionem pacti impetrare & sic in manu Principis sit ipsum pactū de retrouendendo per rescriptū remittere text. d. l. quoties probat, quod non, vide text. in l. si à te infra hoc eo. tit. ibi remitti hanc conuentionem rescripto nostro non iure petis. & in l. 4. C. de rescind. vend. & Alex. in consi. 47 lib. 7.

148 Xxxvi. quæstio † tutor nomine pupilli emit fundū, & fecit pactum de retrouē. An minor tale pactum seruare teneatur Pau. de Cast. & Ias. in l. in autē dominicam p illum text. ff. de pact. quē legunt cum §. si. l. præcedētis cōtra iuris regulas determinant, quòd sic quia minor rem cū suis qualitatibus, & (vt dicitur) ossibus, & spinellis acceptare debet. l. cū quæritur. ff. de admi. tut. & l. Caius. ff. de manumis. tit. generali. & pulchrè scribit Pau. de Cast. in consi. 263. si ille Nerius in antiquis Soz. in consil. 125. col. 2. lib. 3. & Lanc. deci. ad fini. l. 3. C. de pac. & tradit late Cur. iunior. in cōsi. 146. cum seq. & Mod. de fano in tract. de pigno. fol. 30. col. 1. nu. 59. cum seq. dicēs post Paul. de Cast. & Ias. præall. illud intelligi quando tale pactum in contractus initio vel saltē ante traditionē rei venditę appositum fuisset, secus si post rei traditionem. vt et per Gozadi. Bonon. in consi. 16. ampliando, vt p Rui. in l. 3. de dona. & Gra. c. 1. cuius tamen opinionem non firmo.

Sed si minor ipse etiam adductus sine curatore aut etiam

149 cum curatore † fundū accepisset, cū pacto de retrouen. non subsisteret tale pactū, nec minor seruare illud teneretur. ita Ioā. and. in rub. de pact. in additio. ad spe. Ange. Aret. institu. de auct. tu. ad h. principij p. l. si ad resoluendum C. de pdijs min. sequit. Fabia. de monte. S. Sauini in tract. de emptio. & venditio. in 7. q. principi. col. 2. allegā. text.

text.l. primæ in §. fi. cum leg.seq.ff. de rebus eorum, vbi minor nõ potest obligare ex pacto rem emptam vt vẽditor illá retineat loco pignoris donec fuerit solutum pretium, approbat Curt.iunio.in cõsi.146.& Ludo.Gozad. non faciens tñ de p̃dictis scribentibus mentionem in cõsi.sup.alleg.sed & si Ioan.and.fuerit fons & tuba iuris canonici tamen labitur, quia ex quo pactum est factum cũ ipso contractu, si minor vult acceptare contractum, pariter debet acceptare pactum d.l. cum quæritur & lex si ad resoluendum loquitur quando post acquisitum dominium legem rescisionis minor apponeret, & pariter.l. 1.in fi.ff.de rebus eorum.in similibus terminis.sed quando ab initio obligationi, & cõtractui annexum est pactũ secus, quia minorem ad obseruantiá videtur astringere si contractum velit valere text.est in l.2.ff.de rebus eorũ, hocq; vult Saly.in d.l.si ad resoluendum, & in l.non solũ eo. ti. quia ex quo contractus est reciprocus censetur indiuiduus, & non potest separari fauorabile à præiudiciali vt ibi.& d.l.1.corrigit finem l. p̃cedẽtis in pubere verò tale pactum faciente cum iuramento dubium non esset quin ad obseruantiam teneretur auc.sacramenta puberũ C.si aduer.ven.cum ibi per scriben.no.& per Deci.in cõsi.31.col.1. & consi. 45. & in casibus præmissis ad distractionem auctoritas presidis vel decretum iudicis non exi-

150 geretur p.l.primam. C. quando decr. opus non est † ad cuius declarationem & intelligentiam videbis Alex.cõsi. 215.lib.6.Ias.in l.qui Romæ.in §. cohæredes col. pen. in principio.ff.de verbo.obligatio.& in l.a.ff.de officio eius & in l. 1.in §.fuit quæsitum ad fi ff.ad trebel.Curt.in l.singularia.col.4.ff.si cer.pet.& tex.in l. fi.C. si quis ignorans rem minoris esse Bald.nouel.in trac.de dote fol.25 in speciali, 58. Parisium in consi. 69. & 97. libr. 1. Matthæ. de afflict.in decisione regni.87.& 249.Ias. cõsi.48.lib.1.Cur. iuniorem in consi. 29.col.5.& consi.53.Dec.consi.556.& 558.Cassen.vltramontanum in consi. 55. nu. 41. & Gui-

151 donem papæ in q.311.ad fi. † vbi ponit vtrum decretum & aliæ sollemnitates necessariæ in alienatione rerum minorum, requirãtur in alienatione bonorum pupilli, quæ fit per creditorem habẽtem dicta bona sibi obligata. ac etiá in distractione quę fit in causa iudicati. De qua materia vide etiam Barto.in l.papin.in §.sed nec impuberis, colu. 2.ff.de inoffi.testa. Bald.in l.1.C.de præsc 30.ann.Ange.in consi.324.in nouis Rom.in consi.321. Pau.de Ca.in l.fi. per illum text.supra si propter publ.pensit. Imol. in cõsi. 99.omnes scriben.in l.4.C.de fide instru.lib. 10. Fabia.in trac.de emp.& vẽd.col.11.& 12.Firm.in tract. in gabellis. in secunda parte col. 4.& seq. vbi latè de subhastatione, & quando requiratur, de quo etiam per Mod.de fano. in trac.de pigno.ad fi. primi membri sextæ partis principalis, & Parisium consi. 99. col. 2. lib. 1. vbi dicunt illam requiri in alienatione rei minoris, aliàs q̃ est ipso iure nulla etiam quòd interuenerit decretum iudicis.

152 Xxxvi.quæstio † promisisti mihi fundum retrouendere intra annos sex, cum termino anni ad soluẽdum, à quo tempore annus incipiet currere? videtur secũdum Mod. bonon.hic in 7.q.quòd à die promissionis de retrouend. per tex.in §.biduum.l.1.ff. quando appel.sit vbi dicitur tẽpus datum ad appell. currere à die latę sententiæ, posteà quęritur si sub condi.sit lata an currat statim, vel à die existentis conditionis & respondetur statim currere. pariter ergo in q. nostra tempus currere incipiet à die promissionis de retrouen.& consequenter statim.

Sed contrarium determinant, quòd tempus dicti anni à die vltimę perfectionis contractus, videlicet traditionis rei currere incipiet per tex.not.in l.talis.ff. de iure do. vbi si sit facta p̃missio dotis dandę in anno proximo ex die nuptiarum annus curret.ergo, & hic ex die rei traditę post retrouenditionem, quando enim terminus assignatus est respectiuus certæ causæ requirit causam illá prius existere, aliàs non incipit terminus currere vt per tex.d.l. talis dicunt Bal.& Flo.in d.l.si cui leget. sed terminus anni est respectiuus propter retrouenditionem reique traditionem, ergo currere non incipiet nisi prius causa ista existat excepto quod taliter essent exp̃ssa verba vt subauditio fieri non posset puta cum termino soluendi hinc ad annum, vel esset appositum tẽpus in specie in termino ad quem veluti vsque ad calendas Ianuarias. tunc enim curreret terminus à tempore factæ dispositionis, vt per Aretin.& Ias.in d.l.si cui colum.fin.

Ad §. biduum respon. esse ibi speciale in sententia p̃p auctoritatem rei iudicatę, aliàs non.l.pe.in §.1.ff.de excu. tut.vbi tutori sub conditione dato, non à die creationis, sed existentis conditionis tempus excusationis currere incipit.quibus adde Soz. in l.si in diem in princi. ff. de condi.& demon.& ea quæ consuluerunt Alexan.in consi.61. 146.& 147.in 5.vo.& Ru.in cõ.63.li.5.à quo p̃dicti Mo. ea q̃ addunt sumpsere, & transcripserunt tacito auctore.

153 Xxxvii. quæstio † An in casu p̃cedentis articuli dũ fuit dictum tempus soluendi incipere currere à die vltimæ p̃fectionis contractus, & sic traditionis rei si vendidi & constitui me tuo nomine possider̃, statim incipiat tẽpus, quod videretur quum per constitutum ciuilis, & naturalis nãsceratur possessio.l. quod meo cũ no. ff. de acq. poss. & sic cõtractus p̃fectione vltima absolutus dicatur.

Contrarium tamen hic determinant Mod.bonó.in 8. q.eo quia p̃ constitutum non dicitur res tradi, sed p̃ tradita habetur, vt per gl.& Bal.in l.ab emptione ff.de pact. venditor autem ad tradendum tenetur actione ex vendito le. ex empto ff. de actio. emp. ergo venditor quod se emptoris nomine possidere constituit liberatus non erit nisi actualiter tradat & consequenter contractus perfectus nõ dicitur vt tempus currere incipiat.& ita punctualiter dicunt tenere Alexan. in cons. 28.col.2.lib.2.

Sed pars prima verior mihi videt̃, quia virtute constituti p̃dicti vẽditor penitus liberat̃ ab actione ex empto ſm gl.in d.l. ab emptione. & conueniendus est rei vendicatio. aut interdicto vti possidetis secundum communem scribentium sententiam. vt firmat Ias.in d.le.ab emptione col.6. & sic contractus dicitur absolutus perfectione vltima statim ergo tempus curret.& verba illa rem pro tradita haberi huius sunt significatus quód lex p̃inde habetur ac si verus, & naturalis actus traditionis intercessisset quum vera transferat̃ possessio. ita declarat Aret.in l. prima in §.per procuratorem col.fi.ff.de acqui.poss.

154 Xxxix.quærit̃. † An ille qui retrouendere p̃misit facta retrouen. liberatus sit, absque traditione. Mod.bonó. hic q.9.cõcludunt quòd sic, quia cõtractus sunt stricti iuris, strictęque intelligunt̃.le. quicquid astringendæ. ff. de verbo.obligatio. vnde quum vendere p̃miserit, vendendo obligationi satisfacit, maximè, quia hoc momentaneũ factum cõtinet, eo ergo impleto erit liberatus.secus in vltimis voluntatibus in hęrede iusso vendere, quia vendendo non est liberatus ab actione ex testamento, quia

155 ad tradendum tenet̃ † l.si hęres ff.de actio.emp.Bald in l.fina.j.eod.titu.& tradit Soz.in consi.133.col.2.lib.1.rationem differentię assignans quoniam si ille cui vendere, ex vltima voluntate quis obligatur ad rem tradendam ex testamento actionem habet aliquid consequitur plusquam si ex empto actionem habeat; quia pro legato, & eius satisfactione tacita oritur hypotheca, & ipso iure ex legato dominium transfertur secundum Bal. in §. agri plagam.l.vxorem.ff. de lega. 3. quę duo non competunt emptori ex solo emptionis & venditionis contractu, quę quidem ratio in contractibus locum non habet, iura autem naturam imitantur & superflua non introducunt remedia.l.pe. ff. de calumnia.vnde si ex p̃missione de retrouen.oriretur actio, ad rem tradendum vltra actionem ex empto nulla resultaret vtilitas.Satis igitur est ad tradẽdum rem ex empto actionem dari.

Sed si esset oblatio de restituendo, vel reddendo rem vt in l.nostra erat, dicunt præfati, quòd non liberetur facta venditione, sed rem tradere, & dominium transferre

teneretur, quia verba istud sonát. verùtamen vt subtiliter dixit Aret. in consil. 6. ad fi. t. dubij, nulla hoc casu fieri debet venditio. sed simpliciter agitur ad rem ex pacto. in t. contractu apposito, vt latius declaratū fuit in 3. notabili.

156 XI. quæritur. † promisisti mihi fundum retrouendere, extat statutum in loco quod stationarij seu publicani super venditionibus arbitrium habeant, si de hoc inter te & me sit cõtrouersia. vtrum ad stationariorum arbitriū causa spectabit? Dic quod nõ, quia aliud est vẽditio, aliud pactum de venden. seu retrouen. gl. in l. bonæ fi. ff. de eo quòd certo loco per quam ita ibi decidit Albert. de rosa. & Ias. in 2. col. faciunt quæ scribit Alexand. in consi. 45. volu. 5. & Ruin. in consi. 79. lib. 2.

157 XII. loco quæritur † A me fundum emisti pro te, & fratre minore, postmodū ex interuallo promisisti mihi illum in perpetuum retrouendere, & hanc promissionē de retrouenden. ratificari facere per fratrem tuum, quū erit legitimæ ætatis sub pęna centum ducatorum, ætas

158 legitima censetur esse † completo vigesimoquinto ann. l. fin. C. de his qui ven. ęta. impe. si ratificari feceris post dictum tempus, & sic promissionem non adimpleueris, vtrum absque alia interpellatione pęnam incurras? videbatur, quod sic, quia est apposita dies, quæ pro homine interpellat. l. magnam C. de contrahen. & cõmitten. stipu. c. potuit de locat. l. 2. C. de iure emphy.

159 In cõtrarium est veritas † quod sit necessaria interpellatio, vt incurrat pœna l. si pœna. ff. qñ dies leg. ced. tradit Bar. in l. ita stipulatus in 6. q. ff. de verb. obligatione. censuit Aret. in consi. 72. præsupponitur, col. fin. & latius De. in consi. 2. & 323. & Moder. Taur. in l. vinum, col. 4. ff. si

160 cer. pet. & respondent prælati. † ad regulam d. l. magnā quod procedit quando ante diem nata est obligatio, vt in casu nostro. Euentus enim cõditionis non constituit in mora, quia esset iniquum quem eodem puncto temporis obligari, & in mora constitui, vt ibi per eos.

161 XIII quæro. † die. 6. mensis Nouemb. anni præteriti MDXL. fundū tibi vendidi quem mihi retrouendere promisisti hinc ad tres annos. Intra tamen festum Sancti Martini, & natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI. An de anno MDXLIII. in prędictum tempus retrouen. tenearis? videretur quòd sic, alias non haberem annos tres ad redimendum, ex mente ergo contrahentium. quæ consideranda est & attendenda. l. si venditione. vbi; gl. pen. ff. communia prædio. cum traditis per Alexand; consi. 34. ad fin. volumine. 2. & Dec. consi. 955. & 697. & est optimus text. in l. fin. C. quę res pig. oblig. po. videtur quòd tali tempore redimere possim.

Vidi iam ter in contingentia facti hunc casum & contrariam partem dixi esse veriorem, quia aliàs non esset redimere intra annos tres iuxta pacti tenorem, quum tertius annus finiatur die. 9. mensis. Nouemb. ann. 1543. intra festa ergo S. Martini & Dominicę natiuitatis eiusdē anni redimere non possum, quia post annos tres redimerem. Est enim festum S. Martini. 11. Nouemb. & sic post diem. 6. Nouemb. & redimendi facultas ad tempus concessa eo tempore lapso non durat, & est text. hic & in no. dictum fuit. Redimere itaque tantum potero, de anno 1542. intra dicta festa; si vltimum terminum expectare voluero. Nec obstat quod secundum hanc intelligentiā tres annos ad redimendum non haberem, quia imo habeo intra prędicta festa, videlicet. potero enim intra prędictos terminos redimere de anno celebratę vẽditionis 1540. & duobus annis sequentibus, sicque annos tres ad redimendum habeo, nõ in qualibet parte anni, sed intra tempora pręscripta, iuxta formam conuentionis. Et pro confirmatione huiusce sententiæ põdera etiam virtutē, ac vim illius aduerbij hinc ad tres annos, quę importat, et significat tempus prædictum incipere ab illa die celebrati contractus, & finem accipere die sexta mensis. Nouēb. ann. 1543. tex. est in l. placet cum gl. in verbo ab hinc supra de sac. sanct. eccle. & consuluit pulchre Alexan. in consi. 56. lib. 6. & Sozin. in consi. 87. col. 1. volu. quarto.

162 XIIII. quæro, † promisi tibi hinc ad vnum annum proximè venturum pro eodem pretio fundum retrouen. pendente tempore rechati soluisti partem pretij post lapsum tempus anni nõ facta integrali solutione residuū velles soluere, & ad retrouẽdendum me compellere: dubitatur an possis, videtur quòd nõ, quia in tempore statuto integrum pretium nõ fuit solutum. & nõ sufficit pro parte adimplere. l. Iulia. §. offer. ff. de act. empt. l. cui fundus cum ibi no. per Bar. ff. de cõd. & demõ. tradit Ias. in l. 2. in 16. q. C. de iure empy. & in auc. qui rem: col. 5. C. de sac. sanct. eccle. dum ponit de emphyteuta deficiente in solo nummo debitę pẽsionis, quòd ab omni iure suo cadit. Ex quo ergo venditor conuentionem non seruauit, nec per eum adimpenda adimpleuit. videtur similiter e contrario, quod emptor eidem venditori conuentionem seruarē non teneatur ẽt per ea quæ traduntur, & not. in l. cum proponas, la. 2. C. de pact. & in c. peruenit el. 2. de iureiu.

Oppositum tñ consuluit Imol. in suo cõsi. 36. incipiē. in casu præmisso. determinans, quòd si tibi fundum locauerim ad annos. 10. cum pacto franchandi seu emendi certo determinatoque pretio recepta parte dicti pretij intra illud tempus post elapsum finitumque ipsum tempus, oblato residuo frãchare emereq; poteris, quia ex quo pro parte pretij pecunias recepisti perfecta censeatur venditio, quæ solo cõsensu perficitur l. 1. & 2. cum ibi not. C. quãdo licet. ab empt. disced. ita vt ab illa nequeat altera parte inuita discedi iuribus præalleg. & l. sicut. C. de act. obli. & l. in commodato §. sicut. ff. commodat residuum igitur offerens post tempus, & franchare emereq; volens vt audiẽdus, & morā purgare posse, ex quo ab emptione discedi nõ potest, per not. d. l. 2. & in l. interdum in §. fin. ff. de verborum obligationibus, & in §. fi. institu. de perpetu. & tempora. actio. venditor enim videtur actionem habere ad residuum pretij. nõ autem vt res reddatur aut relaxetur per not. in dicta. l. secunda, licet; oblato residuo, pretij, quod debetur offerri videtur, ideo debet posse mora purgari ex not. per Barto. & alios in d. §. fin. secundum Imolam, & rem ad pactum de retrouendendo reducere; hanc opinionem sequuntur Moderni bonon. hic septima quæstio. pro qua sententia facit tex. in l. nõ idcirco & in l. ea cõditione, supra de rescindẽda vẽditio. & in l. in ciuile. C. de rei vẽdicatio. in quibus legibus apparet post absolutam emptionem & vẽditio. si integrum pretium nõ est solutum, ad illud, quod restat agendum esse. faciunt q̃ tradit Fabia. de monte sancti Sauini in tracta. de empt. & vendi. in 5. q. principali col. 14. cum sequẽti in versi. quarto quæritur. dum concludit quod vendere promittens & pro parte pretij aliquid recipiens, pęnitere non põt, quia ex datione tali res desinit esse integra & ab huiuscemodi cõuentione recidi nõ potest per d. l. secundam cum not, licet fateatur promittentem præcisè ad vendẽdum & tradendum non teneri sed ad interesse quia in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.

Sed & si opinio Imo. & prædictorum Mod. subtilis videatur à veritate est aliena per rationes quas supra in principio istius quæstionis adduximus.

Ad fundamentum Imo. responde, quòd cõtractus emptio. & vend. solo consensu perficitur, vèruntamē per receptionē partis pretij ante lapsum tempus retrouẽditioni præfixum sublacutum, nõ induci neq; causari illum cõsensum, nisi ante finem temporis ad redimendum præfixi potens redimere offerat residuum. tunc enim poteris emptorem ad retrouen. compellere: aliàs secus per prædicta: & vere illa. l. 2. cum no. per glo. & doct. C. quandò liceat ab emptio. disced. decepit Imol. & sequacēs, nam ibi emptio & vendit. solo consensu vt in principio. l. dicitur erat perfecta, postmodum persoluta parte preti contenti dicitur, propterea rem integram esse desinere, ideò contrario consensu non dissolui, sed esse agendum vt ibi traditur

ditur & in superioribus retuli non est itaq; solutio & re-
ceptio partis pretij quæ faciunt ibi emptionem & vendi-
tionem esse perfectam vt Imo.intellexit,sed mutuus con
sensus contrahentium qui prius hoc voluerũt & conclu-
serunt,pretij verò pro parte postmodum secta solutio be
ne facit desinere rem integram esse ita vt non possit solo
consensu dissolui prout fieri potuisset nulla parte pretij
soluta, vt ibi dicitur & ꝙ opin. Imol. sit à veritate aliena
patet,quia per promissionem de vendendo nullũ ius rea-
le & dominium acquiritur, sed solum ius personale seu
actio in personam,per quam contra promissorem nolen-
tem vendere vel retrouendere solum ad interesse agi po-
test.l.si sterilis in §.si tibi fundum.ff.de actio.empt.tradit
Ias.in l.in bonæ fidei,col.3.ff.de eo quod certo loco.ergo
falsum est ꝙ in casu prædicto perfecta & absoluta sit ven
ditio emptioque. facit etiam pro hac sententia text. l. si
quis ita in §.sententia.ff.de verbo.obligat. vbi soluens par-
tem summæ promissæ intra tempus præfixum non audi-
tur volens post lapsum terminum residuum persoluere,
qui igitur recipit partem pretij intra tempus statutum,
censetur recepisse ea mente vt residuum intra tempus cõ
uentum solueretur. vnde si pars in solutione residui defi-
ciat nulla ratio dictat eum compelli ad recipiendum, &
retrouendendum. nec actus agentium debent operari vl
tra eorum intentionem.l.non omnis cum ibi no.ff.si cer.
petat.facit glo.not. in l.tale pactum in fin. ff.de pact. pro
qua est text.in l.mulier. ff.ad Trebel.secundum Aquens.
ibi tenebitur tamen emptor qui partem pretij recipit, &
lapso tempore non vult retrouendere, pretium prædi-
ctum restituere vt statim dicam.

163 Et prædicta faciunt ad not.quæstionem † quam aliàs
vidi in contingentia facti per transactionem. Titius cesse
rat & remiserat omnia iura quæ super talibus bonis habe
bat & habere prætendebat,& mediante summa quingen
torum aureorum soluẽdorum infra quindecim dies.quo
rum partem receperat ante lapsum tempus dictorum
quindecim dierum,an post mensem residuum solui pos-
sit non obstãte exceptione inobseruantiæ? ex quo enim
partem creditor recepit, sicque res non est integra uide-
batur cogi posse residuum recipere quemadmodum in
casu Imo. secundum illum dicebatur.

164 Sed veritas est ad oppo.† quia non sufficit transactio-
nem pro parte implere etiam soluẽdo maiorem partem
pretij.§.offerri cum alijs. s.in princ.alleg. & accumulatis
per Parp.in repet.l.si quis maior in 11.q. C.de transact.&
Aret.consi.96.in præsenti col.fi. facit gl. no.in l.res bona
fide.ff.de contrahen.emptio.& text.in præallegato.§.Scia
cum ibi not.per Ias. & sic ei qui in tempore statuto inte-
grum pretium non persoluit inobseruantiæ obstat exce
ptio iuribus præalleg.

Ad decisionem Imo.respõ. ꝙ non est vera vt s.dictum
fuit, præterea licet esset verum non refragaretur, quia in
casu.Imo. venditio propter consensum partium erat per
fecta, prout ipse intellexit.ego tamen contrarium tenui,
ideò nimirum si discedi à contractu inuitis partibus non
potest,verum sufficit residuum soluere, secus in casu isto
vbi perfectum requiritur implementum. & nihil actum
censetur, quum aliquid super est agendum.l.penul.cum
ibi no.C.ad sylla.

Obijciens verò exceptionem inobseruãtiæ partem pe
cuniæ solutam restituere tenebitur arg. §.fina.l.dotis fru
ctus.ff.de iur.dot.& eorum quæ scribit Soz.in consi.170.
col.4. vol.2. item quia repugnaret lex naturæ prohibens
quem fieri locupletiorem cum iactura & damno proxi-
mi.l.iure naturæ de reg.iur.si enim accepta non restitue-
ret qui non vult obseruare contractum ob præambulam
partis in obseruantiã, liberaretur ab obseruantia contra-
ctus,& nihilominus accepta lucro sibi cederent in nimiã
partis iacturam,& si dicas esse eidem imputandum si sua
culpa damnum sentiat non implendo promissa per regu
lam.c.damnũ de reg. iu.in sexto,& l.& qs.ff.de eo.ti.reip.
ex sufficere ꝙ propter inobseruãtiam possit quis à parte
compelli ad obseruantiam contractus, & probari dam-
num,& interesse per iuramentum contra frangentem fi-
dem secundum Signorol.in consi.187.in q.col.3.discede
reque si voluerit ab ipso contractu. d.l.cum proponas ad
quod vide Abbas in c.cum inter.R.colum.4.de elect.ubi
no. scribit ꝙ in contractibus innominatis facio vt facias
postquam quis impleuit contractum pro parte sua dupli
cem modum agẽdi contra aduersarium habet, si pro par
te eius contractum adimplere recuset. potest enim agere
actione in factum vt adimpleat, item põt repetere quod
dedit tanquam datum ob causam causa non secuta.l.1.ff.
de rerum permutat.& toto tit. ff.de condict.ob causam:
redireque poterit ad ius suum pristinum aduersario no-
lente conuentionem obseruare, dicit Abb.Rursus nõ est
lex quæ dicat datum solutaq; amitti, & dantem illorum
priuationem incurrere propter inobseruãtiam, ergo nec
nos id dicere debemus, quum pœna priuationis locum
non habeat nisi in casibus à iure expressis. §. cum igitur
in authen.de non eli. secundo nubend. cum similibus de
quibus per scribend.in l.si quis maior vbi dixi in secunda
quæst. supra de transactio. & quum de pœna agatur hæc
pars vt benignior eligi & præferri debet. l.si præses.l.pen.
ff.de poen.cap.odia de reg.iur. in sexto. Accedat ꝙ pœna
priuationis propter inobseruantiam solum à iure infligi-
tur ob violatam religionem iuramenti in transactione ap
positi.d.l.si quis maior.si igitur in transactione non adsit
iuramentum satis esse suadetur illum cui obseruatum
non fuit ad ipsius contractus obseruantiam non teneri.d.
l.cum proponas.

165 Et quãuis in principio istius articuli dixerimus † em-
phyteutam deficientem in solutione vnius nummi debi-
tæ pensionis à iure suo cadere, hoc tamen non procedit
quando pensio est no.quantitatis per Ias.in l.in executio
ne in §.item si ita.ff.de verb.obl. vbi quicquid aliàs tenue
rit huic opinioni tanquam æquiori adhæret de quo etiã
per Matth de Afflict.in decisione regni.80.

166 Quadragesimoquartò quæro, † Emit Sempronius
fundum quem venditori locauit ad annos 10. cum pote-
state franchandi,idest redimendi fundum tali pretio,in-
de Titio eius credita legauit,vtrum in legato id ius Fran-
chandi, seu pretium prædictum comprehendatur? Mo-
dern.Bono.hic in 10.q.dicunt consuluisse & obtinuisse ꝙ
non,quia non est illud creditum,nec ille cui debet retro
uendi est debitor ex quo emere non cogitur vt hic per
Bal.& in superioribus diximus:& hoc dubiũ habere non
videtur,sed bene econtrario quando ille qui Franchandi
potestatem habet eius credita legasset vt in 15.quæstione
dixi, item & quando conductor dictam rem intra certũ
tempus Franchare teneretur,aliàs incurreret pœnam pri-
uationis iuris sui, quia quicquid dicant præfati Modern.
hoc creditum dici potest ex quo alter rem liberare & e-
mere cogitur: ideò tunc comprehẽderetur in legato per
ea quæ scripsi in 15.q.nisi ex aliquibus coniecturis de cõ-
traria testatoris voluntate appareret, quam tunc sequi de
beremus.l.in conditionibus cum ibi no.ff.de cond.& de-
monst.l.3.vbi latè Ias.de lib.præter.& ita erat in casu rela
to per dictos Modern.

167 Quadragesimoquintò quæro † fundum abs te emptũ
sub onere certæ annuæ pensionis tibi in annos decem lo-
caui,cum facultate fundum ipsum franchandi,idest redi
mendi, pone ꝙ cecideris à iure locationis propter pen-
siones non solutas, an sis pariter priuatus iure Franchan-
di, & redimendi? pro parte affirmatiua facit, quia tale
pactum videtur esse pars locationis. l. fundi partem. ff.de
contrahen.emptio.cadens ergo è toto, & à parte cecidis-
se videtur, confirmat.per text. l.quæro in §.inter locato-
rem. ff. locat. vbi in contractu locationis subintelligitur
pactum si conductor pensiones soluerit, ergo si nõ solue
rit pensiones in tempore, franchare & redimere non po-
terit facit vul.regula.l.cum proponas,la secũda.C.de pac.

Sed partem negatiuam tenet Capo.in tract. de simul. contractu.in secunda præsumpt. Mod Bono. hic in vlt.q. & consuluit Barb.in consil.51.col.17.lib.1.sequitur Dec. in l.in bonæ fidei in vlt.not.3.de pact.quia licet iure cautum reperiatur quem cadere à iure locationis, & emphyteulis ob canonem non solutum.c.potuit de locat. l.2.C. de iur.emphy. non tamen reperitur quòd taliter cessans cadat à iure redimendi:quum ergo lex talem pœnam nõ imponat,nec nos imponere debemus. §.pœna de pœnit. dist.1.glo.in c.fi. de iu.patro. §.cum igitur in authen. de non elig.secundo nub.meliorationes tamen non cogitur vendere vt per Modern.Medio.in d.l.petens in fin.

Ad alle.in opposi.resp.quod istud pactum Franchandi est diuersum à contractu locationis & venditionis,& est potius pars contractus venditionis quàm locationis, & ille subauditus sensus dummodò pensio soluatur respicit locationem tm̃, seu pactum de non extollendo ab ea sicq; non obstat dicta lex fundi partem & §. inter locatorem

168 † quem exornare poteris ex dictis Alex.in cõl.122. col. 1.lib.2.& cons.222.col.fi.in eo.& cons.106.col.4. lib.3.& cons.76.lib.5.Barb.consl.15.col.4.lib.1. cons.12.col.pen. lib.3.& cons.10.in eo.Pau.de Cast.in l.si pacto quo pœnæ §.de pact.Aret.in l.petens in fi.vbi Dec.col.7.eo.tit.& Aquens.ibidem in l.cum proponas,la secũda. procedit igitur prædicta conclusio quando in contractu venditionis: de re locanda appositum fuit pactum cum potestate Frãchaudi,quia tunc est pars venditionis.item quando incõtinenti post.ven. in contractu locationis appositum fuit pactum Franchandi,quia gratia precedentis venditionis factum censetur, facit regula. l. petens & l.in bonæ fidei supra de pactis & l.lecta ff.si cert.peta.secus autem quando locatio facta esset cum potestate Franchandi durante locatione: quia ea finita quomodocunque finiri contingat,finitur etiam potestas Franchandi,& de se patet, nisi dictum esset quòd conductor Franchare teneatur intra tempora locationis: quia istud respicit potius fauorem locatoris secundum prædictos Modern. & ad id tenetetur argum.l.actione in §.item quòd societatem.ff.pro so

169 cio.quod dubio carere videtur,† in materia verò Affiãchamentorum quę vasalli faciũt hominibus suis vide Iacob.de S.Georgio in tract.feud. in verbo quiquidem inuestiti præstiterunt iuramentum colum.18.Alexand.consil.76.lib.5.Iacob.loco præallegat.in verbo in feudum colum.4.Curtium Iuniorem,in consi.63.Matth.de Affiict. in decisione regni.397.Ias.latè in proœm.feud.in 8.diuis. vbi de feudo Francho innenies. vide etiam quæ dicam.ĵ. in 58.quæstione.

170 Quadragesimosextò loco quæritur † Emi à te fundũ æstimationis ducatorum centum, cum pacto de retrouẽdendo in perpetuum, postea ipsum tibi locaui ad rationem ducatorum quinque pro centenario, an pensio erit ducatorum quinque vel pluris seu minoris secũdum fundi æstimationem & si pluris an licita, & permissa?

Respon. pensionem dictam ad quinque pro centenario intelligi respectu pretij æstimationis fundi, eamque licitam & permissam.nam pactum de retrouendendo simpliciter factum intelligitur pro iusto pretio vt supra in 9. q.dixi, & fundus emptus incontinenti efficitur meus actuali traditione interueniente vel constituto si vendens dominus erat lege traditionibus. C. de pact. l. quòd meo cum ibi not.ff.de acquir.possess.

171 † Et si alicui locare vellem iusta pensio de iure iudicãda esset habito respectu ad æstimationem ipsius fundi & fructus eius, non autem ad pretium per me expositum, quia illud non est attendendum.l.si quos & l.si voluntate cum ibi no. supra de rescind.vend. ergo conuentio præstandæ pensionis ad rationem de quinque pro centenario intelligitur pretij, scilicet & æstimationis ipsius rei quam promisi retrouendere, vt ex dictis apparet, sicque pensio & iusta, & legitima erit.

172 Quadragesimoseptimo quæro † promisisti intra decennium fundum mihi retrouendere postmodum accepto pretio ante retrouenditionem factam tradis fundũ, an in me transferatur ita quòd fructus acquiram.iuxta l. sequuntur in §.fructus.ff.de vsucap. & §.1. l.qua ratione. ff.de acquir.rerum dom.cum not.per Sozin. in l.qui Romæ in principio in vltima col.ff.de verb.obligat. quæstio elegans est, & pulchra.

Pro parte negatiua facit,quia traditio dominium non transfert nisi præcedenti causa habili ad illius translationem.l.nunquam nuda.ff.de acquiren.rerum dom.l.traditionibus, cum ibi not.supra de pact.tradit.Ias.in l.si anta columna secunda.ff.solu.matrim.dicens se ita consuluisse in ciuitate Cremonæ.

Veritas tamen est in contrarium quia licet per promissionẽ de retrouendendo non dicatur subesse causa translationis dominij de præsenti, subesse tamẽ dicitur in spe, quia virtute promissionis venditio speratur,satisq; est ad dominij translationem speratam de futuro causam subesse ob quam fit traditio,vt per Bal.in l.cõtractus, col.pe. C.de fide instru.& æquitatis ratio, propter pretij solutionem & rei traditionem dictat ut fructus lucro illius cedant ea traditione legitur promissio de retrouendendo, vt latius per Soz. in d.l.si ante, vbi se sic consuluisse scribit & iudicatum fuisse.consilium est in 2.vol.in consil.170.vbi respondet rationibus Ias. sequitur Dec. in consilio 614. columna 3. & ita etiam audiui aliàs fuisse iudicatum per senatum ducalem Taurini residentem. & habet æquitatem hæc opinio quando solutum est pretium & traditio rei secuta,vt loquuntur præfati, sed quando non est solutum pretium in rationibus, adhuc volunt præfati dominij translationem fieri, vt etiam hic per Modern.Bonon.quæstione vndecima, & Corn.consilio 74.libr.4.dicentem non secuta causa retrouenditionis, scilicet habere locum cond. ob causam, & isto casu illi cui res tradita fuit tenebitur rem cum fructibus restituere per ea quę in primo no.scripsi,& soluta parte pretij fructus pro ea parte lucrabitur vt per Sozinum in locis præallegat.Ex præ-

173 dictis habes † quòd possessio ex præcedenti titulo tradita & habita præsumitur,licet spe tãtum subsisteret,quod not.ad ampliat.l.secunda,infra de acquirend.possess.& l. quædam mulier cum gloss.fin.ff.de rei vendicatio.vbi repertus in possessione rei venditæ illam præsumitur habere ex præcedentis venditionis titulo,& de voluntate venditoris.ideò dicit Anchara. in consilio 179.visa prædicta facti narratione, quòd heres possidẽs bona testatoris virtute præcedentis testamenti possidere præsumitur, & ad legata tenetur,nisi alia causa possidẽdi subesset,ita quòd possessio citra ius,& nomen hæredis haberi posset, vt per Barto.in lege gerit,columna 5.& 6.de acquiren.hæred.& Alexand.consilio 89.vtrum emphyteusis colum.fi. lib.4. & Dec.in consilio 445. numero 34.

Limita tamen primò conclusionem glo. d.l.quædam mulier,vt per Roma.in consil.91.visis col.2.versic.his tamen non obstantibus, vbi scilicet constat eam rem esse illam,quam emi,aliàs secus,vt ibi latius per eum.

Secundò quando actus esset inhonestus & apprehensio possessionis illicita, vt per Curt.in consil. 261.colum. secunda, in tertio volumine.

Tertiò limita quando apprehẽsa fuisset possessio sciente venditore, secus si ignorante. id enim est prohibitum per d.l.secunda in fi.tradit Alexand. in consilio 86. libro 6. & in l.si ex stipulatione. ff.de verborum obligat.& Sozin.in consilio 15.columna fin. lib.4.

Limita quartò, vbi venditor ad traditionem tenebatur,aliàs secus,vt quia totum pretium solutum non erat, vel conditio adimpleta vt per Alexand.in consi.33. & 86. lib.6. quæ omnia signanda sunt ad declarationem, & intelligentiam not.glo.in d.l.quædam mulier.

174 Quadragesimooctauò quæritur † Emphyteuta sine consensu domini rem emphyteuticam distraxit cum pacto de retrouendendo,in tpe redimit, vtrum caducitatis pœnam

pœnam euitabit, videtur quòd non, propter ius domino quæsitum, quod ab eo sine suo facto auferri non potest vulg. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. secundo per l. si à me, vbi Bar. & alij scribend. not. ff. ad l. Falcid. & tradit Ripa. in l. in 4. columna ta. ad l. Falcid.

Sed in cõtrarium est veritas. quia recuperatio facta virtute dicti pacti à principio appositi, rem perinde haberi facit ac si nunquam alienata fuisset vt per Ang. & Roma. in l. sequitur in §. item Labeo. ff. de vsucap. ideò quum res illa ad eius naturam redierit non translata sed reddita cẽsetur, & in eadem qualitate & causa prout prius esse videtur vt per Praepos. in c. 1. quid iuris sit si vas. post alien. & Dec. in cons. 88. & 238. col. fi. & sic verum non est q̃ domino ius quæsitum censeatur secuta retrouenditione. Ad l. si me. s. alleg. respondet Dec. in præallega. cons. 88. & sequuntur simpliciter Mode. Bono. s in 13. q. secus quando alienatio fuisset à principio liberè facta, quia recuperatio etiam incontinenti facta à pœna caducitatis non excusaret propter ius domino quæsitum vt per Cor. in consil. 178. lib. 1. & per Ias. in l. fi. in 20. q. infra de iure emphy. limitantem vbi incontinenti restitutio rei deberet fieri virtute pacti in alienatione appositi.

Aduerte tamen nunc circa prædicta, quia ex quo emptor præcitè rem retrouẽdere non compellitur vt supra vidisti ex recuperatione subsecuta, non videtur à caducitate excusari, nisi respon. q̃ imò facta retrouenditione vt in titulo quæstionis præsupponitur, ex necessitate id factum cẽsetur, vt dicemus j. in q. 64. & adhuc apertius procederet conclusio prædicta quando verba pacti essent resolutiua contractus vt declarat Paul. de Cast. in l. ab emptione col. 1. ff. de pact.

175 Quadragesimanona quæstio erit † Si pendẽte termino rechati facta fuerint pro emptorem melioramẽta in re, an eorum ratio habenda sit, vt consequatur æstimationem eorum? dic q̃ sic per l. in fundo. & l. emptor. ff. de rei vendic. l. Colonus in prin. ff. loca. §. si vasallus cum ibi no. per doct. in tit. hic finitur lex. in vsibus feud. l. domos. ff. de lega. 1. & no. per Bal. in cons. 52. 154. 227. & 253. vol. 3. vbi dicit melioramenta ad perpetuam rei vtilitatem existentia repeti, vt etiam per Alex. & alios in d. l. domos & Fab. in tract. de empt. & vend. in 8. q. principali. col. 2. in 3. effectu & non sufficit tantum fuisse impẽsum, nisi etiam res tanti fuerit melior reddita. vnde si impẽsa de centum fuerit, melioramenta in quinquaginta: solum quinquaginta repeti possunt. & idem quando impensa de quinquaginta fuit & melioramenta in centum, vt quinquaginta tantum peti possunt præalleg. l. in fundo post prin. in ver. & si rebus vbi vult iurisconsultus quòd si maior sit vtilitas quæ accessit fundo ex impensa, quàm impensa, solum quod est impensum reputitur, & ecõtrario si maior esset impensa quàm vtilitas, non repetitur nisi æstimatio vtilitatis, & sic semper quod minus est repetitur vt tradit Pa. de Cast. in cons. j. alleg. col. 5. vnde cautus esse debes in capitulando, & dictas expensas probando vt cõcludas tam circa quantitatem expensæ quàm circa rei melioramẽta, videlicet q̃ tantum fuit impẽsum, & q̃ ob id res maioris est æstimationis aureorum centum exempli gratia, & sic oportet æstimationem vtilitatis, & melioramentorũ referre ad tempus quo restitutio petitur. d. l. domos in fin. vbi Alex. Ias. & alij notant. Et vltra dicta doctorum ibi in materia melioramentorum vide Alex. consi. 154. lib. 6. & in d. l. domos Ias. in l. 2. in 7. no. C. de iur. emphy. & in cõs. 17. vol. 1. Pau. de Cast. cons. 324. viso puncto in tertio dubio vbi pulchrè de expensa facta in plantãdis arboribus, an & quomodo repeti possit, & de materia latius vide Brunum in consi. 106. ad fin. Moder. de Fano in tracta. de pigno. fol. 48. & Curt. Iuniorem in consil. 144. & 165. col. pen. & fin. vbi pulchrè quales esse debeant testes deponentes & super melioramentis.

Aliquando inter emptorem & venditorem conuenitur ne vltra talem summam in melioramentis expendi possit, & si secus fiat in casu retrouenditionis repeti nequeat, & seruandum est tunc pactum.

176 Quinquagesimò quæritur † statuto cauetur, vt ponit Alex. in cons. 52. lib. 1. q̃ volens rem patrimonialem alienare, proximiores agnatos debeat requirere, alijsq; præsertim, aliàs non valeat alienatio & ab agnato qui requirendus fuerat, res possit recuperari, vtrum locum sibi vendicet in re patrimoniali alienata cum pacto de retrouendendo, & postea recuperata? videtur quod non quia qualitas bonorum videtur alterata, vt patrimonialia non dicantur amplius bona, quia penes recuperantes ex noua causa venditionis esse videntur. arg. tex. no. in l. si à me. ff. ad l. Falc. vbi res recuperata apud recuperantem eo iure quo prius erat non dicitur esse. ideò decidit ibi Bart. ut latius prosequitur Alexand. quòd emphyteuta qui rem venditam recuperauit, à caducitate non liberatur. nec euadit pœnam quam per alienationem incurrit.

Oppositum tamen tenendum est, quia ex quo virtute 177 pacti de retrouendendo, † recuperata fuere bona, quasi tatem suam retinent, vt patrimonialia dicantur, quia retrouenditio illa necessaria fuit, & ad propriam eorum naturam bona ipsa redierunt. arg. l. si vnus in §. pactus ne peteret. in versi. quòd in specie. ff. de pact. ibi formæ suæ reddantur cum similibus, non enim translata, videntur sed reddita. Et origo ac prima causa inspicitur. l. qui id q̃, in princ. ff. de don. scripsi in rubr. ff. de orig. iur.

Accedat decisio Bar. per illũ tex. in l. in diem. ff. de aqua plu. arce. ponit ibi quòd vbi facta est alicui venditio cum pacto de retrouendendo, venditor ad quem res vendita virtute dicti pacti reuertitur, libere debet eam recuperare. ideò si emptor tempore quo ret apud eum fuit, rem obligauerit facta retrouenditione hypothecæ iut resoluitur, ex quo colligi potest rem virtute dicti pacti recuperatam in eadem causa & qualitate videri apud venditorem esse, quibus ante venditionem fuit, nec iudicari tanquam rem de nouo acquisitam, ut etiam per Deci. in consil. 53. colum. 1. statutum igitur prædictum habebit locum in re patrimoniali alienata & inde virtute dicti pacti recuperata.

Non obstat d. l. si à me cum ibi nota, per Bartol. & alios quia alienatio fuit simpliciter & liberè facta, & ex uoluntate emptoris res ibi recuperatur, merito in pœnam incidit. secus quando emphyteuta alienatam rem recuperauit virtute pacti tempore alienationis appositi. tunc non incidit in pœnam, quia perinde habetur ac si res nunquã alienata fuisset. ita notat Bald. in l. ab emptione. ff. de pac. aliter etiam ad illum tex. d. l. si à me respondet Dec. in cõsil. 88. colum. 2. concurrens soluendo in opinionem prædictam: faciunt scripta per eundem in consil. 238. col. fin. & in 94. quæstione, referam.

178 Quinquagesimoprimò loco quæritur, † Emptor rem retrouendere intra annum si licentiam à tali domino obtinuerit sub pœna promisit, ante habitam licentiam pendente tempore alteri vendidit, vtrum in pœnam incidat? & si prima facie hoc minimè dicendum videatur ex quo promissio conditionalis fuit, & ante conditionem necesse non venit dies. l. cedere diem. ff. de verb. sign.

179 Tamen veritas esse in oppositum videtur, † quia per expromissorem factum fuit quominus conditio illa effectum sortiri posset, quo casu pro impleta habetur. sicque contra eum committitur stipulatio. l. Labeo, in fin. ff. de contrahen. empt. & l. iure ciuili. ff. de condi. & demonstr. & concordant Moder. Bono. hic 15. q. adducentes consilium Bald. quod non reperio.

180 Quinquagesimosecundò quæro † De modo probandi pactum de retrouendendo vbi instrumentũ non adest in promptu, Dicas duobus probari testibus per vulga. regulam. l. vbi numerus. ff. de testib. & in c. in omni negotio etiam test. & si semiplenè fuerit probatum, defertur iuramentum suppletiuum, fama etiam cum vno teste tale pactũ probat vt per Pau. de Ca. in cons. 287. viso processu in

antiquis & in conf.331.Alex.in conf.122.lib.2. Imol.cõf. 92.Deci.confi.18.col.fi.& per Seuerinum in repet.l.admo nendi.col.79. ff.de iureiurando vbi post Lapum dicit q̃ si plenè fuerit probatum pactum de retrouendendo cum pretij modicitate,super tertio requisito de solito fœnera ri, si agatur de probando contractum illicitum non de fertur iuramentum suppletiuum. vide etiam Ias.consi.43. lib.1.Hippol. de Marsi. in l. de minore in §. plurimũ col. 15.de quæst.& Mod Bonon.hic in 19.q.

181 Quinquagesimotertiò quæro,† vendidi tibi fundum promisisti illum non vendere alteri nisi mihi: an contra te vt retrouendas agere possim,& dicas ad vendendũ seu retrouendendum te mihi non teneri nisi alteri velis vendere per doctrinam Bartol. & aliorum in l.actione. C.de transact.& in l.si eum.in §.fin.ff.si quis caut.vbi limitant quando res tempore conuentionis fuisset venalis, aut facta fuisset promissio per verba obligationem sapientia,& si contingat alteri vendere, contra promittentem ad interesse agi poterit.l.si sterilis in §.pen. ff.de act.empt.

182 Quinquagesimoquartò quæro † vtrum emẽs nemus aut syluam cum pacto de retrouen.si ante retrouenditio nem nemus vel syluam cędere & extirpare possit: resp.di stinguendo vt per Bar. Veronen.in tract. de seru.rust.prædiorum in cap.de montibus.quæst.6.faciunt quæ no.scri bit Pichus in repetitione.§. Titia.quæst.36.in illo articulo vtrum mulier vsufructuaria arbores cædere possit. em

183 phyteuta autem † syluam extirpare nequit, etiã quòd vineam ibi velit plantare ne rei forma mutetur,vt per Bri xien.in suo repertorio in verbo emphyteusis colum.fina. Bald.in l.1.infra.de iure emphyte. vbi etiam Iaso.colum. penult.& fina.

184 Quinquagesimoquintò quæro † obligatus retrouendere videns in fine anni venditorem ad redimendum accinctum præmature colligit vuas non collecturus si sciuisset venditorem non redempturum, an redimenti in aliquo teneatur Mod.Bonon.hic in 23.q.dicunt q̃ sic argum.gl.in l.pe. ff.de vsufr.lega. quæ voluit q̃ colonus qui nũmis colit, si in vltimo mẽse locationis colligit fructus præcoces vt eos nõ habeat dominus, ad interesse teneatur, adde tex.not.in l.si seruus seruum in §.si oliuam immatu

185 ram.ff.ad l.Aquil.& Lanc.Dec.in l.pen.in prin. † vbi dicit quòd cõsanguineus clerici de proximo morituri colligens fructus immaturos ne illos habeat successor, teneturipsi successori in beneficio per illam glo.

186 Quinquagesimosextò quæritur † intra tempus rechati egi contra te dicendo cõtractum venditionis nullum, processus vltra dictum tempus rechati protrahitur, tandem succubui quum fuerit pronunciatum venditionem valuisse, & valere: modo vellem redimere quid iuris? si istam credulitatem habui circa nullitatem cõtractus pos sum,aliàs secus per tex.in l.2.in §.non solum.ff.ad l reb. & in simil.ib.post Bald.& alios scribit Ias. in l.contra maiores in fi.Š.de inoffic.testam.Bald.in l.1.car.pen. col.4. versic.item natura contrarium.Š.de accusat.Anch. consi. 36.col.fi.Raph.Comen.consi.36.Pau.de Cast.in l.h.ad fi. supra de or.cognit.Aret.pulchre in c.vltra tertiam.col.5. de testib. Perusinus in c.cupientes in §. per viginti col.2. de elect.in sexto Barb.consi.43.col.8.lib.1.& consi.37.col. pen.lib.2.Felyn.in c.ex ratione colum.1.de appellat. Na ta latè in repetit.clement.sæpe in §.& quia in glo.post da tionem de verb.sig. Io.Fab. in §.qui autem instit.de exc. tut. in quibus locis plures similes quæstiones inuenies.

187 Quinquagesimoseptimo loco inuestigabimus † an quis nudo pacto obligetur ad retrouendendũ, & id co gi possit.Responde q̃ non, sed requiri q̃ iuxta contractũ incontinenti fiat.l.petens,& l.in bonæ fidei supra de pac. & l.lecta.ff.si cer.pet.& si fiat ex interuallo requiritur stipulatio, quia licet nudo consensu fiat & ex eo contractu oriatur actio.l.consensu.ff.de actio.& obligat.tamen pro missio de vendendo,& retrouendendo nuda conuentione facta actionem nõ producit, differunt enim prædicta vt latius declarat Sozin.in consi.253.col.2.sequuntur hic simpliciter Mod.Bonon.in q.38.dicentes q̃ si reperiatur eodem die coram eisdem testibus factum pactum præsu mitur incontinenti factũ,vt per Cœp.in tit.de præsump. contract.in secunda præsumptione primi casus principa lis de quo vide Curt.in consi.55.col.2.& 3.Soz.in loco pręallegato Deci.in d.l.petens in 2.not.& in consi.235.col.2. Alex. consi.122.lib.2.ponentem quomodo testes examinati probent pactum per stipu.factum fuisse.quæ omnia limita ex dicendis.s.in q.79.

188 Quinquagesimooctauò quæro † Certum est q̃ remanens in conductione post impletam & finitam locationem videtur rem reconducere ad annum si prædium sit rusticum,si verò vrbanum eatenus quatenus inhabitauerit.l.item quęritur.§.qui impleto.ff.loca.pone q̃ in locatione locator conductori promiserit rem retrouendere intra tpś locationis, vtrum relocatio tacito cõsensu facta intelligatur cum facultate rem franchandi seu redimẽdi.

Pro parte affirmatiua facit tex.ipsius.§.qui impleto,& l.lecta cum ibi not.q̃ prorogatio termini cum omnibus suis qualitatibus facta intelligitur. item quia dictum pactum censetur pars contractus.l.fundi partem.ff.de contrah.empt.ergo reuocata locatione etiam pactum renouabitur tanquàm pars ipsius locationis.

Partem negatiuam tenent hic Mod.Bonon.q.31.quia obligatus ad tempus puta retrouendere intra tempus locationis, eo finito nõ tenetur lege cũ qui in §. qui ita vbi Bar.& scrib.ff.de verb.obl.secundò quia patientia præstita in illa locatione tacita,& reconductione non operatur neque se extẽdit vbi de graui agitur præiudicio seu de dominio transferendo secundum Bald.in d.§.qui impleto, ergo non vendicabit sibi locum in quæstione nostra & ita consuluit Alex.in 5.vol.consi.76.& Imol.in consil.36.

Nec obst.§. qui impleto quia (vt proximè dixi) locũ non habet in casu nostro, vbi de transferendo dominio agitur. Ad alia conantur respondere præfati Mod.sed nõ bene,ideò dicas ad regulam.l.lecta. q̃ nõ habet locum in his quæ sunt contra naturam contractus & magnam cũ eo habẽt dissimilitudinem prout est huiusmodi pactum cum contractu locationis vt per Alex.in præallegato cõs. col.2. præterea dicta regula multas instantias patitur, ut ibi per doct.si enim iuralti tali tempore soluere & proro gauerim terminum solutionis, prorogatio non intelligitur cum eodem iuramento facta per text.in c.pe.de iureiurando & ibi per doct.in not.ita hic,quia agitur de trãsferendo dominio, prorogatio non intelligitur cum illo pacto facta. Ad l.fundi partem resp.procedere quãdo pactum est correspectiuum prout loquitur ille tex.sed in casu nostro pactum non uidetur habere correlationẽ, nec respectum ad contractum quum contractus & pactum sint pro eodem,ideò non dicitur tunc pactum pars contractus vt per Dec. in d.l.in bonæ fidei in vlti.not.ex quo infero q̃ si pactum franchandi respectum & correlationem haberet ad contractum,& quia ideò cõduxisti,quia feci tibi pactum de retrouendendo, quòd isto casu propriè militaret dispositio. d.l.fundi partem quòd pactum censeretur pars contractus, & videretur relocatio & reconductio facta cum eo pacto,facit quod post Bald.scribit Dec.in d.l.lecta in 6.not. quòd prorogatio termini fit etiam cum iuramento quãdo fuit de eo cogitatum, procedit que principalis conclusio de qua supra, etiam quòd illa talis tacita relocatio per statutum induceretur,& maximè quando conductor ex sui parte contractum primæ conductionis non adimpleuisset vel actum esset q̃ finito tempore primæ locationis nullo modo intelligatur facta relocatio,etiam nõ secuta protestatione, aut aliter appareret renunciatum beneficio. d. §. qui impleto, ut per Alex. & præfatos Moder. vbi supra: & ultra eorum dicta ad ornamẽtum,& materiam præallegati.§. qui impleto uide eundem Alex. in consil.17.colum.pen. & consil.28. vol.4.Signoro.in consi.32.col.4.Corn.in consi.347.lib.1. Barb.

Barb.in consil.31.vol.5.& consil.14.col.pen.lib.2.& Soz. in cons.45.lib.2.& 17.lib.3.

189 Quinquagesimononò quæritur † An alluuione quæsitum veniat in retrouenditione facienda restituendum, & pro eodem pretio. Pau.de Cast.in consi.388.videtur dicendum.in antiquis dicit q sic, secus in augmento apparenti per tex.l.si fundi in §.huic vicinus.ff.de vsufr.vbi alluuionis vsusf. ad fructuariũ pertinet, secus in insula iuxta fundum in quo habes vsumsr.nata. cuius vsufr.ad fructuarium nõ pertinet.faciunt quæ scribunt Mod.in trac. de argumento fol.9.vers.5.conclusio,& fol.15.vers.prędicta, tamen q aucta re & ita iam multis annis præteritis hic dicebam in 27.q.inuenio nunc quòd Moder.Bonon. hic in pen.q.nulla facta mentione Pau.de Cast.nec prædictorum amplectuntur hanc partem quando promisi retrouendere fundum situm in tali loco, à te puta acquisitum pro eodem pretio per text. in §. si post emptionem, insti.de contrah.empt.& l.2.C.de peric.& commodo rei ven.idem dicunt quando prædium fuit venditum ad mẽsuram,& pro qualibet mensura pretium non fuit constitutum,sed pro toto prædio,quod est tot iugerum,vnum pretium per text.l.qui sæpe in §.in his. ff.de contrah.emptio. & l.Iul.in §.si Titius. ff. de actio.emptio. iunctis ibi dictis per Bart. volentem non censeri tunc venditionem

190 factam † ad mensuram, secus quando venditio & promissio de retrouendendo essent ad mensuram,puta vendidisti mihi talem fundum iugerum centum pretio scutorum decem pro quolibet iugere cum pacto de retrouendendo pro eodem pretio,tunc augmentum sicuti diminutio ad venditorem spectaret per d.l.2.& §.si Titius pro cuius ornamento & materiæ intelligentia vide Alex. in consil.106.cum sequenti lib.6. Decium consil.347.& 500.& ex ibi dictis habes declarationem ad id quod dictum fuit de prædio ad mensuram vendito constituto vno pretio pro toto prædio, vt non dicatur venditio facta ad mensuram quomodo intelligatur. sed hæc latius alibi. Deo fauente declarabuntur.

Sed est aduertendum, mihi enim nuper altius cogitanti contrarium indistinctè tenendum visum fuit, alluuione quæsitum non esse pro eodem pretio restituendum,& præallegata iura l.2.& §.si post emptionem, contrarium eius ad quod allegantur probare, nam si vi fluminis fundus venditus diminutus fuisset venditor in cuius est potestate redimere & nõ redimere verisimiliter non redemisset,quum nemo suum iactare præsumatur vulga.l.quum de indebito.ff.de probat.ergo ecõtrario,aucto fundo per alluuionem non debet posse petere illud augmentum,& ad eum spectat cõmodum, ad quem spectat periculum vt dicit text.in d.§.si post emptionem qui ad oppositum eo modo retorquetur, ideoq; ibi alluuione quæsitum ad emptorem spectat,quia emptio & venditio erat perfecta & rei periculum ad emptorem spectabat,pariter & emolumentum ad eum pertinere debet.sed in quæstione nostra emptio & venditio non est perfecta, imò de nouo facienda,quum sit in facultate venditoris redimere vel non redimere vt diximus,per quæ etiam patet non obstare.§. huic vicinus qui loquitur in diuersis terminis,sequitur.n. augmentum ibi naturam eius cui accrescit vt ibi per glossam.& sicuti ibi periculum diminutionis ad fructuarium spectasset,ita & augmentum spectare debet, est igitur eadem ratio augmenti & periculi in præsenti q. secus vt dixi & p consequens pro se retinere poterit illud augmentum si non vult tradere per l.pen.in fi.ff.de act.empt. ubi si in fundo vendito plura reperiãtur dolia quàm dictum fuit tempore venditionis, emptori præstanda sunt ea tan

195 tum de quibus fuit in venditione actum. † facit text.§. qui agrum.l.qui fundum.ff.de contrah.emp. vbi quod reperitur vltra mensuram in venditione dictam præstatur eodem pretio, quia ita conuentum fuerat secundũ quod ibi sentit glo.in verbo eius, secus ergo quando venditionis tempore de hoc dictum nihil fuit. nũquid autem per alluuionem mutetur iurisdictio sicuti mutatur dominium & territorium, vidi in facto quæstionem arduam quicquid dicat Bart.in tractatu tyberiadis in 6.colum vide pulcherrimum consilium collegij Papiensis inter consilia Curt.Senioris in consil.57.Cor.in consil.322.lib.1.& 282.lib.3.Sozin.consil.181.lib.3 Ioan.Fab.& Ange.Aret. in §.præterea instit.de rerum diuisione. & Ias.in consi. 146.lib.2. cuius consultatio confunditur per dicta collegij Papien.in consil.præallegato.

192 Sexagesimò quæro † stante statuto uel consuetudine q emens rem ab aliquo teneatur illam proximiori venditoris retrouendere intra annum pro eodem pretio, pono q habens vsumfru.in fundo ipsius proprietatem emerit, an cum vsufructu tenebitur proprietatem retrouendere, videretur q sic ad similitudinem incrementi alluuionis quum sit consolidatus proprietati, arg.l.item si fundi in §.huic vicinus.ff.de vsufr.secundo quia per talem acquisitionem proprietatis iure consolidationis extinctus fuit, quum in re propria haberi nõ possit.d. vti frui.ff.si vsusfr. pet.vnde licet acquisitio proprietatis resoluatur agẽte dicto propinquo ad retrouen. tamen vsusfr. extinctus non reuiuiscit,sed ad propinquum pleno iure proprietas transire debet arg.l.si tibi.ff.quibus modis vsusfru.amitt.

Oppositum verius est quia vsusfr.retineri potest prout antea promittebatur & solum tenebatur proprietatem retrouendere sicut solam emit. l.dominus. ff.de usufr.itẽ usumfr. non emit ergo non tenetur retrouendere, statutum enim loquitur de emente uel acquirente ut retrouẽdere teneatur,& licet per acquisitionem proprietatis fuerit extincta forma ususfr. non tamẽ extincta fuit substantia, quia de formali effectus est causalis, unde quum adhuc duret substantia seu eius effectus etiam emolumentum extingui non debet.l.si ex pretio. C.si cer.pet.l.1.C.si antiquior.cred.ex quibus patet solutio ad allegata in contrarium & latius respond. Pau.de Cast. quòd in terminis sic consuluit consi.388.uidetur dicendum in antiquis.

193 Sexagesimoprimò quero,† minor ex pacto uel aliter ius redimendi fundum habebat, an tutor uel curator illud remittere possit uel alienare? dic quòd non,nisi cum solennitatibus in alienationibus rerum minorum requisitis, quia idem iudicamus de actione ad rem immobilẽ competenti quod de re ipsa immobili ad quã actio com-

194 petit, † ita quòd solennitas quæ requiritur in alienatione rei immobilis pariter exigit in alienatiune talis actionis,glo.& doct.in l.j.C.si aduers.transact.latè Ang. & alij in l.1.in §.fuit quæsitum.ff.ad Trebel.Alex.consil.49.lib. 3.sicuti ergo res immobilis minorum alienari nõ potest, sine solennitatibus à iure requisitis, ita obligatio & actio ad fundum per retrouenditionem obtinendum competens sine dictis solennitatibus remitti nequit, & ita consuluit Alexand.in consil.27.col.fin.uol.3.faciunt quæ scribit Gozad.in consi.16.

An autem terminum rechati uel solutionis possit tutor prorogare dicam infra in q.202.

195 Sexagesimasecunda.q. † Executores testamenti. rem hæreditariam dum pacto de retrouendendo distraxerũt, postea iterum purè rem ipsam eisdem emptoribus uendiderunt, utrum ius redimendi remissum censeatur, ita quòd hæredes, quibus latè ius quæsitum fuerat, ex dicto pacto iuuare se nequeant?

Dicas q non, quia ius ex stipulatione primi cõtractus quæsitum non censetur ex sequenti uẽditione remissum nulla facta mentione pacti de retrouendendo. l.si tibi librum.ff.de actio.empt.facit text. l.cum de indebito.ff.de prob.& in c.super hoc de renun.ita tradit Alex. in consil. 122.uol.2.& in cons.27.uol.3.ubi quid operetur secunda uenditio de eadem re facta declarat.

196 Sexagesimatertia quęstio.† In tract.& præfationibus uenditionis dictum fuerat quòd eandem rem debeat emptor retrouendere pro eodem pretio intra tale tempus. postmodum ex interuallo secuta fuit ipsius rei uendi-

tiò purè & sine pacto aliquo, an in subsecuto venditionis contractu tale pactum repetitum censeatur? Dic quod non per tex. l. cum in plures in §. locator horrei. ff. loca. & in l. per retentionem. C. de vsur. cum gl. tradit Alex. in consil. 27. lib 3. & cons. 122. vol. 2. vbi secus ait esse quando incótinenti secutus est venditionis contractus, quia túc dicta in præfationibus censentur repetita in contractu subsecuto. l. item quia in fi. cum notatis. ff. de pact. l. Titia. §. idẽ resp. vbi Ias. plenè tradit. ff. de verb. oblig. faciunt quæ scribit Matth. de Afflic. in deci. regni 285. col. fi. Lud. Gozad. Bonon. in cons. 17. & in proposito nostro Pau. de Cast. dicens se sic consuluisse in l. 1. in §. conuentionum. ff. de pac. vel quando fuisset celebratus venditionis cótractus cum tali pacto, sed notarius ex interuallo fecisset instrumentum, quia attenderetur tempus celebrati contractus nó confecti instrumenti vt ibi per Alexand.

Quando autem incontinenti dicatur secuta venditio declarat. Curt. cons. 55. colum. secunda & tertia, & Sozin. consil. 253. colum. 2.

197 Sexagesimoquartò quæritur. † Vtrum facta retrouenditione virtute dicti pacti ius obligationis in ea re ante retrouenditionem factam cóstitutum extinguatur, Bart. in l. in diem. ff. de aqua plu. arce. determinat quòd sic per tex. l. si ex duobus. in §. sed & Marcellus. ff. de in diem addict. sequitur Paul. de Cast. in l. 2. col. 3. supra de rescind. vend. Soz. consil. 80. col. 2. libr. 3. Dec. in cons. 88. col. 2. & consil. 239. col. fin. & ff. si cert. pet. in l. si socius. Fabia. de S. Sauino in tract. de empt. & vendit. in 4. q. 7. principalis, & Modern. de Fano. in tract. pigno. fol. 34. col. 2.

Ad oppositum facit, quia quotiescunque ex voluntate venditoris fit resolutio contractus, tunc non extinguitur ius in re constitutum tex. est in l. 3. ad fi. ff. quibus modis pign. vel hyp. solu. vbi Bart. no. & eandem regulam tradit in d. l. in diem volens quòd rescisso contractu per remedium. d. l. 2. non extinguatur ius pignoris in eo constitutum, sequitur Alex. in consil. 45. col. 2. lib. 5. & Iaco. de S. Georgio in tracta. feud. in verbo. ita quòd ipsi vasalli col. pen. non enim conuenit esse in potestate pignorantis, & constituentis ius in re illud extinguere. l. id quod nostrũ. ff. de reg. iur. & l. si consensit. ff. quibus mod. pign. vel hyp. sol. sed ex pacto de retrouendendo emptor retrouendere præcisè non compellitur nec rem restituere vt supra dixi, ergo retrouendẽdo remq; restituẽdo, voluntarie agit. idcirco constitutum ius in ipsa re extingui non debet.

Ad §. sed & Marcellus respondebam quod non loquitur in pacto de retrouendendo sed in pacto adiectionis in diem quod continet causam bonorum, idest dominij, & resolutio fit ex necessitate non ex voluntate, & in termi-

198 nis quæstionis nostræ. † Ad legem vectigali. ff. de pig. & hyp. vbi resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris re spon. quod fit resolutio facto emptoris ad id rectè non ordinato vt in casu nostro, & prout illum tex. declarat Bar. in d. l. in diem in fi. comprobantur prædicta, quia re in totum in tertium possessorem alienata ab eo auocari non potest vt in 28. q. dictum fuit, ergo nec vbi in parte altera est grauata argum. vulg. regulæ legit quæ de tota. ff. de rei vendicatione, & c. cum illorum de sentent. excom. cum glossa in capitulo cui licet de reg. iur. in 6.

Quia tamen ab opinione Bart. communiter approbata non esset recedendum, pro defensione dicendũ est quod imò ista retrouẽditio & huiuscemodi resolutio fit ex necessitate præcedentis cótractus & præambulæ promissionis de retrouendẽdo, si non vult, scilicet ad interesse teneri, potest enim nolle retrouendere si interesse vult præstare, sicq; non est omnino præcisa necessitas, est tamen causatiua, si non vult ad tale interesse teneri, ideó non dici-

199 tur voluntarié retrouendere. † Illud enim dicitur volũtarié fieri quod nulla coactione interueniente fit secundum Bal. in tract. scismatis. col. 5. per l. si quis maior. C. de transa. facit tex. c. primi & secundi 15. q. 1. dum tracta. de peccato volútario & tex. not. in l. 4. ff. de reg. iur. quod fecit ad intelligendum quãdo homicidium dicatur voluntarié commissum, & sic dicitur ex necessitate retrouendere quo casu resoluto contractu, resoluitur ius in re constitutum, facit quod dixit Bal. in d. l. 2. C. de rescin. vend. col. 9. ver. iuxta hoc quæritur quòd quando res vendita restituta fuit non voluntarié, sed ex necessitate iudicij intentáti tunc resoluitur ius pignoris. sequitur ibi Pa. de Cast. & Alex. in apostillis ad Bart. in d. l. 3. in fi. & tamen necessitas illa omninò præcisa non erat, quia poterat soluere & supplere iustum pretium iuxta terminos. d. l. 2. & plenius procederet conclusio Bart. quando facta esset prohibitio alienandi rem rechato suppositá, prout in ditione Sabaudiæ celsitudinis ex forma Ducalis decreti ad quod vide Iac. de S. Geor. in tractu. feud. loco præallegato, & melius in verbo qui quidem inuestiti col. 17. not. per Ias. in l. mãdata col. j. ff. de offic. eius & adhuc clarius quando promissio de retrouendendo iuramento confirmata esset, quod præcisè astringit vt in no. diximus.

200 Sexagesimoquinto quæritur. † An ille qui promisit facere pactum de retrouendendo immediate ad retrouendendum cogi possit absque alio pacto? videtur quòd non sed agi debeat vt retrouendat iuxta conuenta, & formam pacti iuxta legem placet cum ibi not. per Parpal. in 36. colum. C. de sacrosan. eccl. & Pa. de Cast. in cons. 145. colum. secunda in antiquis ac Felyn. in capit. cum venisset colum. prima de testib.

201 Ad oppositum facit † quia circuitus euitandi sunt. l. dominus testamento. ff. de cond. indeb. per quam regulá dicit eleganter Io. An. in rub. de oblig. sol. in addit. ad Spe. quod ille qui promisit mihi in decem se obligaturum potest immediate ad illa decem conueniri absque alia obligatione, vt inutilis euitetur circuitus, sequuntur Alex. Ias. & plerique alij Mod. in l. cum fundus in §. seruum tuum imprudens in not. ff. si cert. peta. vt igitur euitetur circuitus debet posse immediatè cogi promissor ad retrouen. & ita consuluisse & obtinuisse dicunt Modern. Taurin. in d. §. seruum tuum imprudens columna quarta.

Sed opinio ista à verò deuiare videtur. aliud enim est facere promissionem de retrouendendo. aliud retrouendere. ex primo actu solum datur actio personalis vt hic & competit ius nó in re sed ad rem quod est debilius secus ex reuenditione Ang. in cons. 199. ex forma, Ias. in l. in bonæ fidei col. 2. ff. de eo quod certo loco & sic non procedit in proposito quod de euitãdo circuitu dicebatur, quum magna sit differentia inter prædictos actus. item quia vt supra dictum est non compellitur quis præcisè retrouendere, sed liberatur præstando interesse. falsum est ergo in proposito dicere, quod circuitus sit inutilis, ex quibus patet, quod vbi adesset iuramentum quod præcisè obligat. vel specialis lex prout in ditione Sabaudiæ decretum ducale opinio prædicta defendi posset. & quamuis Deci. in d. §. seruum tuum imprudens col. j. decisionem Ioan. And. supra relatam improbare nitatur, illam tamen defendit ac sustinet Ruinus motiuis Decij respondens in repet. §. cato in 2. lect. num. 10. cum sequenti optime declarans.

202 Sexagesimosextò loco quæro, † statuto cauetur quod si irrequisito consorte res vendita fuerit emptor pro eodẽ pretio intra annum retrouendere dicto consorti teneatur, an retrouendens de euictione cauere debeat? quod prima facie videbatur dicendum quum id sit de natura venditi lege emptori in principio, & lege si in venditione cũ l. sequenti. ff. de euict. Deci. in consil. 483. colum. 3.

Sed veritas est ad oppo. quia sufficit cessio iurium secuta retrouenditione, quæ ex necessitate statuti fit. resoluitur enim omnis obligatio per eum forte in dicta re contracta quemadmodum diximus in 64. q. ideo alia cautione opus non est sed sufficit cessio, & ita cócludunt etiam Modern. de Fano in tract. de pigno. fol. 34. colum. 2.

103 Sexagesimoseptimo quæritur † vendidi tibi domum cũ pacto de retrouendendo intra annos sex, sed redimendi ius cessi tertio, inde emptor de consensu venditoris

qui

qui mihi ius redimendi cesserat domum prædictam alteri vendidit & possessionem tradidit, cessionarius agit cõtra primum & secundum emptores pro retrouenditione domus obtinenda an recte agat? Arduam vidi in facto quæstionem, dicebatur quòd non, quia cessionarius primo emptori denunciare debebat ne alienaret, aliàs de consensu primi venditoris id facere potuit. l.3. C.de noua. ego quãtum ad terminos ipsius quæstionis in loco iudicij semper fui opinionis contrariæ attenta forma ducalis decreti in hac patria, per quod quidem decretum omnes emptores & possessores ad retrouend. compelluntur nec potuit primus cedens iterum alij iura sua cedere in præiudicium primi præualente cessione prima. l.nõ quęcunque in §.Gaium cum not. per Bartol. ff.de lega. secundo & ita consuluerunt multi famigerati aduocati, quia tamen iudicium repugnantia nota perspiciebam rem amicabiliter componi procuraui.

204 Pro intelligentia autem & limit. d.l.3. C.de noua. † vide Rapha. comen. in consil.4. Alexã. consil.15. lib.6. eundem & Rimin. in l. pacto successorum supra de pact. vbi etiam per Deci. in fin. Barbat. consil.52. in 4. dubitatione lib.4. Sozin. consil.18. in 3.q. principali volum. primo, & Ias. in l.si cum emptore. ff.de pact.

205 Sexagesimooctauò quęro † promisisti mihi & ei quẽ nominauero rem retrouendere, nulla nominatione facta decessi, an post mortem meam res libera erit? Resp. quòd non, verum ad remedimendum hæredibus ius esse quæsitum per tex. in l.fundum responsum. C.de contrah. & commit. stipul. ita consuluit Deci. in consi.543. vbi etiá ponit quòd facta retrouenditione Sempronio nomine Titij, & pro eo quem Titius nominabit, non poterit Titius conditiones in nominatione apponere de quibus etiam per Alex. in consil.232. vol.6. vbi consuluit quod si quispiam actionis cessionem habuerit ab eo qui fundũ redimere poterat, acceptatam pro eo in cuius fauorem fieret declaratio. Postmodum ex interuallo de vno declarauit, quòd tempore cessionis erat forensis & acquisitionis immobilium incapax, si tempore declarationis effectus sit ciuis & capax declaratio valebit.

206 Sexagesimononò quæritur, † emptor promisit retrouen. in decem annis, nunquid poterit venditor redimere quandocunque voluerit intra illos decem annos, videtur quòd vltimus annus dictorum decem expectandus sit, & in qualibet parte anni redimi res possit. Ita Guido Papæ in q.516. per tex. in l.1. in §.quibus. ff.de suc. edic. & not. per Bar. in l.si cui. ff.de leg.j. vbi Aret. pulchrè in 2. col. idem iuris est si in decem annos retrouendere promissum sit, per tex. not. in l.si annos. ff.de condi. & demonst. quòd etiam plus probat expectandam esse vltimam diem anni nouissimi, licet de danda libertate quæ fauorabilis est agatur, sed si intra annos decem retrouẽdere promitterem quocunque tempore illorum decem annorum venditor redimere posset, quum omne tempus quod termino prædictorum decem annorum clauditur intra esse rectè dicatur vt per Aul. Gel. c.13. lib.12. & probatur in authent. de appellat. & intra quę tempo. colum.1. si verò edictum fuerit vsque ad 10. ann. vide Fabi. in tract. de emptio. & vendit. in 6.q.7.q. princi. an autem in duobus primis casibus contractus illicitus censeatur ex quo emptor omnino pendente tempore fructus lucrari voluit, Guido Papæ loco præallegat. affirmatiuam partem tenet, ego supra in 6.q. oppositum verius esse probaui.

207 Septuagesima quæstio † Religiosus nomine ecclesiæ cui præerat fundum emit, post dies quindecim pactũ de retrouendendo intra certum tempus venditori fecit, an valeat & seruari debeat, Dũ de hoc cõtrouerteretur dicebam quòd non, quia res semel liberè ecclesiæ acquisita extitit, vnde sine suo consensu & facto ab ea auferri nequit. vulg. l.id quod nostrum de reg. iur. & l.fi. ff.de pact. facit lex si ad resoluendum. C.de præd. min. dum enim cõtractus erat in fieri, tale pactum apponi potuit, & cum onere tali ecclesiæ acquisita fuisset, sed postquã est in esse nõ per prædicta, facit tex. no. in l.sinautem dominium ibi quòd credenti, tempore pactũ est valere. ff.de pact. & in l.apud celsum. §.in hac ff.de except. doli. & in l.1. in si. cum l.seq. ff.de rebus eorum & in c.1. quid iuris sit si vas. post alien. seu recuperat, iunctis dictis per Fel. in c.1. col.8. versic. restringe dupliciter vt lite non c ntest. Deci. in l.3. ad si. cõmenti supra de pact. & Iaco. de S. Georgio. in tract. de heroydis col.10. & Cozadi. Bonon. in consil.16. cum alijs quæ scripsimus supra in q.36. & in q. seq. dicentur.

208 Septuagesimoprimò quæro. † An filiusfami. rem per se acquisitam, possit sine consensu patris retrouẽdere, & in venditorem dominium trãsferre, videbatur quòd sic, quia ex omnibus causis obligatur præterquàm in voto & Macedoniano. l.filiusfam. ff.de actio. & obl. Sed verius est oppositum & consuluit Alex. lib.7. cons.106. per tex. l.fin. in §.filias autem. C.de bon. quæ libe. & si ex promissione de retrouendendo actione personali conuentus ad retrouẽdendum condemnatus fuerit, executio contra patrem legitimum adm nistratorem bonorum fieri nõ poterit, patre verò consentiente secus esset per illum text. & ea quæ scribit Anch. in cons.106. dubitatur. Prædicta ergo intelliguntur quantum ad pręiudicium patris secus quo ad pręiudicium filij, quia obligatio valeret, & ipse actione personali teneretur. Item quando esset res talis in qua pater non haberet vsumfruct. posset tunc per filium sine patris consensu alienari per text. d.§. filijs autem, & ea quæ scribit Pau. de Cast. in consi.127. primò videndũ in antiquis, faciunt quæ scripsi in præcedenti quæstio. & in quæst.36.

209 Septuagesimosecundò loco quæritur † fecisti mihi pactum de retrouendendo quum petiero vel quum voluero, nunquid hæc verba suspendant actum, ita quòd requiratur declaratio ante mortem quasi actus sit conditionalis, dic quòd non, imò admonitionem quãdam potius important, ideo hæres redimere poterit per text. l.si decẽ cum petiero cum glo. ff.de verb. oblig. notat Alexan. post commen. in l.centesimis. §.1. col.1. eod. tit. secus si dixisset si petiero vel si voluero secundum gloss. d. l. si decem. Quid si promisisti arbitratu meo retrouendere? idem dicendum est, quod in casu d.l.si decem secundum Ale. ibi in principio per tex. l.cum stipulatus sim mihi à proculo. ff.de verbor. obligat. Sed quid si arbitrio Titij videtur quòd à persona cuius arbitrium intertum est recedi nõ debeat per text. l.si quis arbitratur. ff.de verbor. oblig. & illa arbitrandi potestas ad vitam ipsius Titij durat ex quo aliter non est determinata iuxta ibi tradita per doctores.

210 Septuagesimotertiò quæritur † Emptor in retrouenditione quam facit virtute prædicti pacti, monetæ augmentum à tempore contractus citra petit & sibi fieri solutionem secũdum æstimationem temporis contractus, quum forte aucta sit æstimatio pecuniæ, excipit vẽditor emptorem ex fundo fructus percepisse, ideò non deberi sibi aliud augmentum ne cum ipsius iactura nimis lucretur contra l.nam hoc natura. ff.de cond. inde. quæstio est vtilis & frequens.

Determinaui aliàs in prioribus scriptis deberi augmẽtum monetæ, quum tempus contractus inspiciatur & de moneta tunc currenti obligatio intelligatur. l.res in dotẽ vbi Bar. no. ff.de iu. dot. l.quum quid & l.quod te. ff.si cer. pet. l.Paulus. ff.de solu. cum no. per Bart. & alios in prædictis locis & c.pen. & c.olim causam cum glo. de censi. & post Alber. tradit Ias. in l.2. col.29. in 36.q. C.de iu. emph. Nec obstat quod de perceptione fructuũ obijciebatur, quia quum ex re sua emptor eos perceperit suos fecit, do

211 minium enim talis rei, † fructuum acquisitionem causat. l.sequitur in §.fructus. ff.de vsucap. & notat Sozin. in l. qui Romæ in princ. in vlt. col. ff.de verbor. oblig.

Hinc est quòd licet bonę fidei possessor fructus suos faciens eos cum expensis melioramentorum compensare teneatur. capit. ad nostram de rebus ecclesiæ non aliena. l.sumptus. ff.de rei vendit. & l.insulam. §.fructus. ff.solut.

212 matri. † tñ hoc procedit qñ ex re aliena, quam bona fide possidebat eos percepisset, secus si ex sua alteri restituẽda in euentum alicuius diei vel conditionis, quia tunc tales fructus non computabuntur cum melioramentis, sed melioramentorũ expensæ integraliter restituendæ erunt ita Bal.& Ang. in d.§.fructus per glo.sing. l.emptor circa principium.in fi.magnæ glo.ff.de rei vend. hinc dicit Fel. in c.cum causa col.pe.& fi.de re iudic. ꝙ qñ fructus percipiuntur per bonæ fidei possessorem solum respectu possessionis locum habet dispositio.d.l.fructus & l in fundo ꝙ fructus compensentur cum expẽsis melioramentorũ, secus autem si percepti fuissent ratione dominij etiam vtilis, ideò emphyteuta (dicit,) restituens rem emphyteuticam melioratam non computabit fructus perceptos cũ expensis melioramentorum, vt etiam per Ias. in l.domus in 2.not.ff.de lega.j. sic in proposito quũ emptor ratione dñij fructus suos fecerit, mirum non est si vltra augmẽtũ monetę consequit, quinimò vt infra probabo nõ est augmẽtũ aliquod monetæ, sed solutio eius quod promissum fuit & debetur, & vidi sæpe decisionem meam seruari, & ita nunc inuenio etiam consuluisse Curt. iuniorem in cõsil.28. Ad opposi.allegata quandoque fuit pulchra decisio Aquen.in l.si ex legati causa.ff.de verb.obl.& in l.si pascenda. C.de pact. cõcludentis post Bal.Ias.& alios quod quando pecora data sunt æstimata periculum commune sit propter commodum quod percipit ille qui dedit, licet in pastorem dominium transeat per text.no.in l.Ti-

213 tius in versic.sed nec ipsius.ff.de præscript.verb. † quem text. valde commendat referens per illum text. in facti quæst. se aliàs dixisse, dantem pecuniam ad partem lucri, & damni iuxta ea quæ scribit Bald. in l.1. in 6.quæst. C. pro socio petere non posse vt habeatur ratio auctæ vel diminutæ æstimationis pecuniæ, propter emolumentum quod ex ipsa pecunia percepturus est, item quia si periculum pecunię ad eum spectat vel commune est.d.l.Titius, multo magis periculum particularis determinationis, & sequuntur Moder.Taur.in d.l.cum quid sol.vlt.col.1.ita pariter in quæstione prædicta dicebatur cum emptor ex rę empta fructum percipiat commodum & emolumentum, iniuste peteret auctæ uel diminutæ æstimationis pe-

214 cuniæ rationem habere. † Altius tamen rem repetendo aduertẽdum in primis est. nam quemadmodum duplex est bonitas vini intrinseca vt sapor, & odor: extrinseca: vt pretium & æstimatio.d.l.cum quid cum gl.si.ita arguendo de vino ad pecuniam dicunt ibi Bart. & alij duplicem esse bonitatem pecuniæ intrinsecam & substantialem respectu materiæ æris, auri, & agẽti, extrinsecum respectu valoris, & æstimationis habita consideratione ad pondus & materiam ipsius pecuniæ. hinc est quòd tex. instit. quibus mod.re contrahitur obli.in princip.vinum & pecuniam coniungit, nimirũ ergo si in pecunia duplex est bonitas, quia sic etiam in vino, ac in cæteris rebus mutuabilibus, quamuis pro veritate dicta similitudo semper & per omnia non correspondeat, si enim mutuaueris mihi ducatos decem Venetos pro vno anno tempore quo ꝓ libris octo expendebantur, qua dilatione temporis pendente diminuta fuit æstimatio ipsius ducati, restituendi erunt aurei decem tantum, quia tantundem & æque bonum, sed si mutuaueris mihi libras centum puta & dederis tot ducatos restituendo tibi mutuum in ducatis quorum forte aucta fuerit æstimatio ad libras octo cum dimidia pauciores restituam aureos, propter auctam æstimationem, non sic in vino, quia nunquam potes minus respectu materiæ & substantiæ vini mutuati restituere.l. cum quid, sed illud toleratur in valore & æstimatione pecuniæ propter mutuum periculum lucri & damni, argumento.l.de fideicommiss.§.de transa.quum veniat ab extra sine culpa vel mora debitoris.d.l.vinum.si cert.pet.secundum Aret. in l.quod te. col.2. illo eod.tit.& in consil. 84.in secundo dubio & scribend. in d.l.cum quid.

215 † Secundo sciendum est ꝙ de iure communi pecunia tantum valere debet in materia; quãtum in forma & versa vice: tantumque massa ac materia non signata ac percussa, quantum signata & percussa, quia expensa cudẽdi ipsam pecuniam de publico fieri debet.l.j.vbi gl.in verbo præbet & ibi Saly.not.ff.de contrahen.empt. Innoc.& alij in c.quanto de iure iu. Barto.in l.qui falsam.ff.de fals. Inno.in l.Paulus col.ij.ff.de sol.Soz.in d.l.cum quid, Brun. in tracta.de augmento conclusione vlt.fol.22.& Matth. de Afflict.in decisione regni 90.dicentes ꝙ male de consuetudine seruatur, quia de materia detrahitur expensa cudendi secundum prælatos, imò principes & respubl. aliquid vltra dictas expensas capiunt & licite, modo, non nimis dicunt doct.præallegat. Quæ quidem conclusio glo. Bartol. & communiter scribentium nunquam mihi placuit, nec vera videtur, etiam de iure communi, primo, quia officium suũ nemini debet esse damnosum.l.si quis ex signatoribus.ff.quemadmod.testam.aper.ergo expensa cudendi non debet fieri de public. quod tale officium adinuenit & assumpsit. ita per hoc fundamentum tenẽt Inno.& Abb.in c.quanto de iure iur.Curt.in l.2.in §.mutui datio col.3.& 4.ff.si cert.pet. Secundò pro ista opinione Curt.ibidem & Zasius in suis intelle.fol.2.col.3.dicit esse text.in d.l.1.de contrahen.empt.dum vult pecuniam vsum præbere nõ tam ex substantia, quàm ex quantitate, idest æstimatione, ergo probat potius contrarium, ꝙ pecunia plus valet in forma quàm in massa, & materia; huic tamen argumento non adstipulatur ibidem Curt. propter text.l.1. C.de ponde.& auri illat.lib.10. dum vult ꝙ siue soluatur materia, siue pecunia formata, eodẽ modo ponderari debeat, iubetq; solidos idest aureos vel materiam appendere æqua lance & paribus suscipi libramẽtis, ergo tantum debet valere vnum quantum alterũ, non tamen respon.ad text.in d.l.1.de contrahend.empt. resp. ad præceden.rationem quòd licet impensa fiat de publico tamen respub.aliunde emolumenta capit, ex vectigalibus quæ percipit, ex negociationibus quæ mediante pecunia fiunt, sed nos statim respondebimus.

Tertiò itaque pro prædicta opinione induco tex.in d.l.1. ibi ea materia forma publica percussa, non dicit expensis publicis, sed forma, satis ergo erit, quòd fiat forma publica, non autem expensis publicis, quandoquidem, ut dicitur in l.tutori.C.de negoc.gest. satis est si cui, vel in paucis amici laboribus consulatur.

Quartò quia ea materia inuenta est, ad vtilitatem priuatorum, & contrahentium, vt eo modo facilius subueniretur difficultatibus hominum.d.l.j.hinc dixit Aret.in l.2.§.1.colum.ii.quod finis pecuniæ fuit facilior permutatio, tunc sic ea quæ ad vtilitatem aliquorum fiunt expensis illorum fieri debent.l.4.§.1.ff.fin.regun.l.pretor ait.§.etiam his.ff.de eden.vbi Iason, & alij not.ergo pecunia quæ inuenta est ad vtilitatem hominum, & habentium inuicem contrahere expensis ipsorum; non autem Principis vel reipub.cudi debebit, & quemadmodũ scribit Pli.lib.33. naturalis historiæ pecunia nomen sortita est à nota pecudis, quoniam antiquitus nummi effigie pecudis signabantur, ideò Plutarc. in publicola in vetustissimis nummis ouis & suis bouisque conspectum signum fuisse dicit.

Non obstat ꝙ de vectigalibus dicebatur, quia hoc valde separatũ est à proposito, & ex separatis malè infertur l.Papinianus.exul.ff.de min.& si ex vectigalibus fructum percipit ad alia onera tenetur manutenendi itinera tuta, & officiales pro administratione Iustitiæ vt pulchrè per Iser.& Præpos.in tit.quæ sint regalia in princip.

Non obst.tex.in d.l.1.de contrah.emp. quia statim dabitur resp.sed prius declarabimus illum tex. subobscurum in verbis illis electa est materia, cuius publica & perpetua æstimatio æqualitate quantitatis difficultatis permutationum subueniret glo.ibi obscurum per obscuris exponit.dicẽdo quod æquiparatur quantitas nummi æquiualentiæ rei, & sic per nummum fit ęqualitas in quantitate,

ideo

ideò apertius loquendo dic, q ex quo pecunia omnia æstimantur. d.l.j. & l.si ita fideiussorē accepero. ff. de fideiussor. nummus dicitur res ad equalitatem in quantitate hinc inde interueniente propter estimationem nummis rebusq; datam reducere. si enim sextarius vini quod tute habes, & ego desidero vno æstimatur nummo scutove, p eoque nummum ipsum tibi dem, propter æstimationem factam tantum censeor dare quantum accipere, equalitate igitur quantitatis nummo mediāte facto, facilius indigentiæ hominum subuenitur, & difficultatibus permutationum, quæ propter nummi & quantitatis ac æstimationis deficientiam causabitur, cui sententiæ adstipulatur etiam philoso. in 5. Ethic. hoc est quod ibi voluit iurisconsul. dicere, est igitur pecunia corpus & species ac quātitas d.l.j. & l. nam & si fur. ad fin. si cert. pet. & in l. is cui nummos. ff. de sol. species quidem quod per naturam corpus sit, quantitas etiam & ibi dicitur quod per eum quāta sit quęlibet res ostenditur iuribus præall. subiungit, inde iurisconsul. in d.l.j. ea materia forma publica percussa, vsum dominiumque non tam ex substantia, quam ex quantitate probet. pro quorum declaratione sciendū est vsum pro fructu & vtilitate accipi iuxta illud Apul. quum id ex vsu meo non esset, & in c. eijciens. 86. dist. tunc vult dicere iurisc. pecuniam nobis fructum & vtilitatem prębere, nō tam ex substantia quàm ex quantitate, & æstimatione ipsi materiæ datæ, vt supra dixerat subueniendo difficultatibus permutationum, quibus sola pecuniæ materia nō succurreret hominibus, vtpotè communiter auri argentiq; & æris verum valorem ignorantibus. Item quia absque æstimatione ipsis res non posset reduci ad æqualitatem, ideò non posset nisi summa cum difficultate hominum indigentiæ subueniri, hoc est quod voluit ibi iurisc. dicere, non quod pecunia plus valeat in forma quam in materia, hoc absonum est & falsissimum, vt in l.j. C. de ponder. & auri illat. lib. 10. & l.j. C. de vet. nu. pot. lib. 11. vt latius dicemus quamuis enim Alber. de Rosa in d.l. cum quid, col. pen. Ant. de Butr. & Abb. in d.c. quanto Alex. in apostil. ad Bar. in l. eleganter, in §. qui reprobos. ff. de pig. act. & Bru. in tract. de augmen. fol. 25. col. 4. versi. 2. præa-

216 dicta, & fol. 27. dicant † pecuniam magis considerari respectu vsus æstimationis, & cursus quàm alio respectu d.l.j. & c. eijciens præalleg. & quod in pecunia quicquid sit in alijs rebus, æstimatio dicitur eius intrinseca bonitas, vt etiam dicebat Ant. de But. relatus ab Aret. in d.l. quod te, colum. 2. & voluerunt etiam Curt. in d.l. cum quid col. 9. & Brun. loco præallega. fol. 27. ad fin. primæ col. eo quod pecunia in quantum pecunia inuenta est, vt per eam cæteræ res æstimentur, ita quod finis pecuniæ æstimatio est aliarum rerum. d.l.j. ergo sua essentia & bonitas videtur in æstimatione consistere vt etiam per Ripam in d. lege quod te, colum. 7. dicentem quod in pecunia fortior videtur forma quam materia magisque præponderare vsum qui consistit in forma.

Quæ dicta non sunt tenenda, quia licet in pecunia substātia & materia essentialis ipsius pecuniæ à cursu & æstimatione differat iuxta no. per Bal. in d.c. quanto in versi. quæro nunquid, dum ait, quod æstimatio pecuniæ non est idem quod ipsa pecunia, nec adeo connexa vt censeatur vnum & idem, magis tamen in ipsa pecunia cōsideratur ac attenditur essentialis materia & substantia quam æstimatio ipsius per d.l. Paulus de sol. vbi creditor cogitur recipere nummos in aliam formam si damnū passurus nō sit, non autem in aliam materiam, quia vt ibi scribit Im. in his in quibus materia de facili reduci potest ad formā magis ponderamus ac attendimus materiam quam formam. l. qualitum. §. illud. ff. de legat. 3. ideo dicebat idem Im. quod illud quod soluitur in alia materia censetur idē propter identitatem materiæ, modo creditor damnum passurus non sit, exemplificando vt per eum. hanc opinionē tenet Deci. plures alios concordantes citans in d.l. quod te, col. 4. & ibidē Aret. in 2. col. dicens contra Ant. de But. falsum esse, q æstimatio pecuniæ sit sua bonitas intrinseca, & quod non attendatur magis materia. nam etiā quo ad vsum dicit ipse, quod potius attenditur materia vt patet. in d.l. Paulus, & in l. creditor. de sol. nec verum est subiungit, quod valor principaliter consistet ex forma, immò principaliter ex materia, ideò debens materiam potest dici soluere pecuniam eiusdem materiæ, vt dicunt, doc. in l. 2. si cer. pet. pro quo videtur mihi esse tex. in d l.j. ad fi. C. de ster. nu. pot. lib. 11. ibi modo & debiti ponderis sint & speciei probæ, & sic non cogit quis illam recipere pro æstimatione de publico data, nisi sit debiti ponderis, & speciei, ergo magis attenditur essentialis materia & substātia ipsius pecuniæ, quàm forma & estimatio, & quod estimatio non sit intrinseca bonitas satis ad sensum aperte patet quia separabilis est à pecunia ad libitum & voluntatē dantis estimationem. sicque venit ab extra adesseq; & abesse potest præter subiecti corruptionem, ergo nō est intra bonitas intrinseca, quia non posset à re separari. Ad l. primam de contrah. empt. illius verbis non tam ex substantia quam ex quantitate, Resp. quod pecunia inuenta fuit solum ad emendum. d.l.j. eiusque finis vt supra dixi est facilior permutatio, cui rei magis satisfit & subuenitur per quantitatem & æstimationem pecunię datam, omnia ad æqualitatem reducentem, vt diximus, quam per substantiam & essentialem materiam ipsius pecuniæ, quæ reductionem prædictam ad æqualitatem nō facit idest (dicit iurisc.) quod magis præbet vsum & fructū ad causam emendi de qua loquitur ex quantitate quam ex substātia ipsa, tñ quantitas, & æstimatio dari debet iuxta pondus, & probitatē materię, quæ magis inspicitur & attenditur, vt diximus, quam forma & æstimatio ac cursus. Et si dixeris quid respondes ad l. primam de ponder. & auri illat. lib. 10. vbi appendere solidos, idest aureos, vel materiam, i. massam auri à pari ponit, ergo valet tantum in forma quantum in materia? Rñ. quod esset vtile fisco capere pro tributo solidos tanti ponderis, vel materiam eiusdem pōderis, à debenti pondus materiæ, quia plures solidi erunt soluendi vt puta eis minus ponderantibus quam tantundem eiusdem materiæ, pp detractionem de publico pro expensis factam vel aliter etiam quod cum aureis quædā admiscentur vt correspondeant in pondere, & sic aliquid detrahitur de bonitate auri quod in idem reincidit propter eundem effectum. Redeundo ad propositum dicebā

217 † alias legendo l. si paciscenda. d.l. Titius male allegari per Bald. & Aquens. ad q. suprascriptam quia secundum terminos. l. Titius periculū penitus & in totum spectare debuisset ad dantē pecora, quemadmodum ibi interitus pecuniæ datæ periculo titij debitoris fuit, quod tamē est falsum, propterea in l. Titius illud ibi disponi & statui putabam, quia pecunia & maior lucri pars ex cōuentione titij esse debeat, cuius gratia cōtractus principaliter factus fuerat, vnde periculum similiter ad eundē rationabiliter spectare debet Pau. de Cast. & Ias. in d.l. Titius, & Decian d.l. quod te, col. 4. sed in q. Bald. quum conuentio gratia vtriusque principaliter fuerit celebrata propter commodum hincinde percipiendum; commune debet esse periculum etiam ex l. naturæ. ff. de reg. iur. & l. secundū naturam & cōsequenter prædicta lex Titius quæstionib. Bal. & Aquens. non videtur conuenire, quia in terminis ipsarum quæstionum, prima maiorque lucri pars non erat danus pecuniæ prout in casu l. Titius, verum lucrum damnumque commune. & ad q. Aquens. aliam assignabam rationem, quia augmentum in bonitate extrinseca contingēs citra moram non debetur neq; venit d.l. cum quid cum ibi no. per gl. & Bar. præsertim in proposito nostro ne ex eadem pecunia lucrum bis percipiat contra text. §. cum per vend. l. si sterilis. ff. de actio. empt. & nota. per Deci. in c. cum ven. col. 6. de except. post morā quicquid Aquens. & dicti Mod. velint videtur quod extrinsecum augmentum debeatur. d. §. cum per ven. l. ratio. ff. de actio. empt. nec repugnat l. Titius quia, vt dixi contractus ibi fuerat

princi-

principaliter factus gratia dantis pecuniam, cuius prima, & maior pars lucri esse debebat, nec loquitur post morã restituendæ pecuniæ. Et si in casu Aquens. creditor peteret interesse lucri cessantis, vt quia mercator, id non vr deberi ẽt post moram: ne ex eadem re & pecunia bis lucrũ exigat contra præallegat. Ex quibus apparet decisionem Aquens. non obstare, quum ipse loquatur quando pecunia extrinsecè mutatur, sicque solum æstimatio pecuniæ immutatur, quo casu augmentum citra moram non debetur nisi ex conuentione partium vt per Bar. in d.l. Pau. ad fi. & Aret. consi. 84. in primo dubio, vel essemus in aliqua limitatione ad concl. communẽ data, vt per Bru. loco præall. fol. 30. cum seq. decisio mea procedit qñ mutata est pecunia in bonitate intrinseca, vt quia auctus est valor ducati vel scuti propter deteriorationem monetæ minutæ, vt nostris temporibus contingit, tunc enim habenda est ratio huiuscemodi augmẽti, etiam nulla præcedente mora, quia mutata materia & intrinseca bonitate pecuniæ, nisi augmentum prestaretur, eadem pecunia in genere non solueretur, sed alia, & minus debito ita ꝙ effectu non soluit aliquod augmentum, sed illud quod tempore contractus promissum fuit. nam de tali moneta quæ currebat tempore contractus partes cẽsentur intellexisse & de futura mutatione in deterius minimè cogitasse l. cum certũ & l. si ita. ff. de aur. & argen. lega. l. cum hic status in §. si sponsus. ff. de don. inter virum & vxorem notat Saly. in l. fi. ad fin. commenti. C. si cert. pet. Matth. de afflict. in decisione regni 194. Modern. in d. l. cum quid in vlt. col. quicquid scripserit Curt. in consi. 24. Ex quibus liquet ꝙ si volueris soluere de moneta quæ tẽpore contractus currebat & secundum cursum illius temporis, poteris id facere, nec de augmento quærendum erit, de quo etiam pulchrè per Ias. post Alber. in l. ij. q. 36. ff. de iure emphy. ideò

216 dicebam semel † quòd statutum Vercellarum prohibens valimentum & augmentum monetarum peti, de extrinseco intelligitur, non de bonitate intrinseca, & consequenter quod debitor soluere tenebatur de moneta quę currebat tempore contractus, vel de noua ad æstimationem antiquæ, & quod data deterioratione bonitatis intrinsecæ, non procedat decisio Aquens. voluit ipsemet in d. l. si pascenda ad fi. Nec refragatur etiam text. l. vsuræ. ff. de vsur. vbi secundum vnam lect. gl. ille qui fructus percipit vsuras petere non pôtest, ergo nec augmentum monetæ, quia vt dixi nec vsuras nec augmentum re bene intellecta petit, sed debitum, & quod promissum sibi fuit. Fortius aliquando dixi prædictam conclu. procedere etiã si inter partes actum expresse fuisset, ꝙ nec melioramenta nec deterioramenta auri vel argenti peti possent, prout sæpè conuentum vidimus, nam bonitas intrinseca & sic moneta quę tempore contractus currebat peti posset & de tali moneta fieri debet solutio vt per Bartol. in d. l. Paulus ad fin. per Bru. in tract. de augmento fol. vlt. in 8. limita. de quo videnda sunt quæ pulchre scribit Imol. in l. si socer. in §. Lucius. col. 6. ff. sol. matrimon.

217 Per prædicta consului aliàs in not. casu † ꝙ ille qui rẽ emptam pretio duorũ millium scutorũ ꝓmisit intra viginti annos pro eodem pretio restituere, non tenebatur, in fine termini retrouendere pro summa duorũ millium scutorum nunc currentium, quum sint deterioris ligæ vt attestãtur experti & magistri monetarum, quàm illi qui currebant & expendebantur tempore contractus. debet ergo fieri solutio de veteribus qui eo tempore currebãt, vel de nuper currentibus ad æstimationẽ antiquorum. c. cum canonicis de censi. aliàs non solueretur id quod debitũ & promissum est, sed minus: quod nota. quia pauci sciunt. communiter enim creditur, in scutis seu ducatis citra moram non tractari posse de augmento vel bonitate intrinseca vel extrinseca, quia scuti semper sunt scuti, & ducati semper ducati, quod falsum est vt ex prædictis vides. quum etiam in illis detur alteratio bonitatis intrinsecæ secundum quam fieri debet solutio, & obligatio contracta intelligitur, quicquid dixerit Ias. in cõs. 54. col. 6. vol. 1. quod in aureis non contingat mutatio in bonitate intrinseca & male per prædicta. vide ẽt in materia Soz. in cons. 48. in secundo dubio in primo vol. & Ias. in l. puniri. C. si contra ius vel vtili. publ. vbi loquuntur de alteratione & mutatione aureorũ de quibus in iure nostro fit mentio habito respectu ad currentes nostris temporibus quod sunt leuiores & minoris ponderis: vt in casu proximè relato consuluit etiam tunc mecum bonæ memoriæ compater meus Alexandrinus prout habetur nunc inter illius responsa in cons. 48. Et quia prædicta materia augmenti & diminutionis monetarum frequens est, & quotidiana ferè in omnibus partibus Italiæ, sed in Lõbardia maximè, vbi tot genera monetarum apparent, in diesque mutantur, & in quadã causa quæ inter duos nobiles Vercellen. diu & in diuersis iudicijs agitata fuit cõsuluit aliàs genitor meus & post eum ferè omnes legum uertices qui in Taurinensi academia tunc alicuius nominis erant, nõ erit inutile nec impertinens hic referre maximè ad declarationem statuti ciuitatis nostræ Vercellarum de hoc loquentis. Causa vertebatur inter no. A. Actorem & R. conuentum & in hisce terminis cõsistebat de anno 1484. dictus A. pro parte dotis C. eius sororis & dicti R. vxoris eidem R. quoddam prædium in solutum per flor. 510. dedit pacto apposito quod ipso A. soluente summam dictorum flor. 510. eidem R. intra festum S. Martini & Natiuitatis Domini teneretur idem R. ipsum prędium retrouẽ. & pro retrouendito haberetur de anno 1496. A. R. oblationem fecit de quibusdam pecunijs quas ad summã prædictam ascendere dicebat, instando se mitti in possessionem dicti prædij. R. verò se paratum recipere obtulit, & facere quicquid tenebatur, pecuniæ tamen sibi expeditæ non fuerunt, sed depositę penes electum per iusdicentem in ciuitatem Vercellarum coram quo dictus. A. se mitti in poss. dicti prædij petijt, super qua petitione aliquantulum processum fuit, deinde dubitans ineptam fuisse eius petitionem vt, s. mitteretur in possess. ante factam retrouenditionem, aliam dedit petitionem vt dictus R. cõpelleretur ad retrouendendum & faciẽdum prout in dicto instrumento de retrouendendo continetur, opposuerat primò R. haberi debere rationem expẽsarum ob mutationem petitionis. dixit pariter quod antequam deueniretur ad sententiam ad quam affectionate festinare videbat ordinarium, volebat probare quòd pecunia erat mutata à tempore dicti contractus citra, ita quod depositum non erat integrum. Quibus non obstantibus ordinarius non admissa probatione ad sententiam conuolauit, per quam cõdemnauit conuentum ad relaxandum ipsi A. prædium prædictum, ac ad tradendum liberam, vacuã & expeditam possess. quo facto relaxabat R. depositum, à qua sententia R. appellauit. iudices appellationis declararunt probationem mutationis monetæ fuisse pertinentem & admitten. assignantes ipsum R. ad proban. retenta causa coram eis cum facultate pronunciandi super meritis & super contentis in sentẽtia ipsius ordinarij. & ita R. suas fecit probationes. Querebatur quomodo per iudices appellationis esset pronunciandũ? dicebat genitor meus, esse declarandum dictum depositum non fuisse integrũ, sicque R. non teneri ad faciendum retrouenditionem requisitam & consequenter per iudicem à quo malè fuisse sententiatũ & bene appellatum, quia depositum non debet admitti nec quicquam operari, nisi integrè factum sit. l. tutor in §. Lucius. ff. de vsur. gl. ordinaria in l. 2. C. de vsur. in glo. fin. & tradunt doct. in l. acceptam. C. eo. tit. & in l. obsignatione. C. de sol. & est regulare in omni contractu vltro citroq́; obligatorio, vt ex eo ille solum agat qui totum contractum ex parte sua adimpleuit. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emptio. cum not. ibi per Barto. in summario, & per eundem in l. quod solidum in princip. ff. de lega. 2. & gl. ordinariam in l. res bona fide. ff. de contrah. emptione, ergo vnius nummi defectus rem inemptã esse

faciebat,

faciebat, vt etiam per Ial. in l. 1. col. 18. C. de iure emphyt. depositum autem non dicitur integrè factum nisi sit factum de pecunia quæ expendebatur tempore cõtractus iuxta no. per Bal. in d. l. acceptam. q. 17. in omni. n. contractu, & dispositione fieri debet solutio de moneta quę tẽpore contractus currebat, & expendebatur cap. olim extra de censib. cum ibi no. per Abba. in versi. item no. quod debitum contractum in quantitate & per Oldr. in consi. 31. & 268. Spec. in tit. de obl. & sol. in §. nunc aliqua versi. pone in statuto. canon. in clement. prima de decim. Bald. in l. illud in fin. versic. vlt. quæro C. de sac. sanct. eccle. & in consi. 319. punctus quæstionis volum. 2. Bartol. & alios in l. Paulus. ff. de sol. & in l. cum quid. ff. si cert. peta. si itaque de pecunia currente quæ debilior est solutio fieret, non quãtum debitum est solueretur, sicuti dicimus in eo, qui debet vinum vetus, qui non potest nouum dare aut soluere. l. vinum ff. si cert. pet. & d. l. cum quid & in casu prædicto nulla videbatur dubitatio, quin solutio fieri deberet de pecunia quæ currebat tempore contractus, quia in causa appellationis pronunciatum fuerat correctu errore iudicis ordinarij exceptiones & probationes R. quod pecunia erat mutata à tempore contractus citra, fuisse, & esse pertinentes & admittendas: & bene, quando quidem non solum probationes ad causam facientes, vt erant prędictæ, immo adminiculantes erant admittendæ gl. in c. 2. in verbo rationabili causa vbi per Cano. de confess. lib. 6. Bal. in l. fi. ff. de fer. Alex. & alij in l. si duo patroni in §. idẽ Iul. ff. de iureiur. doct. per illum tex. in l. auus. C. de emanc. lib. & in hac patria ex forma Ducalis decreti cautum legitur. nisi itaq; deberet solutio fieri de dicta pecunia quæ tempore contractus currebat, superflua foret ipsa probatio, & quum in rem iudicatam ordinatio transiuisset nõ poterat pars aduersa amplius in dubium refricare, maximè quum illi non contradixerit, vt per Abb. in ca. quoniã cõtra falsam, colum. 15. de probationibus vbi dicit quod quando iudex aliquid facit dicitve præsente parte, debet pars contradicere si sibi displicet, aliàs cõsentire videtur, vt etiam per Bartol. in l. j. C. de relat. & Bal. in l. si arbitrio. ff. qui satisdar. cogan. vbi dicit quòd qui ab interlocutoria non appellat consentire præsumitur contentumque stare debere ex quo iam consensit. quòd autem pecunia oblata & deposita esset de illa pecunia quæ currebat tempore contractus probatum non fuerat, quum tamen asserenti incumberet onus probandi. l. ei qui dicit cum simi. ff. de probat. assertio notarij dicentis in instrumento depositi in parpagliolis veteribus manus mille non probabat pecunias ipsas esse de veteribus contra. R. qui de hoc non rogauit fieri instrumentum, quia sicuti iudex nõ recipit probationem contra me, nisi me vocato, & admisso ad dãdum interrogatoria prout iuris est, ita notarius non potest conficere instrumentum in mei pręiudicium nisi me mandante. ita Abb. in capitulo 1. col. pen. versic. moueor principaliter de fide instrumento item talia verba enunciatiua in instrumento posita non probant, vt enim dicit Inn. in c. cum iure peritus de offic. de leg. non creditur instrumento nisi in his quæ tempore rogati instrumẽti facta fuerunt, vel fieri potuerunt, vel in esse produci, vt etiam per Bart. in l. optimam C. de contrah. & cõmit. stipul. sicq; quantum ad hoc an pecunia sit antiqua quum sit de præterito instrumentum nihil probat. Posito etiam citra rei præiudicium quod ipsum instrumentũ probasset pecuniam esse veterem, tamen in nihilo releuabat partem, non enim concludebat esse adeò veterem qđ esset de illa quæ expendebatur tempore contractus & tamen probatio debet de necessitate concludere. l. nõ hoc. C. vnde leg. l. neque natales. C. de prob. & in dubio probatio interpreratur contra probantem. c. in præsentia de probat. per quem text. dicit ibi. Abba. in 3. col. verlic. & ex his quod probatio generalis non declaratur secundum subiectam materiam seu probantis intentionem. idem reponit in cap. fraternitatis col. pen. de testib. & Bar. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. præterea dicebatur in dicto instrumẽto depositi in tot parpagliolis veteribus manus mille, quid velit hic sermo, quantum importet & significet qualibet manus non constet, sicq; per hoc non concluditur quanta pecunia sit deposita, & tamen secundum prædicta dubia probatio contra probantem accipitur. & si dicatur pro qualibet manu poni quatuor parpagliolas, esseque hoc notorium, negabatur hoc. & quatenus ità foret per partem allegatum non fuisset, ideo non prodesset exceptio talis. quia licet notoriũ releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi, vt per Bar. in l. si adulterium cum incestu in §. idem pollioni. ff. de adulter. Bald. in l. fi. col. 8. C. de edi. diui. Imol. in l. 4. in §. hoc autem iudicium in 3. quæstio. ff. de damno. infec. Præterea posito, quod per illa verba manus mille & c. constaret de numero pecuniarum, tamen per testes. R. constabat quod parpagliolæ & aliæ pecuniæ currentes tẽpore dicti contractus erant pluris valoris & bonitatis quã essent tempore depositi, prout testes concludebant, & quod pecunia mutata fuerit à tempore dicti contractus citra, & consequenter constare assertum depositum non fuisse integraliter factum. plus dicebatur quod sufficiebat nota. R. excipere de deposito nõ integro absque eo quod probasset mutationem pecuniæ, parti enim aduersæ spectabat & incumbebat onus probandi pecuniam esse de illa quæ currebat tempore contractus, & depositi integritatem iuxta no. per Bal. in d. l. optimam. col. 2. vbi dicit nota ad illum modum excipiendi non constat sic esse, non constat talem esse procuratorem, nam non constat, ergo debet ostandi, ita ibi dicit Bald. accedat quod non fuerat assertum depositum admitten. obtulerat enim. R. se paratum recipere & quicquid tenebatur facere, ideò debebat pars aduersa soluere, non autem deponere iuxta not. per Bald. in d. l. acceptam col. j. Non obstare dicebat statutũ ex aduerso productum extractum à lib. statutorum ciuitatis Vercellarum, quod videtur prohibere creditorẽ posse petere vel exigere, à debitore valimentum seu melioramentum monetæ, quia no. R. dicebat genitor meus non petebat valimentum monetæ, sed ibi solui de ea pecunia & moneta prout iuris est iuxta superius allegata. pręterea statutũ loquitur de debitore & creditore, sed in casu prædicto nullus erat debitor vel creditor pecuniæ, quia not. R. non potuisset exigere à parte aduersa dictas pecunias, neq; tenebatur pars aduersa prædictam pecuniam soluere si nolebat, sicque dici non potest, erat creditor vel debitor nisi abusiue. l. debitor. ff. de verb. sign. Bart. in l. fideiussor. ff. de fideiuss. & in l. j. ff. si cert. pet. vbi omnes scrib. vnde quum statuta sint etiam cum iure communi quantum possibile est concordanda l. si serui. C. de noxal. cap. cum dilectus de cõsue. & verba statuti sunt propriè intelligenda. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. gl. l. fi. in §. in computatione. C. de iu. deliber. nihilque posset addi aut minui quãdo exorbitat à iure communi Bal. in auth. qui semel col. 6. versic. & idaò statuta. C. quomodo & quando iudi. & in l. si pro dote. C. de dotis promiss. & in l. non sine. C. de bon. quæ liber. concludebat in causa illa genitor meus in fauorẽ no. R. addendo postremo dicta Curtij Senioris in d. l. cum quid in 3. q. vbi cõcludunt quod ex quo pecunia est in obligatione, & certum est quid, quale, & quantum datum fuit, tenetur debitor soluere & restituere de moneta antiqua & vsitata tempore contractus l. stip. quędam sunt certæ. ff. de ver. obl. & ibi dicit similem quæstionem euenisse Duci Mediolani dum emisset à Ianuensibus quandam magnam quantitatẽ salis, & ita refert fuisse conclusum & iudicatum, & ita sæpe in ciuitate Vercellarum iudicatum fuisse, statuto prædicto non obstante dicebat.

218 Septuagesimoquartò quæro † Decessit ille cui factũ fuerat pactum de retrouend. venit hæres eius post annos. 50. dicens se ignorasse pactum de retrouend. vsq; ad diem præsentem & petit se in integrũ restitui ex clausula generali si qua mihi alia iusta cã esse videbatur in integrum restituam

stimam de qua in l.1.in fi.ff.ex quibus causis maior. & in l.si creditor.in §.1.ad fi.ff.de distr.pig.requirens similiter partem iuxta promissa compelli ad retrouendendum sibi rem prędictam, an audiendus sit? videbatur prima fronte quod non, quia spatio 40. annorum quæuis actio tollitur, & omne ius extinguitur. l.sicut & l.omnes. C.de præscript.30.ann.quæ non contingeret si daretur in integrum restitutio, & quod aduersus lapsum annorum 40. in integrum restitutio non concedatur consuluit Alexan. in consil.151.circa fin.lib 2. Curt.Senior. consil.pen.col. 3.Soz.consil.43.colum.4 vol.2.& consil.2.col.pen.lib.3. Deci.late in consil.29.& consil.554.& in lege 2.C.qui admitti Iason.in consil.209 in 2.volum. & Sozin.Iunior.in consil.54.& 145.in prima parte.

219 Sed contraria pars verior est.† quod virtute prædictę clausulę generalis ex capite probabilis ignorantiæ detur in integrum restitutio. quia vbicunque contra aliquem iusto facti impedimēto impeditum currit præscriptio, semper conceditur in integ.restit.l.Attilicinnus. ff.de serui.rustic.præd.l.1.in §.si quis autem cum glo.& Bart.ibi no.ff.de iti.actuque priua.l.si partem in §.1. cum glo. in verbo vtendo.ff.quemadmo.seru.amit. sed vbi quis in ius alterius successit probabilem iuris ignorantiam habet l.qui in alterius,vbi Dec.no.ff.de regul.iuris. ergo in integr.restituendus erit ex clausula prædicta,vt vult text.in §.j.d.l. si creditor. impeditus enim & ignorans nō dicuntur ius suum negligere.c.quia diuersitatem de conces.præbend. tradit Pau.de Cast.in l.fi.C.de dolo.facit tex. in c.1.de restit.in integ.lib.6.& sic licet præscr.40.ann.currat contra ignorantem per supra alleg.tamen datur in integr.restit. nec iura præalleg.contrarium volunt: & ista est communis scriben.sententia,vt per Alexan.in consi.169.viso themate.lib.2.Ang.in tract.malefic.in verbo inchoata col.j. Soz.consi.66.lib.4.Matth.de afflict. in decisione regni 37. & 329.Ias.in l.2.sol. præantepen.versic, in eadem glo. ad finem habetis.C.de iure emphyteu.Dec.consil.36.col.fi. Felyn.& Parisi.in capit.vigilanti de præscript.Balb.in tracta.præscriptio.fol.63. col 3.versic.not. est concludentes etiam lapsum temporis annorum centum non refragari volenti petere restitut.in integ.ex capite ignorantię quicquid contra communem scripserint Ias. in consilio 209. lib.2.& Dec.in præallegat.consi.29.

Restringunt tamen Felyn.& Balbus in locis præalleg. hanc communem concl.aliquibus modis,quibus alias addunt limita.Roman in consil.477.Dec.consil.36.col.fin. & 267.col.vlt.& in d.l.2.Felyn.& Modern.in d.c.vigilanti.in quibus locis ponunt talem restitutionem peti debere intra quatuor annos post habitam scientiam,& quod ignorantia debet esse iusta & probabilis.Videnda autem & addenda sunt ad d.l. primam in quibus ex causis maior.quæ dicentur infra in q.77.

220 Septuagesimoquinto quæro † an ille qui fundum redemit virtute dicti pacti cogatur stare colono & locationi factæ per venditorem ante retrouend. Bald. singulariter decidit,quod sic in l.j.ad finem.C.de iur.fisci ad fin.libri decimi. Interim enim dicit ille fruitur ex voluntate tua,quia volendo redimere impedires ne frueretur, vt ff. de præscr.verbis.l.si vir vxori,ergo sequitur vt & locare videatur voluntate tua, & ideo colono stare teneris, secus ait si simpliciter vendidissem, & postea redemissem,quia iure tuo potius locare censeris,quum facto meo impediri non posses.sequitur hanc decisionem Alex.post Raph. comen. in l. si filiusfa. in §. si vir vxori,col.3. ff.sol.matr. & Soz.consi.125.col.j.vol.j. facit quod post Salyc. & alios scribit idem Soz in cons.32. lib.j. de minore qui locationi per tutorem factę tenetur stare,etiam finita tutela per l.si tutelæ.ff.de administr.tutor.

Sed contrarium verius videtur per regulam communem quod singularis successor non tenet stare colo.l.emptorem. C.loca.late tradunt Alex. in consil.118. vol.5.& in d.§.si vir.col.2.Cor.consi.6. volum.4.& Soz.consil.90. lib.4.Ias.in 2.lect.d.§.si vir col.10.vbi loq.Grot.37. & Mod. de Fano in tract.de pign.sol.4. col.10.& Fab.in tractat.de emp.& vendit.in 28.q.sextæ principalis quæstionis. item per doctrinam Bar.in l.diem ff.de aqua pluu.arcend.quod se vi dicti pacti resolutiua soluitur omne ius super ea cōstitutum & libera recuperatur. Non obstat ratio Bald.supra relata,quia donec ego non redimo bene videtur emptor voluntate mea frui,secus postquam redemi.& sic voluntas illa non est simplex & absoluta sed limitata vsque ad tempus retrouenditionis.Nec obstat. §.si vir,quia secundum intellectum Bar.ibi in princ.ab Alex.relatum & illi literæ magis amicum & consentaneum probat oppositum.præterea loquitur in marito locante cui nihil imputari pōt quum futurū diuortium cogitare non debuerit,vt ibi per Pau.de Cast.secus in eo qui retrouendere tenebatur.debuit enim prospicere euenire posse vt res redimeretur,vt in l.simile dicitur in l.si quis domum. ff.loca.

221 Hanc conclusionem limita † nisi retrouenditio facta foret saluo iure coloni, tunc enim emptor teneretur stare colono.l.si mercedem.§.fin.cū ibi no.per Bar. & alios. ff.de act.empt.de qua clausula vide quæ scribit Bal.in cōsi.38.vol.1.Fab.in tract.de empt.& vendit. in 18.q.sextæ principalis.& Fely.in cap. inter monasterium col.2.de re iudic.sis igitur memor reseruare semper ius coloni & partem colonicam quæ duo inter se differunt, vt per Fabia.loco præalleg. ad quod vide etiam Rom.in consi.309. Soz.Iuniorem in repe.l.cum filio col.pen.ff.de lega.1. vbi etiam tradit an emens fundum debeat habere fructus pēdentes si locatus fuerit fundus. Retenta tamen opinione Bald.contra quam in practica durum esset obtinere,limita dupliciter, primo quando locatio non fuisset bona fide facta,sed malitiosè, exempli gratia, quia videns & cognoscens quod volebas redimere locasti,tunc enim colono stare non poteris per ea quæ post alios scribit Alex. in d.§. si vir ad finem primæ col. de locatione per maritum facta,vxore graui infirmitate laborante,indeque mortua quòd vxoris heredes locationi stare non tenebuntur, ex quo vir in culpa fuit locādo tali tempore,facit tex.in pręalleg.d.l.si quis domum,ibi hoc enim posse euenire prospicere debuit.

Secundo limita conclusionem procedere quando ad annum tantum facta fuisset locatio, secus si vltra annum vbi singulis annis percipiuntur fructus,quia tunc non teneretur emptor stare colono, vt per Alexand. in dicto §. si vir.columna prima.

Vltimò declara conclusionem Bald. vt quamuis emptor colono stare teneatur, pensiones tamen futuri temporis commoda ipsius cedunt per text. d.§. si vir intelligendo vt ibi per Pau.de Cast. ad fin.commenti.

222 Septuagesimosexto quæritur, † habens ius redimēdi decessit pluribus relictis hęredibus, an vnus possit alium cogere ad redimendum,quum emptor nolit retrouendere, nisi totum simul retrouēdat iuxta l.primam j.de luit. pig.videbatur quod sic per tex.in l.his consequenter in §. celsus.ff.fam.ercisc.& in l.hæredes in.§.idem iuris eo.tit. ubi in pign.luendis hæredum unus per rationem prædictam potest alium cogere partem pretij spectantem sibi soluere,vel etiam pretium recuperare,si pro illo soluerit, sunt tamen qui arbitrentur alios hæredes liberari cedendo iuri suo ar.l.si fructus.ff.de vsufruct.& l.is cum quo in fin. ff.de aqua plu.arcen. & eorum quæ scribit Cæpol.in tract.de ser. urb.præd.in rub. de puteo post antiquos ibi relatos in ea quæstione utrum vicinus possit sumptuum cōtributionem euitare pro refectione putei communis totius uiciniæ renunciando cōmodo putei.nam si ratione præteriti tēporis puteus reparatione indigeat, quum ex vsu iam senserit utilitatē, tenebitur ad cōtributionem nec poterit renunciare in damnū uiciniæ.ar.l.secundum naturam.ff.de re.iur.& c.qui sentit onus eo.tit.in 6. p futuro autē tempore sic per l.primam. ff.de colleg.illi. & l.pen. C.de pact. Ex quibus infertur ad decisionem notat.

quæstio-

quæstionis de forensi qui pro talleis ratione bonorum in hoc territorio, puta existentium, molestabatur, & ad soluendum varijs pœnis compellabatur, cupiens onus collectarum euitare bonis ipsis cedere volebat, & renunciare, an audiendus esset pro collectis præteritis vel ex causa de præterito impositis, videtur quòd non, secus pro futuris per prædicta & per tex. in l. incola. ff. de municip. vbi videtur casus respectu collectarum præteriti temporis, sed respectu futuri. Bart. ibi contrarium voluit dum ait possessorem non posse renunciare nisi rem venderet & faceret rem alteri idoneo ad soluendum collectas in æstimo poni, vt ibi per eum quem sequi videntur doct. ut per Parpaleam in repet. legis placet col. 13. versic. quomodo autem. C. de sac. sanct. eccl. & Cor. in consi. 24. in secundo dubio in 3. vol. & videtur text. in l. propter honorem. C. qui bo. cede. po. vbi dicitur non posse quem cedere bonis ne publicis fungatur muneribus & oneribus. ex quo text. colligunt ibi Bal. Pau. & Sal. quod subditi volentes cedere bonis vt collectas euitent, non possunt. quod autem ille tex. loquatur in collectis patet inquit Bald. ex illis verbis pro modo substantiæ, idest per solidum & libram vt vulgares dicunt, sunt autem collectæ dicit Bal. onera rerum, id est patrimonialia naturaliter, sed formaliter sunt onera personarum subditarum quæ indicũtur personis, & quia forma & materia faciunt vnum totum, ideo dicũtur munera mixta. l. rescripto. §. fi. ff. de muner. & honor. hanc eãdem opinionem in terminis tenuit Ang. in l. cum vsufructuarius. ff. de vsufru. in fine, vbi dicit illam legem volentem eum qui tenetur ad onus reale liberari ab onere cedendo rei, non habere locum in rustico qui non vult soluere collectam pro prædio sed rei cedere, quia illud onus non est mere reale, sed imponitur personæ pro rebus.

Sed respectu futuri temporis oppositum voluit Bar. in l. si cũ quo. ff. de aqua plu. arc. circa fin. sequuntur ibi Pau. de Cast. & Alex. in apostillis ad Barto. & in effectu in alio proposito Dec. in consi. 285. col. fi. idem eleganter & pulchrè voluit Bald. in l. unica col. 5. j. de sent. quæ pro eo vbi dicit ciuem bonis cedẽtem teneri tamen ad munera personalia, puta ad custodiam castri, vigilias, & excubias sed non ad munera realia, idest, quæ præstantur ex his rebus tributum puta, saccum vnum frumenti quolibet anno ex redditibus & fructibus fundi, item nec ad mixta subiungit vt collectas quæ præstãtur non ex ipsa re, sed propter ipsam rem æstimatã & allibratam, causa enim finalis est ipsum æstimum, quo sublato & extincto cessat obligatio collectarum pro futuro licet remaneat pro præterito. d. l. incola, quum dicamus collectam personæ propter rem imponi, quia obligatio in personam dirigitur, sed causa finalis est ipsa res. §. fi. d. l. rescripto. re ergo remissa uidetur à futuris collectis propter rem ipsam debendis remittentem liberari. solutio tamen prædicta non tollit contrarium d. l. propter honorẽ quæ loquitur in realibus & patrimonialibus, patet ex illis verbis pro modo substantiæ, ergo non in personalibus: melius ergo potest responderi, quod ibi renunciatio, & cessio erat maliciosa & fisco inuidiosa ut ibi dicitur, ideo nõ admittitur, aliàs secus. Quæ conclusio sapit magnam æquitatem, pro qua etiam facit quod dicitur de obligato personaliter actione de peculio qui ex quo tenetur respectu peculij volens cedere rebus peculiaribus auditur text. est in l. sed post quam in fin. ff. communi diuid. not. Bar. in l. frater à fratre col. 8. in 1. q. 2. partis gl. ff. de cond. indeb. ergo & pariter proposito nostro audiri debet ille qui vult cedere rebus. propter quas seu quarum respectu ad collectas tenetur.

Circa tamen principalem quæstionem aduertendum est, quia inter prædicta diuersa est ratio. qui enim pignori rem minus idoneam accepit, eius quantitatis in quã pignus non sufficit non amittit exactionem l. creditor la 2. ff. si cert. pet. & l. 3. j. de distr. pigno. habet enim personalẽ actionem ab actione pignoris separatã ad consecutionẽ crediti, quam intentare potest, licet pignus remiserit. sicque res pignorata non desinit pignorantis & hæredum esse. Daturq; solum creditori pro eius cautela qui nihilominus actionem habet pro credito suo aduersus debitorem & hæredes suos. ideò nimirum si vnusquisque ex hæredibus potest cogi soluere eius ratam partem pecuniæ debitæ seu expositæ pro luitione pignoris, secus in re vendita cum pacto de retrouen. quia desinit esse venditoris, & transit ad emptorem, nec compellitur venditor redimere si non vult vt supra visum fuit. nec aliquid supplere, si minus valeret, quàm pretium expositum & acceptum, si redemptio seu rechatus est in facultate non in obligatione. ergo vnus hæredũ non debet posse alium ad redimendum cõpellere, quum nulla obligatione ad id teneatur.

Melius est igitur dicere quod vnus hæredum prædictorum possit totum rechatare soluendo totum pretium, oblata cautione, & præstita, de dando, & restituendo partem cohæredi si habere voluerit, & soluere partem suam pretij per text. not. in leg. j. in §. si pecunia. versi. sed si res. ff. depos. cum his quæ in simili adduxi supra in 13. quæstione circa fin.

223 LXXVII. † vẽditor cui factum fuerat pactum de retrouen. intra certum tempus eo pendente decessit relicto hærede minore annis 25. An redimendi tempus illi currat ita vt eo elapso à beneficio rechati exclusus sit. Dubitationem facit, quia vbi contra maiorem originem sumpsit obligatio, non consideratur persona minoris l. apud Iul. in princ. ff. ex quibus causis in poss. ea. Bar. in l. cum filiusfam. in §. in hac. ff. de verb. oblig. nec tunc minori in integrum conceditur restitutio l. Aemilius. ff. de minor. l. fin. vbi notat Pau. de Ca. C. si aduer. ven. pig. tradit Ias. in cõsi. 226. lib. 2. ea propter dicẽdum videbatur minori tempus currere absque spe restit. in integ. ad quod uide Matthe. de afflic. in decisione regni 212.

Ad oppositum facit, quia & si minor cum quo nihil gestum est aduersus præscriptionem conuentionalẽ ex edicto de minoribus quod requirit cũ minore gestum esse non restituatur iuribus præalleg. tamen ex capite ignorantiæ per clausulam illam generalem, & si qua mihi alia iusta causa esse videbitur in integ. restituam uidetur restituendus, si pactum cum defuncto factum se ignorasse alleget. quæ quidem ignorãtia est causa iusta restitutionis, quum in ius alterius successerit d. l. qui in alterius. ita singulariter tenet Bar. in l. Aemilius col. 2. ff. de mino. sequit Sal. in l. fi. C. si aduer. pig. & Mod. tau. in tract. præsc. fol. 64. col. 3. in versi. 2. limita. quæ ratio ostendit id speciale non esse in minore, immò procedere in quocunq; hærede propter iustam causam ignorantiæ. Ex quo inferri potest quòd facta intimatione pacti secũdum practicam Bar. in l. si quis inchoatus. ff. depos. per illum tex. hæres maior excluderetur à beneficio rest. in integrum propter notitiam, & intimationem pacti ignorãtiæ exclusiuam, sed si minori esset facta ex quo cum minore gestum aliquid esset. videretur danda in integ. restitutio aduersus temporis lapsum. ex edicto de minori. per illam l. Aemilius in ctis no. per Bar. tex. uerò. d. l. primæ in fin. ex quibus. cau. maio. de clausula illa generali. & si qua alia iusta causa mihi videbitur, vltra ea quæ adduxi supra. in q. 74. exornare

224 poteris † ex dictis Anchar. in consil. 174. col. fi. & consi. 393. ad fin. dum ponit an rusticitas sit iusta causa succurrendi ex dicta clausula generali. Roma. consi. 477. ad fin. Alexan. consi. 71. uol. 1. & consi. 8. circa fin. uol. 3. & consi. 69. in eo. & consil. 45. col. 2. vol. 5. Aretin. consil. 15. ad fin. Curt. Iun. in consil. 18. col. fi. & in apostil. ad Pau. de Cast. in l. fi. C. de præscript. longi tempor. Ias. in l. quandiu ad fi. C. qui admitti Rimin. in l. iuris ignorantia colum. fi. eod. tit. Corn. in singula. in litera S. in 10. sententia 8. singular. incip. nota peregrinum dictum Barb. consi. 49. col. vltim. lib. 1. Curt. Senioris in consi. 59. col. 4. Deci. in consil. 138. & 164. col. fi. Beltran. in consil. 273. vol. 1. & 301. volum. 3. & Ruin. consi. 68. lib. 1. vbi consuluit ex clausula prædicta generali dari in integr. restitutionẽ etiam aduersus, præ-

sumptio-

ſumptionem iuris & de iure aduerſus ſententiam, puta quæ tranſiuit in rem iudicatam.

Sed quod lapſo tempore ad redimendum dato ſit præcluſa via redimendi, nec concedi debeat reſtitutio ex edicto de minoribus, vel ex clauſula generali de qua ſupra conſuluit latè Curt. Senio. in conſi. 59. Mouet in effectu, quia minor non reſtituitur aduerſus præſcr. cõuentionalem inceptam cum defuncto maiore, immò currit cõtra minorem ſine ſpe reſt. in integrũ. d. l. Aemilius quia ſicuti non reſtitueretur aduerſus contractum celebratum cum defuncto maiore cui ipſe ſucceſſiſſet. l. quæ à patre. C. de teſt. mil. ita nec reſtituetur aduerſus curſum tẽpis appoſiti in ipſo contractu 2. per tex. l. 2. C. ſi aduerſ. ven. pig. iunctis ibi no. per Bal. & Sal. vbi quando minor patitur præiudicium propter non fieri in actu cũ defuncto inchoato committitur obligatio ſine ſpe reſtit. vt ibi vult textus.

Ad allegata in contrarium maximè ad fundamentum ignorantiæ, reſpondetur procedere in conuento, ſecus in actore qui ſe verificare debuit, & ius ſuum diligenter explorare antequam ageret, vt etiam per Deci. in d. l. qui in alterius columna prima.

Sed quicquid aliàs tenuerim in prioribus ſcriptis nũc dico opi. Bar. eſſe communem, & veram, & ab illa non eſſe recedendum, ꝙ danda ſit reſtitutio in integrum huic minori ex dicta generali clauſula, per ea quę elegãter Bar. in d. l. Aemilius col. 2. & in l. j. §. ſi quis propter ff. de itin. actuq; priua. faciunt optimè dicta per Alexan. & Iaſ. poſt alios in d. l. ad diem ff. de verb. obl. & Cor. in conſ. 210. lib. 1. volentes ꝙ & ſi ad diem ſub pęna pecunia promiſſa ſit, & ante diem mortuo promiſſore non adita hæreditate committatur pœna: hæres tamen poſtea poterit in integrum reſtitui per illam generalem clauſulam æquitate id ſuadente, & tamen contractus, & promiſſio defuncto facta fuerant, & nihil cum hærede geſtum, qui ſolummodo propter non fieri ex promiſſione defuncti præiudiciũ patiebatur. ergo pariter in quæſtione noſtra ex eadem æquitate licet nihil cum minore geſtum ſit, danda illi erit in integr. reſt. ex clauſula illa generali in æquitate fundata, vt etiam per Imo. in l. cum filius in §. in hac ff. de verbo. obl. Philip. Fran. in c. cum quis de regul. iur. in 6. Deci. in conſ. 556. col. fi. Iaſ. in l. 2. in præantepen. char. in ver. in ea gl. ad fi. habetis. C. de iure emphyt. & Ang. Aret. inſt. de except. in §. idem iuris eſt col. 2. vbi reputant dictum Bar. in d. l. Aemilius aureis literis ſcribẽdum. & vim eſſe in modo practicandi. quia ſi petat reſtitui quia minor & læſus, non audiretur: ſecus ſi petat vti hæres ignorans factũ defuncti, ex illa generali clauſula ſupra relata.

Ad præalleg. l. Aemilius, clarè ibi reſp. Bar. quod loquitur in reſtit. in integrum petita ex capite edicti de minoribus. non ex illa generali clauſula, & ſuadetur vltra cum iſta ſolutio ex natura tit. de mino. ſub quo ſituata eſt lex Aemilius, quę ſecundum ipſius naturam intelligi debet. l. Imperatores. ff. de in diem addic. nec refragatur lex quę à patre, ſ. alleg. quum æquitas nulla ſubſit, vt minor hæres maioris reſtituatur aduerſus contractum à maiore factũ cũ ipſo minore nihil facto nec omiſſo, prout ſubeſt æquitas, vbi minor errore aut ignorantia omiſit intra tempus cum defuncto conuentum & quod adhuc ſibi competebat rem redimere, & ſecundum prædictam ſententiam inuenio nuper conſuluiſſe Ruin. in conſil. 54. lib. 5.

Quia tamen ſupra dixi hanc in integrum reſtitutionẽ dari hæredi etiam maiori ex dicta clauſula generali, intellige niſi poſſet aliquid ſibi imputari ante aditam vel poſt aditam hæreditatem cur non redemerit, quia tunc nõ daretur ipſa in integrum reſtitutio per ea quæ pulchrè ſcribit Alex. in l. ad diem ad fi. ff. de verbor. obligat.

225 LXXVIII. quæro † ad quem ſpectet onus ſoluẽdi tributa, & collectas pendente termino retrouen. impoſitas, & impoſita, retrouen. poſtmodum ſecuta tributũ rei imponitur. l. Imperatores. ff. de publ. l. fi. C. ſine cenſ. vel reliqui. collecta imponitur principaliter perſonæ propter tẽ ideo ſubdito tantum imponi poteſt. l. reſcripto. §. fi. ff. de muner. & hono. l. Libertus. §. ſola. ff. ad munici. quamuis de conſuetudine generali etiam forenſes collectentur ratione rei ſitæ in territorio collectantium, quia res ſubdita reputatur poſtquã eſt in eo territorio ſita, & per Bart. in locis præallegat. Cor. in conſ. 22. lib. 1. Dec. conſ. 284. & 694. Pau. de Caſt. in l. inter debitorem. ff. de pact. ubi tangit dictam differentiam tributorum & collectarum. De quo articulo etiam per Aret. in conſil. 105. in cauſa: & ſic temporibus noſtris poſſeſſores ita ad onus collectarũ ſicut ad onus tributorum compellentur, licet adhuc inter prædicta ſint aliquæ differentiæ ſecundum Are. loco præall. Quæſtioni propoſitæ reſp. dicendum eſt onus ſoluendi collectas ſpectare ad emptorẽ qui fructus percepit. eſt .n. onus fructuũ, & ſic ſpectat cui fructus pertinẽt l. quæro ff. de vſuſr. lega. l. ſi pendentes in §. ſiquid cloacharij. ff. de vſufr. & d. l. fi. vbi Salyc. C. ſine cenſ. vel reliq. l. neque ff. de impen. in rebus dot. fac. tradit Feder. de Senis in conſi. 80. & Butr. in conſ. 60. vbi conſuluit, quod ſi cogente ſtatuto venditor collectas perſoluit, poſt tempus venditionis eo, quia ad æſtimum emptoris nondum erat tranſlata poſſeſſio, poterit ab emptore repetere. vt etiam per Afflictum infra allegandum & Aret. ſupra allegar. & Bartu. conſ. 84. lib. 4. vbi ponit de marito qui pro vxore ad collectas tenetur abſq; ſpe repetendi propter fructus quos percepit. item & de vxore relicta vſufructuaria à marito, quę ad talia onera ſupportanda aſtringitur, limitando tamẽ, per Parpal. in repet. l. placet. col. 16. C. de ſac. ſan. eccl. De qua materia collectarum, & an ſemper onus eas ſoluendi ad fundi poſſeſſorem ſpectet vltra præall. vide Cor. in cõſ. 24. in ſecundo dubio in 3. vol. Alex. conſ. 1. col. 3. lib. 4. & conſ. 4. vol. 5. & conſ. 147. col. fi. in eo. Sozi. conſ. 119. lib. 1. & conſ. 92. & 96. lib. 2. Rom. conſ. 230. Dec. conſ. 285. Brunum conſ. 94. Iaſ. in l. j. col. 6. & ſequenti, & in l. 2. col. 2. C. de iure emphyt. Pichum in repet. §. Titia. q. 77. Parpal. in repet. d. l. placet col. 24. Iaſ. conſ. 109. lib. 1. Corſ. in ſing. in verbo locatio Brunum late in tracta. de exclu. fœm. ſtan. agna. ſol. 40. col. j. & 2. Bologni. conſi. 54. Matth. de afflict. in deciſione regni 95. vbi tangit an pro præterito poſſit conueniri poſſeſſor. reſpond. quod ſic, ſed repetet ab auctore ſuo quod adhuc clarius procedit, quando, vt communiter fit, promiſiſſet rem disbrigare ab omni perſona, &c. vt per Aret. loco præalleg. ad finem, & nota vnum quod vbi poſſeſſio rechato ſuppoſita eſſet penes eccleſiã vel eccleſiaſticam perſonam efficeretur libera, & francha ab omni onere collectæ. & delenda eſſet de regiſtro & æſtimo communis aucten. caſſa & irrita. C. de ſacro ſanct. eccle. capitulo primo, circa fin. de immun. eccle. lib. 6. notant. Pau. de Caſt. & alij in l. inter debitorem. col. 1. ff. de pa. ſed poſt retrouenditionem res adhuc tãquam laici regiſtranda eſſet & vt de re laici ſoluenda onera, quia quælibet res iudicanda eſt ſecundum præſentem ſtatum vt per Pet. de Anch. in conſ. 171. col. 2. pluribus tamen durũ videtur quod poſteaquam laicorum res ſunt deſcriptæ in æſtimo, & regiſtro communis, eximantur ab æſtimo, & talleis ac collectis, in damnum, & præiudicium reipubli. & tranſeant ſine onere ſuo. ideo Bald. in volumine, conſi. 447. exorditur.

Antiqua querela laicorum eſt, quia eccleſiæ de die in diem ditantur, & laici ab oneribus ſtrangulantur, quum eccleſiæ non ſubeant onera perſonalia, nec mixta, niſi aliqua extraordinaria, ſed reſpondet Bald. in conſ. 148. lib. 5. & Pau. de Caſt. in d. l. inter debitorẽ, quod antequam collecta ſit impoſita bona non ſunt hypothecata, quaſi hoc ſit impoſſibile, & ſic principium acquiſitionis dominij erit liberum, & nõ affectum: ex quo ſtatim ſequitur quod clerici non tenentur ad nouas collectas, quia eorum prædia quantum ad hoc non videntur eſſe de territorio, ſiue de diſtrictu laicorum, propterea multi adinuenerũt cautelam faciendo prędia tributaria, & ordinando quod bona regiſtrata ſint obligata ſoluere pro collectis, quo caſu

tran-

transeunt etiam ad ecclesiam, & ecclesiasticas personas cum tali onere, vt per Bar. in l. rescripto in §. sciendum ff. de muneri. & honor. secundum cuius opinionem consuluit. Cald. in consi. 7. sub rub. de constit. Barb. cons. 1. lib. 3. Soz. pulchrè cons. 12. lib. 4 3. & alij relati per Dec. in c. ecclesia S. Mariæ, de const. col. 23. vers. quod autem supra dictum est, nisi istud esset factum in fraudem clericorum, & ecclesiarum secundum Dec. ibi, & Soz. loco prealle. talem fraudem non præsumi dicentem.

Sed illa opinio Bar. in talleis, & collectis non potest in púcto iuris sustineri ideo est communiter damnata per doct. quicquid dicant præfati, vt per Ias. in l. placet. col. fi. vbi latius Parpal. col. 22. C. de sac. san. eccl. Bal. in cós. 148. præmisso, & 447. antiqua lib. 1. & summam Ang. in verbo immunitas. versic. 36. Dicit tamen Bal. in cons. 148. quod licet rationibus canonistarum non possit ita bene respóderi de iure. De facto propter vtilitatem publicam seruatur opinio Bar. & mihi placet, quia aliàs posset destrui status laicalis, quum non possent laici omnia onera supportare, & paulatim omnia prædia registrata ad ecclesiasticas personas possent deuolui, sicque eximi. & esset impossibile quod prædia laicorum remanentia in registro supportarent onera occurrentia maximè téporibus nostris, ideò euitandam. l. nam absurdum. ff. de bo. lib. propterea compilator summæ Ang. præallegat. dicebat opinionem hanc non esse condemnãdam, sentiens ęquam esse. illud autem certum est, & commune dictum quod vbi prędia essent effecta propriè tributaria, idest haberét certú specificum, & determinatum onus, & non certificandum ex post, puta pro quolibet iugere soluantur quatuor denarij singulis annis, quod tunc transirent ad ecclesiam, & ecclesiasticas personas cum illo onere etiam de iure canonico. c. 1. de censib. cum ibi not. c. si tributum 10. quæstione prima. Bald. consi. 447. antiqua in fi. lib. primi, & inter consi. Ang. consil. 24. an ecclesiæ Abb. in cap. fina. de uita. & hon. cleric. summa Angel. loco præallegat. notan Ias. & Par. in locis supra allegatis.

Et quia hisce temporibus propter latrocinia, & occurrentia bella ponuntur immésæ collectæ, & talleæ, & nonnullis immunitatum priuilegia concessa sunt ab imperatore à quibuscunque oneribus ordinarijs, & extraordina. realibus, personalibus, & mixtis etiá ex causa, & occasione belli vel pestis impositis, & imponendis in forma. Videamus an valeant, & releuent priuilegiatos ab oneribus & collectis prædictis. prima fronte videtur ꝙ non, quia sequi posset maximum incóueniens, & absurdum, quòd alij priuilegijs condonarentur, & onus ad paucos spectaret, quod esset iniustum, & quandoque impossibile supportare. item quis Princeps bene pôt suũ dare, & remittere, nó meum tollere, exempli gratia, secundum Io. An. in c. 2. de immu. eccl. & refert ibi Abb. col. 4. si ciuitas consueuit dare centum libras singulis annis Principi, & alicui ex habitatoribus immunitatem concesserit, sibi præiudicat, non communitati, aut ciuitati, debet ergo dicũt detrahi de illa summa centum librarum pars quæ priuilegiatum contingeret si immunitaté non haberet, & quod restat alijs imponetur, & soluetur Principi, & sic cócedit in præiudicium ipsius non in præiudicium communitatis, vt etiam per summam Ange. in verbo talleam versi. 6.

226 Sed communis opinio doct. † est ad oppositũ in summo Pontefice, imperatore, & alijs habentibus iura imperialia prout est Dux Sabaudie, Dux Mediolani, Marchio montis ferrati ac similes, qui possunt concedere prędictá immunitatem motu proprio, vel ad preces partis cũ clausula non obstante l. fi. C. si contra ius vel vtil. publ. & maximè de plenitudine ptátis, quia possunt supra ius, & contra ius, & nemo potest eis sic agétibus dicere. cur ita facisis? & est crimen sacrilegij disputare de eorum potestate Abbas & alij in c. 2. col. pe. & fin. de immun. eccle. & in c. accedens col. 3. de præscr. vbi Felyn. & Moder. Alexand. in consil. 101. lib. 1. & 216. lib. 2. & 30. volum. 5. Bartol. & Alex. in l. hi qui. ff. de iur. immun. Iacobi de S. Georgio in tract. feudo. fol. vlt. Ias. plenè in consi. 83. lib. 3. & consil. 1. lib. 4. Curt. Iunior. in consilio 60. & 61. in quibus locis habetis etiam de alijs qui immunitatem quandoque concedere possunt. Ad allega. in contrarium respon. quód vniuersitas æquo animo pati debet paruam læsionem contingentem ex immunitate per Principem aliquibus concessa. argu. l. quoties. C. de precibus impera. offer. l. scio. ff. de in integr. rest. c. j. extra eo. tit. & c. pe. de rebus eccl. non alien. sed si læsio grauis esset super hoc adeundus esset ipse Princeps, & ab eo remedium petendum c. suggestum de decim. licq; non esset auctoritate propria resistendum sed ipsi principi de opportuno remedio supplicandum, vt per Abb. in d. c. 2. col. penul. Quinimmo occurrentibus oneribus insolitis, & excessiuis belli puta, nó obstante exceptione possunt habentes prædicta priuilegia immunitatum collectari, & ad onera cum alijs supportanda cogi, & compelli, quia tali casu propter publicam vtilitaté nulla concessio patrocinatur eximitve. l. iubemus nullá. C. de sacrosanct. eccle. l. nullus. C. de cursu. publ. lib. 12. ita Soz. in l. si ex toto. ff. de legat. j. & Curt. Iunior. in d. consil. 61. col. fin. & ita potest defendi quod facit nostra ciuitas Vercellarum quæ istis turbulentis temporibus suspendit omnibus omnes exemptiones etiam à Cæsare nonnullis cócessas, & est magis honesta practica quàm dicere quod de facto non obseruat.

Et pro compleméto istius materiæ collectarum adeò vtilis & frequentis sciendum est. Quod de iure, & si malè de consuetudine obseruetur ante impositionem collectandis fieri debet notificatio, & intimatio talleæ. l. 2. cũ ibi no. C. de indic. lib. 10. l. j. cum glo. in verbo tabulario. C. de exactio. trib. lib. 10 & quia dicta munera pro modo facultatum sustinenda sunt. vt dicit text. in l. prima. C. de mu. patrimo. lib. 10 & l. 1. C. de appo. pub. eo. lib. ibi nihil ad releuationem locupletum neque inopum pernitiem audeant pertétare, potest ille à quo petitur collecta & tallea exactori dicere ostende mihi si sum descriptus inter debentes soluere, & in quantum teneor, vt per Bar. in d. l. 1. C. de exact. tribut. lib. 10. ideo consuluit aliàs genitor meus pro nobilibus Vercellensibus prędia posidentibus super territorio ac finibus loci palestri ducatus Mediolani contra ipsam communitatem palestri, ꝙ ad requisitionem & petitionem ipsorum nobilium conuentorum, & qui ad contribuendum in oneribus de quibus agebatur, impetebantur & cóueniebantur homines palastri ac pro eis interuenientes tenebantur exhibere æstimum, & impositionem talleæ, & causas impositionis ita vt videri, & cognosci posset, an ipsum æstimũ & impositio iustè processissent, & an omnes causæ admittédę essent, parte ipsorum nobilium, qui non tenebantur ad onera personalia nec mixta sapientia magis naturam personalium quá realium, & quod non sufficiebat quædam nugatoria productio partis exhibentis quasdam listas continentes. P. esse. in solidis decé. Q. in solidis octo. R. in solidis viginti quia ex his cognosci non poterat an ęstimũ esset rectè factum pro modo facultatum cuiusq; soluere debétis, & an plus debito grauati fuissent, ac ad omnia onera de quibus in causis oppositionum tenerentur prout dicebat eosdé nobiles grauatos, & male indiscreteque per homines palestri æstimatos qui ostenderãt quid referat in manu rusticorum esse. aliquos enim ex ipsis nobilibus posuerant in solidis 20. qui consideratis prædijs quæ in dictis finibus palestri habebant, non erant æstimandi in quatuor, & ꝙ si secundum formam dicti æstimi soluissent longe plus, quam fuissent fructus & redditus bonorum erogassent, & ne ea fraus detegeretur & cognosceretur, recusabant exhibere æstimum, & listas cum numero iugerum prædiorũ eorundem hominum, & ipsorum nobilium existentium super finibus suis cum causis impositionum, quod tamen debebant facere. & omnium prædictorum copiam dare cum termino opponédi iuxta dictum Bar. in extraua. ad reprim.

reprim.in verbo de plano & no. per Rom.in consil.156. 322.& 519. facit tex.in l.j. in principio, & in §.edenda.ff. de edendo,& in l.argentarius. in §.edi.eo.ti.vbi nisi ratio à capite inspiciatur intelligi non potest, & debet subijcit Iuriscósultus, edi totum illud quod ad instruendum aliquem pertinet.vide etiam Abb.in c.accedentes præalleg. & Curt.Iuniorem in consil.106. quæ not. sunt.

Et si inter emptorem, & venditorem redimentem facta esset diuisio fructuum secundum ea quæ scripsi in q. 51.pariter onus collectę inter eosdem pro rata fructuum agnosci & supportari deberet, quandoquidem id onus, vt dixi sit fructuum, tetigi etiam in rub.de orig.iuris, de collecta post factam retrouenditionem imposita ex causa habente originem de pręterito,per quem soluenda sit, nam per eú qui fructus percepit, debet supportari agnoscendo onus impensæ. vsque ad diem factæ retrouenditionis. A die autem factæ retrouenditionis citra onus occurrentium expensarum, ad redimentem, & dominum rei redemptæ spectare.

227 Habeo etiam † nunc præ manibus hanc quæstionem Seius vendidit prædium in finibus Taurini,vt franchú,& liberú ab omni onere tributorú, & collectarum.An conuentio talis valeat seruandaq; sit ? certú est in præiudiciú loci, vbi sitú est prædium non subsistere talem pactioné l.inter debitorem.ff.de pact.vbi Pau.de Cast. in vlt.col.dicit idem esse quoad cótrahétis præiudicium,nisi ipse promiserit soluere pro emptore, quia tunc conuentionis fides inter eos seruanda esset l.epistola in § pactum, eo.tit.

Ego arbitror quòd si vendita fuerit res tanquam francha & libera ab omni onere tallearum,& collectarum,& emptor compellatur ad solutionem prædictorum teneri venditorem ad interesse per tex.in l.ex prædijs.C.de euic. & in l.j.ad fi.ff.de act.empt.cú adductis per Alex.in consi. 54.col.fi.& cons.94.vol.5. & cons.63.vol.6. Paul.de Cast. cons.317.in antiquis Barb.in cons.56.li.2.& maximè vbi in instrumento vt cóiter fit esset apposita clausula, q, omnia partes prædictæ vera esse dixerunt,& ea promiserunt attendere, & inuiolabiliter obseruare sub hypotheca & obligatione omnium bonorum suorum. Vt tamen sine scrupulo res procederet in contingentia facti exprimeré, quòd casu quo contingeret emptorem vel habituros causam ab eodem molestari, & arctari ad contribuédum in aliquibus oneribus seu ad solutionem aliquarum collectarum impositarum,aut imponendarum pretextu dicti prædij venditi, promitteret venditor me indemnem releuare ac prompte soluere,sinauté de collectis, & oneribus specialis mentio facta non esset,sed res per liberú, & franchum allodium vendita, secundum strictam disputandi normam venditor teneretur rem liberam ab onere decimarum,& collectarum præstare, aliàs non esset libera,& francha, secus tamen est ſm consuetudinem generalem, & notoriam:quum venditiones fiant per liberum & franchum allodium,& ꝫ similia onera à possessoribus agnoscuntur & supportantur facit lex si fundus. ff.de euict. & quod omnis dispositio recipit declarationem à consuetudine,vt per Fel.in c.j.col.6.vbi Dec. 14.de proba.& maximè,quia non vr̃ intellectum de hisce oneribus quæ ex legis dispositione ipsis rebus insunt, vt probatur in l.2.& 3. cum ibi no.C.sine censu vel reliqui tradunt Bal.& Ange. in l.inter debitorem. ff.de pact.& Cano.in c.1.de immu. eccl.lib.6.hinc etiam est quod licet colonus qui nummis rem conduxit, & penes quem fructus omnes remanent teneatur ad tributa & collectas,illud nó procedit quando aliter se habet consuetudo,vt per Ias.in l.j.col.7. versi. item quod dictú est.C.de iure emph.Res igitur decimis, & collectis obnoxia eo quod sit allodialis poterit libera dici.& inspicietur principaliter libertas dominij quæ inest, licet respectu onerum quæ rei adhærent non insit.

228 Lxxix.quæro † vtrum promissio de retrouend. facta ad partem extra instrumentum primæ venditionis efficax sit ad agendum.Dic quod sic si incontinenti post instrumentum venditionis fiat : quia ab ipso venditionis contractu robur recipit, Soz.cons.253.col.2.& seq.lib.2. Alex.cons.10. col.fin. lib.1. Curt.cons.55.col.3.vbi ponit quando incontinenti facta dicatur,de quo per scribentes in l.lecta.ff.si cer.pet.in l.petens & in l.in bonæ fidei.C.de pact. At si ex interuallo facta fuerit, ita demum est efficax si stipulatione sit vallata.Soz.loco preal.& adhuc isto casu pro obseruátia nudi pacti adiri posset Princeps qui illud obseruari faceret vt per Ias. in l.iurisgentium. §.sed quum nulla.ff.de pact.& Soz.in l.legem,col.3.C.eo.ti.vbi dicit etiam hodie implorato iudicis officio cogi qué posse ad obseruantiam pacti nudi, sicut olim manu regia cogebatur,& est communis scribentium sentétia, vt per Sozin.& Ias.præalleg.For.Hispa.in repet.c.primi.fol.16.ver. quo ad secundum de pact. Sed quod in pactis nudis non

229 daretur manus regia † & si nec hodie dari debeat verius videtur. nam de iuregen. introducta sunt vestimenta pactorum, vt declarat Bart.in d.l.iurisgent. in §. quinimò, qua conclusione stante frustra inuenta fuissent dicta vestimenta, & differentia verbalis fuisset inter contractum nominatum,& vestitum ex vna parte, ac pactum uestitú ex altera.ita Alex.in d.§.sed cú nulla ad fi. quod pro contractib. vestitis, non aút pro nudis opitularetur potestas, regia quam rõnem non tollunt dicta Sozi.& For. in locis præalleg.Propterea.Ruin.in rubr.ff.de verb.obl.col.j.vbi Lanc.Galliau.col.42.conclusione.14. & Mod. de medio. col.3.sequuntur opinioné Alex.vti veriorem, sed durum & difficile esset in practica obtinere cótra communem. Quæ videtur intelligenda nisi ex abrupto, & inconsiderate facta fuisset promissio,tunc enim,deneganda esset manus regia vt per Galliau.& alios Modern.in locis præalle.

230 Postremò notandum est † quod promissio de retrouend.quæ fit ex interuallo facit contractum minus suspectum,quàm vbi fit incontineno,vt per Alex.in cons.119. col.fi.lib.4.Cors.cons.133.lib.1.Ripam in l.nemo potest. col.14.ff.de leg.1.quicquid dixerit Ruin.in cons.164.vol. 4.& faciunt quæ scribit Dec.in l.petens col.j.supra de pactis,de pacto incontinenti apposito cum alijs quæ allegauimus supra in q.57.sæpe tamen vtilius est prædictum pactum potius fieri incontinenti quam ex interuallo.vt per Ludo.Gozad.bon.in consil.16.cum alijs quæ adduximus supra in quæstione 36.& 70.

231 Lxxx.quæritur † fundum tibi pignoraui apposito pacto,vt fructus lucreris quemadmodum lucratur emptor qui retrouendere promisit, verum conuentio valeat, vel in sortem fructus imputandi sint, iuxta l.primam & secúdam.C.de pigno.ac. videbatur quòd non,quum nulla sit maior iustitia quam fidem conuentionis seruare. l.j. §.si conuenerit.ff.de pos.cum alijs adductis per Dec.in consil. 265.columna 3.& consilio 312. columna finali.

Veritas est in contrarium, quia tale pactum sapit usurariam prauitatem, c.2. de vsur. ideò ad lucrú fructuum non patrocinatur Pau.de Cast.in d.l.j. C.de pig.act.Alex. cons.73 col.fi.vol.1.summa Ang.in verbo vsura.el primo ad fi.& in verbo pignus,regula ergo.d.§. si cóueniat non procedit in turpi pacto, & vbi ius repugnat. l. pacta quæ contra supra de pact.& in materia imputationis fructuú in sortem ornamentiq; l.j.& 2.supra de pig.act.vide Ro.

232 † in sing.329.incip.creditor.& in sing.542.incip.regula est.Comen.cons.59.col.fi.Præpos. in c.vnico ad ti.de feu. & min.valuas.Alex.cons.73. col.2.lib.2.& cons.156. libr. Bal.nonell.in tract. de dote fol.48. Canon.in c.salubriter de vsur.summa Angel.in verbo officium ad fin.& in verbo vsura el primo versicu. 8.vbi dicit quòd mutuans pecunias communitati vt collectarum onus non subeat non incidit in labem vsurariæ prauitatis, sed cótrarium, & melius meo iudicio tenuit Caietan. in summula in verbo vsura exterior in primo nota,versiculo nono,& 11. vbi etiam dicit quòd sicuti accipientes pignora locupletiores,ex eis fieri non debent, ita nec pauperiores, ideò quemadmodum: fructus pignoris in sortem imputantur

tur ita expensæ qualitati pignoris annexæ imputādę sunt domino pignoris vide etiam Mod.de fano in tract.de pigno.fol.49.& sequenti ac Moder. Taur. in repe.l.admonendi. fol.vlt.ff.de iureiuran.

Sed quid si vltra pactum de non imputando fructus in sortem, dominus rei fecisset de illis donationem vt quandoque vidimus. Videtur quod nō sint imputandi nec restituendi, quia ex iusto titulo,l.donationis eos lucratur, sed si claudicaret intentio, vt quia licet de donatione dictum sit tamen ex mutuo vel pignore tales fructus conceduntur,& accipiuntur,& nō ex gratuiti beneficij recompensatione ad quam beneficiatus ex morali debito tenetur,vsura esset,& restitutione opus foret,vt p Caieta num loco præalle.dum tractat de vsura mentali vide etiā Ang. in l.si tibi.ff.de pact.Moder.in l.petens ad fin. primę quæstionis, Bart.supra de pact.vbi post Cano.theologos, & scribentes ponunt quod si contractus in se ęquitatem recompensationem, & proportionem continet licitus erit dummodo ex tali contractu excessiuè quis non lucretur. excessus enim modi fraudem præsumi faceret, & quòd mutuans communitati vel Principi licitè aliquid capit remunerationis gratia, dummodo legitimum modum nō excedat.

233 LXXXI. † venditum fuit castrum cum pacto de retrouen.imminet periculum amissionis castri.Cōtenditur de custodia deputanda inter emptorem,& venditorem protestantem se redimere velle,& de interesse contra emptorem pati nolentem custodiam poni, si capi castrum contingat,quid iuris? Bal.in c.t.in princ.de inuest.de re alie.

234 Iac.† tenet dominum inuito vasallo posse custodem apponere.in casu nostro arbitror venditorem minimè audiri debere: quia dominium tam vtile quàm directum nō est venditoris, sed emptoris, ideò in re sua quilibet debet esse arbiter & moderator. vulg.l.in re.C.mā. si tamē posset ascribi culpa aliqua circa amissionem ipsius castri, de ea teneretur.l.contractus cum ibi not.ff.de reg.iur.faciūt dicta supra in quæstio.28.quòd ille cui culpa sua non potest retrouendere tenetur ad interesse,accedant ad propositum quę scribit Pau.Pichus in repeti.§.Titia cum nuberet.in 79.quæst.an vsufruct.vel proprietarius in castro ponat custodes.

235 LXXXII. quæritur † de alienatione fundi emphyteutici: laudemium persolui debet quod à lege quinquagesima nuncupatur.l.fi. vbi latè Ias.col.11. cum seq.C.de iur. emphyt.idem iuris est de re feuda.Iac. de S. Georg.in sua feu.inuesti.in verbo quiqui dem inuestiti col.16.& in verbo cum pacto de non alienando col.5.& 9.præpol.in tit. per quos fit inuestit.in §.1.col.2.& in tit.si de feu. fuerit controuer.in §. Titius col.pe.& Curt. in tract.feud.char. 50.col.3.versi. circa hāc.Pone rem emphyteuticā vel feudalem cum pacto de retrouen.intra ann.10.emisse.& laudemium persoluisse.redimere desiderans pretium offers, & deponis retrouenditionem petens, ergo vltra pretium rei pecuniam pro laudemio solutam peto.An ad illius restitutionem tenearis,quia,vt inquit Bal.in l.precibus col. 5.C.de impub.& alijs substit.ferro viam aperit qui p contraria transit & disputando res magis explendescit in lucem.c.graue.35.q.9.l.lecta.ff.si cert.pet.cum accumulatis per Neuizanum in sylua nuptiali in princ.

Prima facie videbatur quod non, quia onus soluendi gabellam, tertium venditionis,& laudemium secundum

236 cōem doct.sententiam sequitur emptorem †l.debet in fi.ff.de edil.edic.vt per Roma.in sing.188.incip.per Ita'iā. Alex.consi.51.vol.3.Soz.consi.247.col.2.& sequen.libr.2. Sal.in rubr.C.de reb.cred.nec iure cautum reperitur emptorem habere posteà regressum contra vēditorem, ergo &c.secundò quia factum emptoris venditori obesse non debet,sed sibi soli aliter de hoc non cauto.l.non debet alters.ff.de regu.iuris, & lex qua persona eo.tit.tertiò,quia si partes id voluissent vtique dixissent.vt in simili habetur in l. vnica versic. sin autem ad deficientis.C.de cadu. toll.

omissum igitur habetur pro omisso.l.quicquid astringen dæ.ff.de verbo. oblig.facit à sufficienti partium enumerōne.l.obligamur.ff.de act.& oblig.quartò, quia emptor pendente termino retrouenditionis lucratur fructus rei. vt hic dicitur, ergo ipse onus debet sufferre.l. secundum naturam.ff.de reg.iur.l.quæro.ff.de vsufruct. lega.quintò, quia omissum pro cauto,& expresso habetur,quādo contrahētes id dixissent, & verisimiliter disposuissent si de eo interrogati fuissent.l.tale pactum.§.fin.cum gl.ff.de pact. l.mulier,vbi Aquens.not.ff.ad Trebel.sed id verisimiliter dictum fuisset si de eo facta foret interrogatio rationibus prædictis, ergo &c.

In oppositum vr text.in d.l.debet in fi.& in l. cum aut? in §. 1.eo.tit.vbi quicquid empnonis causa erogatum est, dum sponte datum non sit imputatur, & emptori debet restitui rescissa venditione, sed laudemium tale quid est ergo,&c.respon.Illa iura loqui in emente morbosum animal, ex quo nullum commodum percepit verum passus est id emptor incommodum propterea indemnis præferuari debet. vt ad fi.d.l.dicitur. sed in qōne ista illæsus, & indemnis fieri utur emptor pp lucrum fructuū, negabo id verum esse nisi restituat pecunia pro laudemio soluta.

Nec obstat quòd fructus perceperit, quia ratione dominij fecit suos. item venditor vtilitatem sentit ex pretio exposito nec minus habere intelligitur quàm si re principali frueretur.l.quia qui pretio.ff.de vsufr. hinc est quòd si fructus perceperit,& pretium non persoluerit ad vsuras pretij non soluti in recompēsationem fructuum tenetur. l.2.C.de vsur.l.curabit infra de act. empt.

Secundo stringit pro hac parte Dec. Cy.in l.neque per se.§.de hær.instit.stante consuetudine ꝙ coniunctus rem coniuncti extraneo venditam recuperare possit. si à clerico emptore coniunctus rem recuperare velit, tenetur eidem gabellā persoluere ac si clericus ipse eam persoluisset à cuius solutione priuilegio suæ personæ fuit excusatus, Bald.ibi contradicit,quia sua non interest, & non potest retinere,nisi eius interesse.per.l.a.C.de fruct. & litium expen.vult ergo ibi Bald. ꝙ si esset persona quæ gabellā soluisset.de re empt.in retractatione veniret gabellę restitutio.sequitur Fab.in tract.de empti & vendi.in 8. principali.q.col.2.versi.quintus effectus,& Corn. in consi.133.col. a.lib.1.in quæstione igitur præsenti veniet in retractatione restitutio soluti laudemij sine qua restitutione emptor indemnis non discederet secundum iuris dispositionem, vt patet ex fine.d.l.debet.

Tertiò facit,quia si emptor consequit ea quę emptionis causa erogauit quando ex eius voluntate rescinditur venditio.d.l.debet, quāto magis consequi debet quando necessitatur retrouēdere.lex enim magis succurrit facienti actum ex necessitate quàm facienti ex voluntate.l.si fideiussor in §.necessaria.ff.qui satisda.cog.

Quartò facit,quia si venditor citò redimeret,nec pateretur rem longo tempore penes emptorem stare, nisi restitueretur laudemium in dāno remaneret emptor quod absurdum est.

Retenta hac opinione secūdum quam iudicatum fuit respon.ad primum motiuum partis oppositæ concedendo,ꝙ onus soluendi tertiam venditionem,& gabellā spectat emptori, sed rescissa venditione exposita emptionis causa consequi debet ac recuperare vt indēnis ab emptione discedat.d.l.debet. nec factum emptoris nocet venditori quum non ex voluntate sed ex necessitate cōtractus laudemium soluerit, idq; cogitare & poterat & debebat venditor, qui non cogitur ad illius restitutionem si non vult redimere, volens verò compellitur vt alter indemnis rescissa venditione præferuetur.

Nec obstat ꝙ partes sciuissent id exprimere, quia tunc res dubium nō haberet, sed si non dixerint restitui m̄ debet laudemiū, quia casus omissus relinquitur dispositioni iur.s communis.l.si extraneus.ff.de cond.causa data.l. commodissimè.ff.de liber. & post. secūdum ꝗ dispōnem

casu fortuito. intelligitur enim exceptuatus.l.opus.ff.loca.cum not.p Bar.in l.stipulatio ista col.2.ff.de verb.obli. vt per Alex.in consi.3.col.3.lib.1.

240 Lxxxv.q.† An partus & fœtus pecorum iumētorum, & mancipiorum, quę cum prædicto pacto alienata fuere emptoris sint, aut venditoris, si contingat retrouenditionem fieri, hæc lex nostra cum prædictis arg.sunt, vt lucro emptoris cedant. Quod quantum ad fœtus pecorum & iumentorum de plano procedit, quia fructibus comparantur.l.in pecudum.ff.de vsufr.l.plerunque.§. si serui.ff. de iure dotium. In partu dubium videtur. per.l.vetus in questione.ff.de vsufr.cum no.per Pichum in repe.§.Titia in 32.q. Et quia vt dicitur in prealleg.§.si serui dotales sobolem ediderint, mariti lucrum non est, secus in fœtu pecorum.d.l.in pecudum.partus tamē mancipiorum debet apud emptorem remanere, quia & mancipia suo periculo fuerant, vt in marito recipiente inæstimata dicit tex.l. si mancipia.ff.de iure dotium, vbi glo.respon. ad contrarium de restitutione partus, quod procedit vbi periculū rei marito non spectat.

241 Lxxxvi.quæritur.† qui mihi retrouendere promiserat vxore omnium bonorum suorum relicta vsufructuaria decessit, alio hærede vniuersaliter instituto. Cui erit offerendum pretium pro retrouen. obtinenda hæredi an vxori vsufructuariæ rem venditā possidenti? vr requirendus hæres, qui retrouenditionem faciendi ius habet, vt in l.nostra, facit lex hæreditas est successio cū no.ff.de verb. signifi. Est tamen cautela euocari etiam facere vxorē vsufructuariam, vt si sua interesse putauerit veniat ad videndum oblationem pecuniarum fieri, & in casum recusationis depositum de pretio rei q̄ redimere intendis vsumfr. tū seu quasi ipsius pretij debet vxoris esse.l.vxori meę.ff.de vsufr.leg.& no.per Alex.in l.Diuortio in §. fundum, col. pe.sol.matr.& in eadem in §. si vir in fundo vbi et'ā Aret.

242 Lxxxvii. quæstio,† Emisti castrum cum iurisdictione, & pacto de retrouen.ante retrouēditionem subditus deliquit, sed non fuit pœna exacta, an retrouēditione secuta, à consecutione dictæ pœnæ, sis exclusus, videbatur quòd sic, quia ante exactionem pœna non est debita, vt per Bar.in l.aufertur in §. fiscus.ff.de iure fisci.

Veritas in contrarium videtur per dicta Alexan.in §.si fundum præalleg.maximè quando esset facta condemnatio ante retrouen. vt ibi per eum, & licet in terminis pacti de retrouen.non loquatur, iura tamen & rationes eius ad hanc.q.adaptantur.

243 Lxxxviii.† si directus dominus cōsenserit alienationi, cum pacto de retrouendendo vtrum in retrouēditione facienda erit necessarius consensus domini ad euitandam pœnā caducitatis. Arbitror ꝙ nō, quia iam satis consensisse dicitur arg.text.in c.1.de feud.non hab.propr.natur.feud.& not.per Alex.in consil.228.col.2.lib.6.faciunt not.per Bald.in l.fi.in §.necessitate, col.antep.cum seq.C. de bo.quæ lib.† De consensu paterno requisito ad validitatem iudicij cum filiosa.accepi vt satis sit ꝙ appareāt indicia cōsensus, licet pater illum expressione verborum non præstiterit & si in causa principali fuerit præstitus non requiritur in causa appellationis nec in executione.

244

Accedant quæ scribunt Ancha.in consi.63. motiua iudicis, Brun.in consi.44.& Io.de Anna.in consil.90† volentes ꝙ vbi secundus emphyteuta emit à primo de consensu domini nō requiritur alia renouatio, quia ille consensus vim renouationis habet, tamen dominus consequetur laudemium de ista retrouēditione, vt in superioribus visum fuit, ex abundanti tamen ante factum requirerem consensum domini.

245

246 Octuagesimonono quæro † vendidisti fundum quanti Titius æstimauerit, adiecto pacto de retrouen.arbitrāte Titio valet venditio.l.fin.C.de contrahen. empt. pone fundum communi ęstimatione centum valere, an tm̄ debebit titius arbitrari, & sic de toto eo pretio laudemium domino directo debeatur, videtur ꝙ nō, quia haberi debet respectus ad onus pacti de retrouend. quod facit fundum minus valere ratione oneris annexi Abb. in c. in aliquibus in 2.no.de dec.& dixi in 6.q.sed pretiū quod communiter reperiretur inspecto & considerato illo onere taxandum erit, & de pretio illo soluendum laudemium, quum soluatur de pretio rei emptę.l.fi.C.de iure emphy. & consequenter minus erit pretium & minus laudemiū.

247 Nonagesimò quæro.† Dominus directus vēdidit ius suum emphyteuta irrequisito, adiecto pacto de redimendo & rechatando prout facere potest, vt in d.l.fi.in 5.not. scribit Ias.pendēte termino retrouenditionis emphy. cecidit à iure suo per non solutionē canonis, aut rei alienationē factam sine solennitate & moderamine d.l.fi.quod quidem ius emptori accrescit, sic vtile dominium cum directo consolidatur rechatāte rem domino directo secundum formā pacti. Quid erit de illo vtili dominio emptori quæsito, videtur debere penes eū remanere prout erat apud emphyteutam, eritque ipse emphyteuta domini directi quemadmodum si emisset.d.l.fi. cum materia.

Oppositum crederem per ea quæ scribit Paul.de Cast. in consi.388.videtur dicendum in antiquis, ꝙ quæsitum per alluuionem veniat in retrouenditione facienda pro eodem pretio restituendum, & quia tale augmētum sine facto hominis & sine impensa cōtingit, ergo ad dominum directum ad quem vadit res spectare & pertinere debet. §.si vasallus in tit.hic finitur lex cum his quę scripsi supra in q.83.dominium, ergo directum trahet ad se vtile.

248 Nonagesimoprimò quæro,† venditum mihi fuit ius exigendi vectigalia à transeuntibus super pōte cuiusdam fluminis impetuosè labentis, cum pacto de retrouen.ad annos decem, ea lege vt pontem bene & laudabiliter stantem & commodum ad trāsitum restituere in casu retrouenditionis deberem: contingit ex corrosione aquarum latiorem fieri alueum fluminis & aquam ita vt longiori ponte opus esset, sicuti Vercellis in ponte fluminis Sesii contingebat, vtrum tempore retrouēditionis auctum & meo sumptu elongatum pontem bene stantem in parte aucta restituere tenebor. dicendum ꝙ nō per ea quę scribunt Bal.& Sal.in l.non modus.C.de ser.& aq.secus quando augmentum esset intrinsecum, vt quia ex corrosione aquæ & illius impetu pons densior aut pilæ fortiores & densiores forsitan essent necessariæ vt ibi per alleg.

249 Nonagesimosecundò quæro † Agebatur contra titiū ad rem retrouendendam, eo negāte pactum de retrouendendo, & factis super hoc ꝓbationibus, decessit instituta ecclesiastica persona hærede vniuersali, quæ se remitti ad suum iudicem ecclesiasticum, scilicet petijt, an bene? videbatur prima fronte dicendum ꝙ non: quum.n.instantia sit inchoata cum defuncto laico transit in clericū, qui potest compelli eam corā iudice seculari prosequi. ita tenent Ange.& Pau.de Cast.in l.hæres absens in principi.ff. de iud.Imol.in l.si eum hominem.col.pen.ff. de fideiuss.licet dicat passum esse ambiguum Barb. in c.quia. V. col.8. cum seq.de iud.vbi Aret.col.fi.dicens non esse satis clarū, sequitur Roma.in l.si constante in §.fi.sol.matr. vbi Pau. de Castr.in vlt.col. dicit istam esse communem opinionē Bal.in l.quidam existimauerunt. si cer.pet.& in l.1.ad fin. ȷ.si pen.ap.mors interuen.Ale.in fi.2.apost ad Bart.super. l.1.ff.de iud.Io.milis in reperto. suo in verbo miles, Firmia.in reper.in verbo clericus conuenitur, faciunt dicta Fely.in c.1.col.3.& seq.de præscr.& Sozi.in c.fi. col.15.in 8.limita.de mut.pet.& ita vidi aliàs iudicatum: quæ opinio probatur primò per text.in d.l.hæres absens. & in l.si is qui Romæ eo. tit.vbi dicit hæredem succedere defuncto in instantia, ita ꝙ eam coram iudice ipsius instantiæ prosequi tenetur. sed respō.vt per Abb. in d.c.quia.V.col. fi.non procedere in clerico qui omnino suos iudices & alterius qualitatis sortitur, quàm haberet defunctus.c.clericum nullus.10.q.1.c.si diligenti de foro comp.vbi dicitur posse clericum tantū cōueniri coram suo ordinario. sunt enim clerici exempti à iurisdictione seculari: quia res spi-

rituales ex quo corpus & animam penitus deputarunt & adscripserunt in seruitium & sortem Christi.c. quũ portio.12.quæstio.1.tradit Sozi. in c.1.col.1.de so. compet.

Secũdò pro ista opinione facit, quia si laicus litigat coram seculari & lite pendente clericus efficiatur, debet coram seculari instantiam continuare non obstãte clericatura: ita per illum tex.scribit Bald.in l. si quis posteà quã. 250 ff.de indi.ergo idem quando succedit laico, † quia censetur eadem persona.§.1.in auth.de iure iuran.à mor.pst. adeò ꝙ sermo defuncti dicitur proprius sermo hæredis, vt ibi colligitur & not.Soz.ponderando illum tex.in consi.293.col.1.lib.2.ideoq; hæredi opponi non potest ꝙ nõ sit nominatus in instrumento, quia nominato Titio eius heres nominatus videtur Bal.in l.1.col.2.C.quorum lega. & factum nomine defuncti per hæredem ratificari põt.l. si sine in §.si procuratori.ff.rem.ra.ha.tradit Ale.in l. eius qui in gl.super verbo negotiorum.ff.si cert.pet.& hæredis factum censetur factum defuncti, vt per Ang.in consi.185. Brunellus huic motiuo respon.Fely.in d.c.quia.V.col.2. procedere quando eadem persona est præuenta, secus si diuersæ vt in terminis nostris, allegat decisionem quæ est in antiquis, nu.552.quæ rñsio non satisfacit: quia idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero.l. qui ad certum.ff.loca. ideò potest subtilius responderi ꝙ ratio representationis personæ & identitatis personarum non attenditur respectu inducendi fori contra clericum, qui non potest coram seculari cõueniri vt defunctus poterat.talis enim conueniendi facultas non transit in cleri- 251 cum vt per Deci.in d.c.quia.V.col fi. Scias etiam † ꝙ illud vulgatum dictum sumptum ex d.§.1.hæredem & defunctum vnam eandemq; censeri personam debere intelligi iuris fictione, non secundum veritatem, vt per Anch. in consi.244.col.fi.incip.quia quæstio.hinc dicebat Bald. in l.scire ad fi.C.vt in poss.lega.nouus heres noui mores,& noua anima,& in l.generaliter in princi.C.de rebus cred. quòd sæpe bono succedit improbus.

Limita secundò vt per Sozi.in consi.263.lib.2.

Limita tertiò,& subtiliter vt per Aret. in consil.123.in causa quæ vertitur col.1.

Quarto vt per Cor.in consil.154.circa fi. vol.1.

Quintò limita vt per Aquẽs.in l.si quis ita in §. ea.l.col. 3.in princ.ff.de verb.obl.& Fely.in c. cum sit generale col. 5.& seq. vbi Barb.col.41.& 42. de foro compe. item vide Dec.in l.hæredem.ff de regu.iur.I.an.Galuulam, & alios Mod.in l.2.§.ex his.ff.de verb.oblig.

252 Tertiò cõfirmatur opinio ista † fiscus & ecclesia æquiparantur.l.1.C.de sac.san.eccl.Dec.plenè in c.1.col.8.versi. ista primũ limit.de proba.fiscus hæres succedit in instantia inchoata cum defuncto, qa iure priuati vtitur.l.fiscus la.1.ff.de iur.fisc.secundum veriorẽ opinionem Fely.in d. c. quia.V.col.2.vbi Deci.fi. ergo pariter succedet clericus in instantia cœpta cum defuncto respon.ꝙ æquiparantur in priuilegijs.nam concessa fisco, & ecclesiæ concessa censentur.vt per præalle.sed si in proposito procederet æquiparatio tolleretur potius priuilegium ecclesiæ de quo in c.si diligenti, quod lex ciuilis facere non potest.concedere enim potest tollere non.c.ecclesia.de constitu.

Quartò facit ex persona hæredum conditio obligationis immutari nõ debet.l.2.§.ex his.ff.de verb.obli.de obliga.primitus cum laico contracta coram seculari cognoscendum erat, ergo ẽt nunc licet clericus successerit; aliàs creditoris conditio deterior efficeretur si nouã instãtiam incipere deberet, præsertim coram ecclesiastico vbi lites sunt immortales, respon.prædicta non procedere respectu fori sortiendi, aliàs sequeretur ꝙ clericus succedẽs laico ẽt instantia non cœpta coram seculari conueniri posset, prout defunctus potuit, quod est falsum: quũ suos speciales iudices habeat coram quibus vt dixi conueniẽdus est.

Quintò, & vltimò stringit, quia si hæres defuncti personam representat sine dubio obliga.contra defunctum per quam obligatus erat instantiæ, transit in ipsum, heredem.l.3.C. de hæ.act. quia istud est ius de præterito iam in esse deductum,& reus obligatur instantiæ, ideò respectu talis iuris persona priuilegiata non vtitur priuilegio.l. fiscus.ff.de iure fisc.l.quum quidam.§.fisc.ff.de vsur. & q̃. uis in futurum coram seculari litigare prohibeatur, quia tamen ab obligatione præterita istud habet necessariam consequentiam, attendi & spectari debet principium & nõ finis.l.damni infecti.§ sabini.ff.de damno infecto. ita arguit Princeps subtilitatum Are.in d.c.quia V,col.fi.sed respon.id in fisco procedere, quem lex potuit tangere & ligare, secus in clericis, nisi quatenus canon approbat, & admittit vt habet in c.ecclesia S.M.illa sunt quæ pro opinione prædicta magis stringunt, alia quædam ex inuentione Barb.in d.c.quia.V.adduci possent sed leuiora sunt, vt in 2.& 3 col.ibi Fely.dicit.

Contrariam opinionem quòd imò instantia inchoata cum laico defuncto nõ transeat in clericum heredem tenent But.& Abbas in d.c.quia.V.sequuntur ibi Fely. col. 3.& Deci.vlt.Saly.in l.1.ad fi.C.si pen.ap.mors. interuent. Alex.in clerico hærede debitoris in l.si constante.§.fi. col. 2.ff.solu.matri.est gl.in c.clericum nullus.11.q.1.sequuntur Lãc.Dec.& Lc de sancto Geor.gl. in d.l.hæres absens dicentes se ita consuluisse,& iudicatum fuisse, sequitur ẽt Dec.in consi.700.Pro qua opinione allegãt præfati scrib. decisiones quasdam in argumẽtum quibus facile erat respondere,& maximè ad gloss.d.c.clericum quòd non loquitur quando esset inchoata instãtia, vt in terminis quęstionis nostræ, efficacior ratio, & fortissimum argumentum contrariæ partis est ꝙ istud non reperitur determinatum iure canonum. ergo standum erit regulæ volenti clericum debere duntaxat conueniri coram suo ordinario, vt prædiximus facit doctrina Bart. communiter approbata in l.2.ff.si quis in ius vocatus non ierit per illum tex.ꝙ habens regulam pro se rem certam habere dicitur, dandaq; sit pro eo sententia nisi de limit.fides fiat, vt etiã latè traditur in l.1.de reg.iur.qui ergo hoc casu vult dicere clericum coram seculari conueniri posse legem ostendat, quare dubitaui de sententia cõtra clericum illũ prolata, sed quia coram ecclesiasticis iudicibus immortales sunt lites, vt subditi à laboribus & expensis releuentur iustitia celerius per Excellen. Ducalem Senatum partibus administrata, vt retuli, inclinarunt partes iurisdictioni etiam domini fauentes.

Retenta tamen opin. Cano.supra allega. videndum esset nunquid oporteret incipere nouum aliud iudicium contra clericum coram ecclesiastico vel sufficeret eum citari facere ad prosequendum causam cum defuncto inchoatam docto.non declarant sed Fely. in dict.c.quia V. colum.3.videtur velle quòd sit necesse incipere aliud nouum iudicium.

253 Mihi videretur non debere mutari statum causæ reassumique debere causam coram ecclesiastico in eodẽ statu in quo erat coram seculari: aliàs priuilegium clerici in damnum laici enormiter nimis traheretur, quod legibus & rationibus repugnat.l.2.§.meritò.ff.ne quid in loco publico, c.super eod.de officio delega. plenè per Deci. in c. quæ in ecclesiarum col.11.de constitutio. Item quia instantia cœpta cum defuncto, sicq; in clericum heredem transire debet, quemadmodum & alia iura licet nõ transeat cum illa qualitate vt finiatur ibidem coram seculari propter priuilegium clerici qui debet coram ecclesiastico conueniri, & ꝙ transeat quandoque instantia licet alteretur qualitas est tex.vbi Bart.& alij notant in lege tam ex contractibus.ff.de iudi.facit quod scribit Felyn.in c ex tenore, col.pe.vers.fallit quintò de rescrip.ꝙ causę cœptę coram vno iudice ob superuenientem necessitatem corã alio finiri debent, vt ibi per eum facit tertia decisio Rotæ in antiquis quòd non reuocatur status causæ contra successorem in beneficio sed continuatur, vt ibi latè, accedant etiam quæ scribit Alex.in l. pœnales ad finem princ. ff.ad l.Falcidiam.

An autem

An autẽ instantia debeat dici cœpta per citationẽ Alex. loco præalleg.& in apostillis ad Bar.in d.l.si eum hominẽ post Bal.tenet q sic, quæ not.& vtilia sunt in practica.

253 XCIII.queritur † filiusfam.fundum emit quem mihi retrouend. ad certum tempus ex interuallo promisit, mortuo patre in casu retrouenditionis insurgunt fratres dicentes fundum fuisse acquisitum ex re & substantia patris, & sic patri quęsitum l.quum oportet in principio.C. de bo.quæ lib.cum ibi no.& §.1.instit. per quas perso.no. acquir. & ideò non posse in eorum præiudicium proportionibus sibi spectãtibus alienari:filius qui acquisiuit contradicit ex causa aduentiria & laboribus suis quæsiisse dicens. quilibet enim ex proprio acquirere præsumitur.l.si de fructus.C.arb.tut.l.2.C.pro socio & tradit Bar.in l.facultas.C.de iure fil.libr.10.quid iuris? Respond.si constat ex substantia patris acquisitum impedietur retrouẽditio per fratres:si ex industria & operis filij secus: quia in claris non est opus coniecturis, sed si dubitetur ex qualitatẽ personarum hoc colligi & præsumi potest, quid enim si filius negligens sit & nullus ingenij, omnisq; bonæ artis expers,pater verò diues? ex re patris dicam quæsiuisse. ẽ contrario si studiosus ingeniosusq; sit artifex ex aduentitia causa quæsitum presumi non negabo vt per glosam in d.l.cũm oportet in principio super verbo substantia Specu.in titul. de iud.in §.sequitur versic.vt autem in 4 parte dum dicit q si plures erant fratres in domo patris commorantes post mortem patris,& ad lucrandum vnus erat habilis & bonus artifex,tunc si quid quæsiuit non ex omnibus bonis eius operis & industria quæsiuisse præsumitur, nisi aliud probetur, vt etiam pulchrè per Roma. in consil.159.super eo.Barb in c.1.de pecu.cler. & in consil. 39.col.pen.& fin.lib.4.Alexan.consi.30.ad finem & cons. 78.col.fin.vol.2.& consi.18.vol.3.& consi.23. & 31.vol.4. & Dec.in consi.6.

254 Nonagesimoquartò quæro.† An bona per hæredem recuperata virtute dicti pacti transferantur in fideicommissarium? Respõ.huiusmodi bona fideico.deberi, quia post recuperationem ex prima causa apud hæredem esse dicunẽ vt ait notanter Bar.in l.in diem.ff.de aq.plu.arcen. concludens q facta alicui venditione cum dicto pacto, venditor qui virtute ipsius pacti rem recuperauit, illam habere prout prius apud eum erat & cõsequi debet. ideò ius hypothecæ resoluit, si fortè emptor medio tempore rem illam alteri obligasset vt latè diximus supra in qõne. l.ex quo significatur rem recuperatam apud hæredem recuperantem tanquam hæreditariam esse videri & consequenter fideicommissario deberi: dicendum tamen hæredem recuperaturum à fideicommissario pretium, quia de proprijs pecunijs redemisse videtur & præsumitur, vt in simili notat Bar.& alij in l.2.C.pro soc.& Rom. in consi.3. & 159.cum similibus & ita consuluit Deci. in consil. 138.col.fi. conferunt etiam quæ idem scribit in consi.88. & seruit in proposito tex.in l.domos.ff.de leg.1.

255 Nonagesimoquintò quæro.† Emi viuaria, quæ vt in noctibus atticis ait Gellius,tunc dicuntur septa quædam loca in quibus feræ viuæ pascuntur,apud Varronem leporaria nuncupantur, promisi retrouendere ipsa viuaria intra certum tempus, nunquid possim feras occidere? pro parte negatiua faciunt quæ scribit Bar. Veronen.in tract. de ser.rust.prędi.c.de montibus.q.6.de emente syluam & promittente retrouendere q eam extirpare nequit, quia fidem conuentionis non seruaret, faciunt quæ scribit Pi-

256 chus in rep.§. Titia q.36.de vsufructuario † q arbores cedere non potest, ex quibus patet eum qui retrouendere promiserat pendente termino rechati non posse magnas arbores ad pedem cedere facit text.in l. & eleganter in §.non solum.ff.de dolo, ergo idem in promittente retrouendere viuaria propter identitatem rationis: quia fidem conuentionis seruare nõ posset. Vr sic posse dici & concludi ne per singula animalia propter difficilẽ discretionem incertum sit ius emptoris,qui alias fortè intromisit vel intromittet feras posse occidere & sufficere eundem numerum & per singula quoq; ferarum genera venditori assignare quot fuerãt emptionis & venditionis tempore per tex.not.in lege vsufructuarium in §. si in viuarijs.ff.de vsufruct.vbi fructuario id facere conceditur ratione prę-assignata.facit quod tradit Pau.de Cas.in cons.312.super eo.col.fi.in antiquis,q legato grege si aliqua pecora mortua sint & in eorum locum alia substituat propter difficilem separationem eundem videri gregem. accedat not. tex.in l.proponebatur.ff de iudi.ibi nam & legionem eandẽ haberi, ex qua multi decessissent, quorum in locũ alij subiecti essent: & populum eundem hoc tempore putari, qui ab hinc centum annis fuisset,quum ex illis nemo nũc viueret, & nisi emptor id facere posset,inutilis foret emptio: quod est absonum & reijciendum.

257 Postquàm incidit † sermo illius pulcherrime & philosophicæ legis proponebatur, quam oẽs Philosophi nunc viuentes nescirent componere, pulchra quæ dã & elegantia ad illius declarationem subiungam. Dixerat iurisconsultus non fieri mutationem iudicum qui ad eandem rẽ dati essent,quin res eadem, idemq; iudicium quod antea fuisset permaneret, neque in hoc solum euenire vt commutatis partibus eadem res esse existimaretur,sed in multis alijs rebus,vt in legione & populo proximè dictũ sun, item & in naui si adeo supertecta esset & nulla tabula eadem permaneret quæ non noua fuisset eandem tamẽ existimari.Quòd si qs (subiungit Iuriscõsultus) putaret partibus commutatis aliam rem fieri, fore vt ea ratione nos ipsi nõ idem essemus qui ab hinc anno fuissemus,propterea quòd vt Philosophi dicerent,ex quibus partibus minimis consisteremus hę quotidie ex nostro corpore decederent,aliæque extrinsecus in earum locum accederent,quapropter cuius rei species eadem consisteret rem quoque eandem existimari.

Sciendum est igitur fuisse sententiam Heracliti dicentis omnia esse in cõtinuo motu,fluxuq;, & partes substantificas ratione caloris naturalis resolui, aliasq; loco resolutarum de nouo generari, & ad totius identitatem requirebat omnium partium identitatẽ,& consequenter concludebat nihil persistere id quod prius siue idẽ numero. hãc positionem Heracliti impugnat Arist.4. Metaph.tex. comment vigesimisecundi, & vigesimioctaui, meminit etiam illius opinionis incidenter. 1.Physi.tex. commentoni.dicebat enim Arist.q ad identitatem siue vnitatem rei sufficit identitas maioris partis, vel principalioris, vel formalioris partis, nec ad quaruncunque partium defluxarum deperditionem & aliarum reintegrationem sequitur idẽtitatis mutatio. hoc est quod hic significare voluit iurisconsult.dum Philosophos citat.

Ad cuius rei intelligentiam quæstio est an id quod augetur maneat idem ante,& post augmentationem:disputatur à Philosophis primo de Generatione occasione dictorum ab Arist.ibidem tex.cõmen.35.vsq; ad tex. commen.319.& omissis multis quę ibidem considerãtur duo tantum ponam quæ proposito nostro inseruire vidẽtur.

Primũ est q tripliciter potest intelligi aliquid permanere idem numero substantialiter.primò quia nulla in eo fit variatio nec in toto nec in parte substantiali.i.nec in materia si materiam habet,nec in forma,& sic deus Ang. aut cœlum est idẽ quod fuit tpe Noe.secundò dr aliquid idem,quia licet vna pars varietur,altera tamen, & principalis manet inuariata,& sic quilibet homo per totã vitam suam dicitur idẽ, quia anima rationalis manet inuariata. tertiò dicitur idẽ illud cuius partes sunt in continua successione in situ consimili, & figura sine interruptione vel mutatione notabili in ordine ad totũ, & sic padus est idẽ qui fuit temporibus Cæsaris,sic etiam eadem vinea,idem populus & ciuitas hoc modo dicerentur esse. alter enim dicendo sequeretur positio Heracliti dicentis non contingere eundem equum fluuium bis intrare quia partes materiales fluuij fluxere, quem latius refert declarat,

& sequitur Francis. Petrarcha libr.3.rerum memorandarum tract.2.c. quinquagesimo & tamen verè affirmamus eundem fluuium bis & ter equum intrare, quia remanet idem fluuius quo ad similem situm partium & figuram in ordine ad totum, quamuis partes sint in continua successione, idemq; de populi identitate & ciuitatis diceres.

Secundum est quia augmentatio fit secundum partes formales & non materiales ex Arist. secundo de Genera. text. commenti.35.& quia partes formales eædem remanent ante & post augmentationẽ, pro cuius dicti euidentia omissa varietate doctorum ibidem dico secundũ Sanctum Thomá prima parte quæstione vltima quæ est 119. articulo primo ad secundum argumentum, ꝙ hæc distinctio Philosophi secundum partes materiales & formales carnis aut ossis vel nerui non est secundum diuersas carnes sed est eiusdem carnis secundum diuersas considerationes, si consideretur caro secundum speciem, seu formam, id est secundum id quod est formale in ipsa, sic sp manet, quia manet natura carnis, & dispositio naturalis ipsius, dicimus enim idem esse brachium fortis p totum vitæ suæ tempus, sed si consideretur caro, siue brachium secundum naturam, sic non manet, sed paulatim consumitur, & restauratur, vnde demonstrato brachio fortis in iuuentute dicimus id permansurum permansisseq; per totam vitam fortis, quia pes fortis est terminus formalis: quia significat indifferenter aggregatum ex hac materia quæ nunc est, vel ex ea quæ illi succedet, & forma, manente simili dispositione naturali membri figura, & situ: vnde quandiu fortes erit dicemus, & concludemus fortem brachium vel pedem habere quamuis secundum partem materialem eius fuerit consumptum, & restauratum pluries. Hoc applicari pôt vineæ, agro, fluuio, populo, legioni, naui, & similibus. Non est ergo mirum si singulorum iudicum mutatio aliud iudicium vt iurisconsul. præalle. inquit non facit, præmanẽte maiori vel principaliori parte. maximè, qa iudicium vnum dicitur respectu obiecti, & rei iudicatæ, sicuti idem dicitur exercitus commutatis partibus habito respectu ad Ducem. Sed vt cum Plauto loquar, satis est Philosophatum nimis diu, & longum de his loquor. ex prædictis vt puto melius quàm vnquam legeris intelliges illam pulchram l. proponebatur. Per quam nonnullas not. quæstiones determinant doctores, quas ne fastidio sim, videre poteris per Bart. in l. ab executore col.3.ff.de appella. dum ait iudicẽ posse declarare sententiam sui prædecessoris, & pariter taxare expensas, quarum taxa à prædecessore suo fuit reseruata ex quo dicitur idẽ tribunal. d.l. proponebatur, & per Alber. de Ros. Alex. Ias. & alios in l. le grege. ff. de lega.1.& in §. sacram. l. inter stipulantem. ff. de verbo. oblig. Pau. de Cast. in consi.74. inci. quia frustra col.7. in antiquis. Corn. in consil.22. col.4. in princi. volu.1. Fely. in c. consuluit de iud. in ca. cam te col. 10. de rescrip. & in c. cum sit generale col.6. vbi limitat de foro côp. Balb. in tract. præscri. fol.22. in 17.q. Mod. asten. in tract. de augmento in 1. col. quartæ conclusionis principalis. & in libello de refectione in quinta conclusione, gl. in c. si sententia de sentent. excommu. in 6. quę dicit per d.l. proponebatur ꝙ interdicto populo & non relaxato interdicto populus ibi existens post centum annos dicitur idem populus & erit interdictus.

258 Nonagesimosextò quęro † Si inter emptorem, & venditorem eiusdem fori actum & conuentum fuerit de retrouenditione facienda intra annũ pro pretio à iure communi statuto: lege autem municipali seu consuetudine cauebatur ꝙ emptor intra annum venditori pro eodem pretio rem retrouẽdere teneatur, vtrum pro eodẽ pretio an pro communi æstimatione quæ erat tempore conuentionis emptor retrouenditionem facere tenebitur. videtur dicendum pro eodem pretio, quia secundum statuta, & consuetudines locorum procedi & iudicari iura mandãt. c.3. de eo qui mit. in posses. c. in illa. 12. di. & l. an in totum. C. de ędifi. priua. & dicũtur statuta ius ciuile in loco. c. ius ciuile. 1. di. & l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. ergo quum lex municipalis seu consuetudo disponat pro eodẽ pretio fieri debere retrouenditionem, videtur ꝙ ita fieri debeat: & satis pretio à iure cõmuni statuto fieri ex quo ius commune mandat seruari statuta & consuetudines locorum arg. optimum in l. si ita scripsero. ff. de cond. & de-

259 mon. secundum Abb. in rub. de consuetu. ad fi. † & maximè quia lex municipalis seu consuetudo possint dici ius cõe in loco, decisio Bal. est not. in l.2. ad fi. C. de bonis quę liberis & Alex. in l. Gallus in §. quidam recte in finalibus verbis. ff. de liber. & posth. sequit Ias. in l. prescriptione col.5. s. si cõtra ius vel vtilitatem publicam & Abb. in pręalle. rub. de consuetudine & latè Ias. in consi.149. lib.2.

Sed ꝙ retrouenditio fieri debet pro iusto & communi pretio vt ius commune disponit secundum ea quę posita sunt. s. in 9. quęstione, verbum enim hoc ius cõe quod ad differentiam iuris particularis dicitur, verificari non pôt nisi in iure cõi Romanorum. §. sed quotiens institu. de iure naturali gentium & ciuili, & ista est communis scribentium conclusio, ꝙ appellatione iuris communis non venit statutum seu cõsuetudo localis, vt per Alex. in l. post dotem col. antep. in fi. vbi Aquens. col. pen. Pau. de Cast. in l.2. C. de bonis quæ liber. Sozi. in consil.14. libr.4. Curt. in tract. de consu. super rub. in vlt. col. Dec. in c. licet causam in 2. not. de probat. & latius in consi.685. & pro hoc facit decisio Baldi in d.l.2. ad opp. allegata si bene intelligatur vult enim ꝙ in casu illo vbi agitur de restitutione dotis secundum formam iuris communis ex pacto, appellatione iuris veniat communis cõsuetudo, quia interpretatur ius commune quod est dubium, & propterea vnum & idem videtur: secus ergo esse vult in alijs terminis. Nec obstat ꝙ ius statutarium possit dici ius commune, non simpliciter & absolutè sed respectiuè & secundum quid inter partes, scilicet vt in loco illo: & verba debent intelligi simpliciter & non secundum quid per prius & non per posterius l. hoc legatũ. ff. de leg.3. lege qui liberis in §. hæc verba cũ not. ff. de vulgari & pupillari ad arg. Abb. in rub. de consue. s. alleg. respon. Dec. in cons.685. ad finẽ & consequenter per illa verba à iure communi statuto censentur partes conuenisse fieri retrouẽditionem pro iusto, & communi pretio quemadmodum ius cõmune disponit.

260 Nonagesimoseptimò quæro † si fuerit facta promissio de retrouendendo fundum intra annos decem quãti tunc valebat fundus ipse. an volẽs redimere in fine decennij petere possit vt eligantur ęstimatores qui habeãt æstimationẽ ipsam facere & iudici referre. pr. bar. in. n. potest æstimatio per peritos assumptos per iudicem præstito ad id sacramẽto lege hac edictali. §. is illud. C. de secun. nup. & in §. q autem in auth. de non alienan. col.2. & fuit practica Bart. in l.2. C. de rescinden. ven. sed quum probanda sit æstimatio quæ erat tempore venditionis iuxta quam fieri debet retrouẽditio, non videtur per æstimatores fieri posse per decisionem Bald. in d.l.2. col. antepen. vbi voluit æstimatores posse tantum deputari & eligi vbi agitur de facienda æstimatione præsentis temporis: secus si prętериti, quia quod oculus non videt æstimare non pôt arg. legis tertiæ. ff. de alluuion. & Paulu. sequitur Ange. ibidem & in lege pretia rerum. ff. ad legem Falci. vbi ea propter dicit practicam Bart. non esse bonam quo ad actorẽ intentantem remedium dictę legis secundæ, quia debet probare ꝙ res valebat vltra dimidiam iusti pretij tempore contractus, lege si voluntate. C. de rescinden. vend. æstimatores aũt ad hoc electi de præsenti istud videre nõ possunt, ergo eorum relatio non concludit. lege matrẽ. C. de proba. lege eum actum. ff. de nego. gest. sed Herculanus Perusinus in d.l. pretia rerũ col.8. reprobat, quia si ęstimatores habent notitiam rei de tpe celebrati contractus nihil obstat inquit, quin de ea possint deponere & facere ęstimationem, habita ratione ad tempus contractus, & fuit consideratio Imol. in d.l. pretia rerum ad finem quẽ ibi in 2. col. refert Alex. dum dicit, Imol. saluare practicam Barto.

quando

quãdo ęstimatores sunt antiqui & periti, adeò ꝙ possunt habere notitiam de pretio & æstimatione rei secundum tempus celebrati contractus. saluat etiam ipse Alex. alibi vt ibi per eum & sic in quęstione proposita si electi habēt notitiam, & scientiam valoris & æstimationis communis rei secundum tempus cõtractus celebrati & promissionis factæ de retrouẽdendo, poterunt ipsam æstimationem facere secundum quam retrouenditio fieri debebit.

261 Nonagesimooctauò quęritur.† Promisi retrouẽdere fundum eo existẽte vacuo intra annos decem, recollectis messibus, quum superessent poma vuæ vt retrouendam petis an tenear? quidam dicebant ꝙ sic, quia tales fructus non nascuntur ex terra iuxta gl. instit. de iure naturali in §. t. super verbo quæ in Cœlo & tradit Ias. in l. diuortio in §. ꝙ in anno col. 2. sol. matr. dicẽs tales fructus non nasci directò ex terra sed per obliquum.

Contraria tamen pars videtur verior, quia etsi tales fructus directò ex terra non nascantur, sunt tamen pars fundi, de pomis est textus in l. qui fundum vendidit pomum excepit. ff. de verb. sign. de vuis est text. in l. fin. in §. fructus autem. ff. de his quæ in fraud. credi. ideò dictis fructibus pendentibus fundus non dicitur vacuus, item & secundũ communem vsum loquendi fundus vacuus dicitur quando nulli fructus sunt intus, & quęlibet dispositio intelligitur secundũ cõem vsum loquẽdi: vt latè per Fel. in proœ. decr. ergo obligatio retrouendendi me tantum astringet quando nullus in eo pendet fructus, & maximè prædicta procederent quando in illis fructibus magna pars redditus consisteret ex voluntate partium per iura vulg.

262 Nonagesimanona dubitatio † vasallus cum consensu domini fundum feudalem vendidit, cum pacto de redimendo pro se & hæredibus suis quoties & quandocunq; voluerint, decessit relicto filio clerico hærede qui fundũ redimere vellet, an possit? dependet à veritate illius ambigui articuli in quo antiqui & moderni se torserũt: an clericus succedat in feudo, & sic admittatur ad feudum præpositum de quo Mod. non faciunt mentionem in tit. qui feu. dare pos. & §. & quia, latissimè ad partes disputat qõnẽ & Iacob. de S. Georgio in feu. inuestit. in verbo & quibuscunque hæredibus tenens ꝙ sic, licet sit in sacris constitutus referens sic cõsuluisse & obtinuisse: sed eo tacito oppositum firmauit Cur. Iunior in tract. feud. in 10. qõne. 3. partis principalis, vbi ad iura & rationes Iacobini rñ. & est opinio verior & magis communis ꝙ clericus in sacris constitutus non sit ad feudum habilis vt ibi per eum & ꝑ Cur. Senio. in consil. 62. cum seq. vbi de canonico regulari loquitur Ias. in cons. 113. vol. 1. Afflic. in decisi. regni. 320. & 324. Parisi. in rep. c. in præsentia fol. 18. nu. 193. de probat. & hanc partem sequitur ẽt Zasius in tract. suo feud. in 5. parte circa finem licet non audeat firmare: sed est communis & firmanda vt prædixi, vnde quum talis clericus ad feud. sit inhabilis non est credendum contrahẽtes de eo sensisse. & poterit tãquam inhabilis repelli: nouem tamen limita. ponit Curt. loco præalleg. de quibus & alijs plerisq; vide etiam Ias. in cons. 117. lib. 4. & Brun. consi. 16

Et ex quo limitant præfati scrib. conclusionẽ non procedere volente domino feudi, saluari potest opinio Iacobi. à quibusdam vt retuli reprobata. fuit enim in casu suo admissus clericus & à domino inuestitus, si igitur talis clericus redimere volens haberet consensum domini. repelli tunc non posset.

Sed pone ꝙ clericus de quo suprà laicum hæredem relinquat, vtrum ille laicus posset dictum feudũ redimere? videtur ꝙ sic: quia hæredis testatoris dicitur hæres. l. si. cũ ibi not. C. de hær. institu. ergo tanquam hæres venditoris & ad feudum habilis illud redimere poterit ad oppo. facit regula. l. nemo plus iuris de regulis iuris.

Centesimò an pactum de retrouendendo operetur ne
263 iure prothomiseos id est congrui vtat vicinus ? Neapo. in prima consuetudine de iure congrui in verbo emit determinat ꝙ non, sequitur Matth. de Afflict. in deci. regni. 338. & voluit Pau. de Castr. in consil. 328. in causa in antiquis vbi dicit tale ius fuisse inductum eo, quia congruentius est agnatum vel vicinum pro eodem pretio rem potius habere si voluerit, quàm extraneum: de qua materia iuris congrui vide ipsum Matth. de Afflic. in tract. de iure prothomiseos Deci. in consil. 222. 321. 556. 586. 609. Cassaneum vltramontanum in consil. 23. 25. 41. Brunum in consi. 67. & 80. & in tract. de consil. decre. statu. & cõsuet. in verbo rechatare, Afflictum in decisione regn. 223. vbi ponit de vicino ratione horti vel cortis an possit vti iure congrui & in præalle. tract. in §. scriptum est in 4. notabi. vbi ponit ꝙ auditur volens vti iure congrui in domo existente Neapoli, omissis alijs rebus alibi existentibus, licet simul emptis & tradit ibidem Bal. col. fi.

Centesimoprimò allegabat Iaffredus Bridati Rippollarum Burgensis contra quosdam de Zaromeris ad retro
264 uenditionem vnius petiæ prati † offerens, & conuentis recusantibus recipere, deponẽs floren. 250. Sabaudiæ pro retrouenditione petita, & ex forma instrumenti & pacti de retrouendendo faciendo, id actum fuerat fieri debere in principio mensis Decembris & Ianuarij duntaxat: conuenti rem pro illa summa retrouendere tenebantur, nũc quum lapsi sint duo prędicti menses ad retrouen. se minimè cogi posse & à principio inciuile fuisse agentis desiderium, ex quo oblatio & depositio pecuniæ non fuit integra & sufficiens, nec potuisse postmodum eo tempore sero suppleri, ideò agentem esse repellendum, & vt temerè vexantem in iudicio conuentum in expensis condemnandum iuxta. l. eum quem temere. ff. de iud. cum not. ꝑ Alex. in l. properandum in §. sin autem alterutra col. 3. s. de iu. Fely. in c. examinata col. 3. de iud. Dec. in c. interposita in §. ille deniq; col. 1. de appel. & in c. reprehensibilis col. pe. & fin. eo. tit. Matth. de Afflict. in decisione regni. 70. Bart. & doc. in l. edita circa finem. C. de eden. videns actor aleã malè iactam fuisse deduxit quemadmodum pars conuenta eidem efficaciter promiserat quoties & quandocunq; etiam præteritis dictis mensibus Decemb. & Ianua. rem, de qua contendebatur retrouendere, postulans se ad id probandum per omne genus probationis admitti, se opportunisque remedijs prouideri, & inde partem iuxta requisita condemnari: admissis articulis, & facta assignatione ad probandum per omne genus probationis intra mensem agens plures fecit examinari testes, & nihil probauit: ideò coram eodem ordinario ad expeditissimũ dirimendarum litium remedium se contulit, offerendo parti conuentæ iuramentum super sacris literis sicuti ipsi agenti promiserat prædictam rem retrouendere quoties & quandocunque etiam præteritis dictis mensibus Decemb. & Ianua. pro pretio de quo in instrumento pacti prædicti de retrouendendo & in casum recusationis iu-
265 ramentum sibi referri petebat. † Ordinariè iusdicens decreuit, ordinauit, & pronunciauit iurandum non esse, neque iuramentum referendum attento maximè quòd in causa erant testes publicati à qua pronunciatione & interlocutoria appellatum fuit ad Mag. Consiliũ Cismontanum, & diu disceptatum an bene vel malè pronunciatum ordinatum, & appellatum fuerit. dicebãt Zaromeorum aduocati bene ordinatum & malè appellatum, sicq;
266 per Senatum Ducalẽ pronunciari debere † Primo quia iuramentum probationis est species. l. si quis iusiurand. C. de reb. credit. ibi & quum desperauit aliam probationem tunc ad religionem conuolare, & in l. tutor. ff. de iureiur. & in c. 2. de proba. vbi Are. no. sed publicatis attestationibus super eisdem aut directo contrarijs articulis probationes non admittũtur. §. quoniam verò in autheu. de testibus clemen. 2. eo. ti. ergo iuramentum quod est species probationis iustè repulsum fuit publicatis attestationibus, ideò Cur. Senior post Ang. & alios ibi relatos in trac. posit. in 17. breuiloquio cõcludit ꝙ postquàm pars probauit intentionem suam non potest cogi ad iurandum sequuntur & Moder. Taur. loco. j. alleg.

267 Secundò facit decisio Salv. in terminis † in d.l.iusiur. in fi. ꝙ obligatio talis iuramenti eo tempore admitti nó debebat: vt enim dicit in l. si mulier in fi.ff.ꝙ metus causa via quã elegisti à principio tibi pateat, maximè in proposito nostro: quia nihil penitus in matera deducta probatũ fuerat quo casu non habet locum dispõ legis manifestæ turpi.de iureiur.vt per Pau.de Cas.in l.fi.j.de fideic. & Marsi.in l.de minore in §. tormẽta col.2.ff.de qnęstio.

268 Tertiò quia † lapsum erat tempus præfixum in assignatione ad probau.per omne genus probationis, quo excluditur quis non solum à probando, verum etiã à ponendo,& ab obligatione iuramenti per tex.not.cum not. ibi p Bar.in l.in contractibus in §.illo supra de non num. pe.& quum iuramentum vim probationis obtineat, præclusa omni via probandi erit etiam præclula via iurandi secundum Ang.in l.non erit.j.alleg.in princ.per illũ text. & Ias.in d.l.manifestæ col.4.Cur.Senior.in loco pręalleg. Deci.in c.licet causam col.9.& seq. de probatio. & Ias.in repe.l.admonendi sol.pen.col.2. & 3.versi. nunquid autẽ post terminum.ff.de iureiur. vbi attestatur istã esse communem opin. ꝙ facta prædicta assignatione excludatur quis ab omni modo probandi, & consequenter etiam à ponendo & à facultate offerendi iuramentum: prout sæpe iudicatum fuit.

Nos partes actoris defendimus hanc opinionem in casu proposito vti veriorem amplectentes, sicq; malè ordinatum & bene appellatum pronunciari debere, cum victoria expensarum.affirmantes primò per regulam dictę legis manifestæ cui inherendum est, vt faciunt l'o 10.carrotio glo.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. secundo quia plus & aliud continetur in obligatione iuramenti, quàm in prædictis capitulis, & articulis in quibus continebatur ꝙ pars retrouẽdere promiserat & præteritis dictis mensibus Decembr. & Ianuario, ꝙ vt in 9. quæstione diximus pro iusto pretio intelligitur: in oblatione verò iuramenti continet ꝙ pro pretio de quo in instrumento pacti de retrouendendo facta fuerat promissio de retrouẽdendo, etiam præteritis dictis mẽsibus Decemb.& Ianuarij,quũ igitur esset alia materia super qua non erant receptæ nec factę probationes & offerebatur iusiurandum quare contra regulas communes reiectum & repulsum fuit.

Non obstant allegata in contrarium. nam ad primum respond.ꝙ procedit vbi super eadem materia vel contraria per testes vellet quis alias inducere probationes propter timorem subornationis,prohibetur iuribus prealle. secus verò si alio modo, ita ꝙ cessat subornationis timor prout in casu nostro, vt per Ias.in repeti.l.admonendi loco præallegato.

269 Secundò non obstat † decisio Saly.in d.l.si quis iusiurandum,quia à verò est aliena,ideò reprobata,vt p Mod. Tau.in d.l.manifestæ col.pe. & fi. & verè est contra tex.illius legis siquis iniurandum fundãtis se in renunciatione & varietate reuocantis & inde iterum volentis offerre iuramẽtum, quam quidem variationem iniquitatem appellat: secus ergo sic esset variatio illa vt quandò nulla reuocatio ipsius iuramenti prius interuenit, vt in casu nostro & ita contra decisionem Sal. vidi iudicatum p Senatum Ducalẽ & bene. probationum.n.materia potius amplianda est quã angustanda l.quoniam.C.de hæret.tradit Dec.in c.licet cãm col.10.versi.opinio tñ Aret. de proba.

Nec refragatur ꝙ per depositiones testium publicatorum de hoc nihil fuerat probatum: quia verius est etiam 270 si nihil probatum fuerit † pręcedente regula dictę legis manifestę vt ibi per Ias.& omnes Mod.stringere secundũ fundamẽtum supra factum quod est irrefragabile.ad tertium motiuum respondebam negando lapsum termini assignationis prædictæ ad probandum & probatum haben. per omne genus probationis ex actis posse liquere. dicebam pręterea alteram opinionem esse veriorem,iura 271 mentum quod non est propriè probatio, † sed releuatio ab onere probandi, non intelligi exclusum vt post Roman. & Aret. firmat Deci. loco præalleg. sed quia vt dixi communis doct. sententia repugnare videtur, præcedens respõ.magis placet: cessantq; omnia prędicta in qõne nostra per secundum fundamentum supra factum, ꝙ oblatio iuramenti plus continebat quàm capitula super quibus erant admissæ & receptæ probationes,& erat materia pertinens & releuatoria vt supra deduxi, ideò &c.& ad replicationem aduocationis contrariæ ꝙ de eodem pretio constaret & continerẽ in instrumento supra relato: ideò iuramentum non fuisse admittendum c 2.cum ibi dictis per Canoni.de probat.respõ.à veritate id alienum esse. in instrumento enim continebatur retrouenditionem fieri debere ,p eodem pretio Decẽb.& Ianuarij & in oblatione iuramẽti plus dicebatur ꝙ fieri deberet etiam post dictos menses & pro eodem pretio vt fieri debebat tempore prædicto: & ita re bene discussa & omnibus solutis liquet actoris desiderium iuris & æquitatis rationibus conuenire, sicq; postmodum iudicatum fuit.

Et per textum dictæ legis siquis iusiurandũ dicit Bart. in lege non erit in §.si neq;.ff.de iureiurando ꝙ iuramentum reuocari potest etiam post acceptationem per partẽ factam quando reuocãs sibi superuenisse probationes allegat,& ibi etiam latè per Ale.Ias.& alios & Soz.consi.90. col.pen.in 4.vol.imò secundum Imol.in l fi.ff.de prætor. stipu.& Alex.in d.§.si neq; ad finem commẽti,licet reuocans oblationẽ iuramenti nó dicat sibi superuenisse probationes dummodò dicat velle probare eius intẽtionem aliter quàm per iuramentum, satis est & hoc videtur mihi dicere tex.in d.l.siquis iusiurandum in versi. si quis aũt ibi licere quidem ei hoc facere & alias probationes si voluerit præstare non dicit, nec se fundat in superuenientia probationum de nouo allegata p reuocantem: sed in simplici reuocatione cum oblatione probationum pro iustificatione suæ intentionis: & prædicta procedunt etiam si per statutũ cogeretur quis iurare vel referre,vt in ditione Sabaudiæ ex forma Ducalis decreti in 2. lib.sub rub. quæ causę,qualiterq; & quando debeant decidi per delationẽ iuramenti, imò in toto orbe.d.l.manifestæ turpitudinis secundum communem sensum supra relatum ante pręstitum iuramẽtum, poterit fieri reuocatio per dicentẽ velle aliter probare per supradicta.in ista enim declaratione iudiciali de qua in d.l.si quis iusiur.non interuenit, nisi voluntas deferentis & consequenter aduersatio nullum ius quęsitum est,nisi facultas iurandi re integra:igitur nil mirum si delatio reuocari potest, quia vt etiã declarat Soz. loco præallega.talis delatio fit solo fauore deferẽtis,ideò sibi potest renunciare.l.postquam liti.C.de pac.nec debet in eius odium retorqueri quod ipsius fauore est inductũ l. quod fauore.C.de ll.sed si non posset reuocare & aliter vellet probare induceretur illud in eius odium quod fieri non debet, ideo &c.

272 Centesimosecundò quęro.† An tutor solutionis & rechati terminũ prorogare possit, diximus supra in qõ.61. non potest remittere pactum de redimendo fundum minori quæsitum: aliud est quod nunc quærimus an tutor alteri habenti ius rechatandi à minore possit prorogare terminum,prima fronte videretur ꝙ non: quia sicuti tutor non potest debitum liquidum pupilli remittere, ita nec terminum soluendi prorogare ita Bal.in l.pactum curatoris in prin.& ibi Saly.in fi C.de pactis per tex.in l.qui Romæ in §.calimachus.ff.de verb.obli.

Sed oppositum videtur esse verius,quia habentes mandatum generale cum libera, vt sunt tutores & curatores. l.mãdato generali cum gl.ff.de procu.& l. præses cum ibi notatis.j.de trãs.possunt prorogare terminum solutionis vt per Bar.in d.§.calimachus quẽ Pau.de Cast.Sozi.Ias. & alij communiter sequuntur, nam simile mandatum ęquipollet mandato speciali,vt per Bar.in d.l.mandato & Deci.in consi.690.facit tex.in l.fin.C.de appo. pub.cum not. per Bart. vbi officialis ad recipiendum pecunias fisci deputatus ad fisci præiudicium potest recipere particularẽ

solutionem,

ſolutionem, quæ parit multa incommoda, & propterea regulariter non admittitur l.tutor.§. Lucius.ff.de vſu. & ſic poteſt ſacer ealiquam gratiam in modo ſoluendi, ergo videtur, qđ poſsit prorogare terminum q̄ concluſionem valde probabilem credit Aret.in d §.calimacus col. 3.faciunt quæ ſcripſi ſupra in quæſtione.34. cum ſeq.qđ Princeps & ſi non poſsit remittere aut tollere pactum de retrouendendo, poteſt tamen terminum ſolutionis & rechati prorogare. Non obſtat tex.allegatus per Bal.& Sal. in d §.calimachus: quia procedit in ſimplici nūcio ad ſolutionem recipiendum diſtinato, non autem in habente generale cum libera quemadmodum in terminis quæſtionis noſtræ vt ibidem per doct.præalleg.

273 CIII. quæro † Titius promiſit fundum emptum intra biennium retrouendere, viget conſuedo q̄ proximior rem vēditam intra annum poſsit pro eodem pretio quo vendita fuit habere & retractare. An huiuſcemodi pactū excuſet proximiorem lapſu anni, de quo in cōſuetudine allega.Guid.Papæ in q.257.determinat quòd non motus eo, quia appellatio nedum tendit ad ſuſpenſionem ſententiæ, ſed etiam ad reſciſsionem.l.furti.§.1.ff.de infam. l.tale pactum in § qui procurauit.ff. de pactis. ſed à ſententia diffinitiua ſub conditione prolata ſtatim appellari debet intra biduum de iure florum à tempore ſententiæ,& non expectari euentus conditionis,aliàs ſententia tranſiret in rem iudicatam, nec inde appellatio tenet tex.eſt in l.2.in §.biduum.ff.quando appella. ſit,idem dicendum ait in caſu iſto, quum talis conſuetudo ſit reſciſſoria contractus qđ annus ſtatim currat à tempore contractus perfectione ſuſpendatur propter pactum directū: quia ſi in actu conditionali tempus ſtatim currit,vt in d. §.biduum,fortius debet ſtatim currere in actu purè celebrato,arg.authen.multo magis C.de epiſco.& cler.etiam quia agnatus proximior nullam fecit diligentiam intra annum, prout facere debuerat ſtatim proteſtando de iure conſuetudinis.l.ſi fundum C.de rei vendic.

274 Ad oppoſitum facit † quia non valenti agnoſcere, & petere bo.poſſ. non currit tempus ad eam petendum, & agnoſcend.præfixum l.2.& l.quandiu. C.qui admitti, & generale eſt quod non valenti agere ſeu actum explicare non currit tempus ipſo iure aut in effectu.l.1.in fin.C.de Anna.excep.l.2.§.ſed ſi agant.ff.de iud.l.contra maiores. ff.de inoff.teſta.l.ſenatus.ff.de offi. præſi.l. & attilicinius. ff.de ſeruitu.ruſti.præd.l. ſed & ſi prætorem.ff. ex quibus cau.ma.c.cum non liceat de præſcri. cum alijs de quibus per glo.in d.l.1.in fi.per Fely.in c.cum inter col.antepen. vbi Dec.7.de excep. Roma.in conſi.9.Pau.de Caſt.in cōſ. 288.in ſecundo dubio in antiquis, Iaſ.in conſi.7.col.pen. lib.3.Dec.in conſ.468.col.1.& fi.ſed iſte proximior agnatus non poteſt ante lapſum biennij effectualiter experiri compellendo emptorem ad retrouēdendum, ex quo per l.in contractu dictam, tenetur ipſi venditori intra biennium rem retrouendere, eundemque vſque ad finem dicti temporis expectare,ergo non debet ſtatim tempus ſibi currere, & ita tenere videtur Iaco.de Ra.in d.l.contra maiores prout etiam retulit Guido Papæ loco præallegato & ad text.§.biduum videtur poſſe reſponderi nihil ibi repugnare aut refragari, quin lata ſententia,licet ſub conditione, poſsit ſtatim appellari, prout refragaretur in caſu noſtro pactum de retrouen.deſiderio volentis rem tali onere affectam intra dictum tempus habere, & facere quòd emptor inde non poſſet ſecundum eius promiſsionem rē reſtituere,& primo venditori retrouendere. Præterea Bart.in d.§.biduum circa fin.dicit illud eſſe ibi ſpeciale propter auctoritatem rei iudicatæ, vt ibi ſentit iuriſconſultus,aliàs ſecus per tex.l.pe.in §.1.ff.de excu.tuto. vbi tutori ſub cōditione dato currit excuſsionis tempus non à die creationis, ſed à die exiſtentis conditionis.ſe-

275 cus tamen.j̈.concludā,& ſimiliter ſtante decreto prout eſt Mediolani, quod forenſis acquirens rem à Mediolanenſi teneatur illam intra annum retrouendere alicui ſubdito onera realia, & perſonalia ibidem ſuſtinenti ſub pœna amiſsionis rei,ducali cameræ ipſo iure applicandæ, emerat quis domum in ciuitate Mediolani ſitā cum pacto de retrouen.intra triennium, dubitatum fuit an iſte emptor forenſis teneretur iuxta formam ducalis decreti domum illam retrouendere alicui de ducatu Mediolani ſuſtinēti ibidem onera intra annum,aliàs incurreret pœnam priuationis rei, videtur quod annus ad retrouendendum præfixus debeat ſolummodò currere poſt triēnium finitum, quum ante res non ſit in libera diſpoſitione emptoris, & alteri ſit obligatus retrouendere facit gl.not.& approbata.in l.mancipia in verbo aduocandum.j̈.de ſer. fug.cum dictis circa illam per Fely.in c.ſedes col.9.de reſcrip. & in c.nonnulli in princi.char.vlt. de reſcrip.etiam Dec.in conſi.201.& 540.facit etiam pro opinione prædi-

276 cta vulgata regula legis non dubito.ff. de iure fiſc. † Sed pone emptorem ſine præfinitione temporis,quoties, & quandocunque puta venditori,& eius hæredibus placuerit retrouendere promiſiſſe. An hoc caſu annus ad redimendum aut retrouend.præfixus in terminis ſupra relatis ſtatim currat, vel quando.hæc quæſtio plus dubij habet. Quia ſi dicamus ob conuentionem de retrouen.tempus ſtatim non currere,ad manum erit,& paratum remedium fraudandi diſpoſitionem conſuetudinis, & decreti premencionati,cui viæ occurrendum eſt.l.in fundo cum vulg.ff.de rei vendica.l.fraus cum ibi not.ff.de legi.& euitandum abſurdum inde reſultare poſsibile.l.nam abſurdum.ff.de bo.lib.vnde concludi poſſet, qđ annus de quo ſupra incipiat ſtatim currere ratione abſurditatis,& fraudis euitandæ, veruntamen proximior in caſu conſuetudinis,& emptor in caſu decreti ſuperius relati debeant promittere,& cauere de retrou.prout tenebatur ipſe primus emptor ita q̄ ſit ei cautum de indemnitate,& hoc modo conſuletur vtrique parti iuxta no.in l.1.in fi.ff.ſi quis c.& per Dec.in conſil.677. Idem poſſumus concludere in caſu de quo ſupra in principio quæſtionis,& ſic proximior & acquirens in caſu decreti ſuperius relati ſuccedet in locum emptoris, habebitque illam commoditatem, & ius quam,& quod habuit emptor,vt tradit Matthæ.de Afſi. in tracta.de iure prothomiſeos in §.licet enim col.7.verſ. item quæro de alia quæſtione & dicebat in effectu Guid. Papæ loco præalleg.& conſequenter tempus rechatandi, & retrouendendi ſtatim currere incipiet poſt abſolutum primum contractum.

277 CIIII. quæritur. † An valeat pactum quod ſi res non fuerit rechatata intra tempus datum ad redimendū, poſſit venditor, & ſui intra certum tempus, aut in ꝑpetuum cogi, & compelli ad redimendum, & rechatandum rem venditam pro eodem pretio, & ad exburſandum ipſum pretium. Dic quòd ſic, & ita fieri, & obſeruari ſæpe vidi. contractus enim legem ex conuentione accipiunt.l.1.§. conueniat ff.depoſ.Immo contractus eo modo ad quandam æqualitatem magis reducitur, prout eſſe debet.l.litigatores.§.pe.ff.arbi.cum not. per glo.& doct.in §.1.inſti. de author.tut.vt ſicuti fuit in facultate venditoris cogere emptorem ad retrouendendū, ita ſit in facultate emptoris cogere venditorem ad redimendum: & contra nolentem redimere, quum ſit per inſtrumentum obligatus ſi de adimplemento in promptu non edoceat, in hac ditione Sabaudiæ virtute Ducalis decreti procedere ſummariè, & executiuè, & vidimus aliquando rem ſub rechato exiſtentem in iure pignoris captam, & longè minori pretio quam redimenda erat deliberatam, quinimò videtur tūc facta eſſe venditio,& pretium poſſe ꝓcisè peti vt per Ruin. in nouis additionibus ad §. Cat.col.9.nu.12.vbi ſic Mediolanenſ. conſuluiſſe dicit.

278 CV. quæro, † An curator datus bonis abſentis agere poſsit contra emptorem,vt ſibi tanquam curatori bonorum abſentis rem retrouendat, qñ intra annum vel biennium puta retrouendere promiſerat, & crederem quod ſic: quia talis curator intentat actiones tempore perituras.l.

ras.l.creditori cum glo.ff.de bo.auth.iu.poss.Bar.in l.2.ff. de curat.bon.dan.Ang.in consi.99.incipien.datus fuit curator, & in cons.212.quæritur an curator,& consi.seq.incipien.mortuo debitore secundum antiquam impressionem. Si intra præscriptum tempus non experiretur actio periret,excluderetur que inde absens tempore, cur igitur illam non intentabit? Remedia enim perpetua, seu quæ non sunt tempore peritura, non intentat talis curator: quia eius potestas & officium in custodia bonorum consistit,& ne dissipentur: vt alium igitur conuenire possit se non extendit, quia quum causa dandi curatorem sit in dissipatione, eius potestas est limitata per causam secundum Ang.in præalleg.consil.incip.mortuo debitore col. 2.& 3.vbi post antiquos hanc opinionem amplectitur.

Propterea vidi semel per Ducalem Senatum Sabaudię celsitudinis, prolatam sententiam contra P.curatorem bonis absentis datum,qui intentauerat remedium canonis reintegranda cótra tertium ea ratione, & curator bonis datus potest intentare omnes actiones quas posset intentare absens l.1.& 2.ff.de curato.bo.huiusce modi enim curator, vt dixi remedia non peritura tempore, vt est remedium dicti canonis minime potest intẽtare. Ideo pars fuit in possessione rei contentiosæ manutenta,& pronunciatum requisita curatoris fieri non debere,eodem in expensis condemnato. Omnia tamen prædicta declaranda, & limitanda sunt, vt per Alexand.in consil.4.colum. 2.& 3.lib.3.

279 C V I. nota.quærō † vidimus in calce sextæ quæstionis quod partibus contendentibus verum contractus illicitus ac pignoraticius fuerit ita, vt fructus computarentur in sortem, secularem competentem iudicem esse, ponamus quòd pronunciauerit contractum non fuisse pignoraticium, sed emptionis & venditionis. ideò fructus non esse in sortem computandos,& in ditione Sabaudiæ,puta causam per viá appellatio.ad Mag consilium Cismontanum ipsius Illustrissimi Principis vnà cum causa nullitatis deuolutam fuisse, ibique diu litigatum tandem partem appellatam petijsse pronunciari appellationem desertam lapsu fatalium iuxta c.cum sit Romana.de appel. & anthen. ei qui appellat.j. de tempo.appella.vbi dicitur quod appellans anuum habet ad prosequendum causam appella.& ex causa biennium, quo transacto lite non cōpleta rata manet sententia, à qua fuit appellatum.ex forma verò Ducalis decreti Sabaudiæ celsitudinis in ditione sua appellans habet sex menses ad prosequendum appellationem,& ex causa annum, sicque restringitur,tempus à iure communi statutum. Appellans qui volebat redimere, & petebat declarari fructus esse computandos in sortem, replicabat fuisse pariter deductam & intentatá causam nullitatis, quæ non patitur desertionem secundum Firmianum in suo repertorio in verbo nullitas; ideo super ea cuius vitio asserebat laborare sententiam pronunciari etiam requirebat,quid iuris?

Sciendum quod appellatio duobus modis deseritur: tacitè per lapsum fatalium, & expressè per renunciationem appellationis,vt nota.in clementi.si appellatione in glo.tertia de appel. sermo noster erit de prima specie desertionis,suntque contraria remedia appellationis & nullitatis differétia essentialiter, & in effectu, vnde de vno ad aliud non infertur secundum Ang.quem refert & sequitur Dec.in c.cum sit Romana.col.9.de appella. & Perusinum in c.dilecto.col.4.de appella.vbi dicit post Specul. Imo.& alios ibi relatos, quòd nullitas habet aliam naturam de appellatione. iuri enim appellandi ꝑscribitur spacio decem dierum auth.hodie. C.de appella.c.cum inter extra eod.tit.sed ius dicendi de nullitate durat annis triginta, vt etiam j.dicemus.

Item nullitas quandoq; incidenter deducitur,aliquando principaliter.& dicitur incidenter deducta,& intentata quando non est facta mentio de ea, sed tacite inclusa est in appellatione iuxta legem carmelia pia.ff.de iure pa- tro.& lege quædam mulier ff.fam.ercis. tunc enim est accessorium ad appellationem,vt per Bal.in l.1.C.de sen.ex breuicu.recit Alex.consi.59.col.3.lib.4.& pra.Pap.in forma lib.appella.à sententia diffi.Perus.in d.c.dilecto q.57.

Quando verò appellans dixit sententiam nullam & si qua erat appellabat, dicitur deducta æquè principaliter ex quo specifice nominata fuit ſm Bart.in l.si expressim. ff.de appell.& quicquid dicant plerique, illa vera & communis doct.sententia, est vt per Alex.in consi.2.col.fi.lib. 3.Ias.in l.1.col.4.ff.de iusti.& iur. Socin.consi.10.col.fin. lib.4.Perus.in repe.dicti cap.dilecto.21.43.58.& bo. Pra. Papi.loco præallega.& Deci.in d.c.dilecto.col.fin. quod no.propter infra dicenda: quando autem dixisset sententiam nullam nulliusque roboris,& momenti,& inquantum sit aliqua eam esse iniustam, & iniquam extendendo, vt per Pract. Papien.loco præall.res non haberet dubium: quia diceretur principaliter deducta prout etiam quando dixisset deducendo nullitatem æque principaliter & de se: quamuis sit vtile ad remouendum omne dubium quando secundum formam prædictam est appellatum dicendo sententiam nullam, & si qua erat appellabat, postea in libello appellationis coram iudice ad quẽ animum declarare fuisse,s. deducere nullitatem principaliter, & iniquitatem, quo casu sententia nō reperiatur nullá, vt instituit Alex.in cons.2.col.fi.lib.3.sed vbi est incidenter deducta,& intentata ac in appellatione, vt prædixi inclusa, dicitur cumulata, & concreta cum appellatione, & hoc casu expirat per lapsum fatalium ne iudex appellationis possit de ea cognoscere: quia sublato principali tollitur accessorium vulg.iuribus.ita Domini de rota in antiquis decisione 361.Zabarelus in clem.si appellationem ad fi.de appel.Pract.Pap.loco.præallegato Perus. etiam vbi supra & Guido Papæ in quæst.436.versic.88.& 92.& ita procedit opinio Inno.in c.sæpe de appel. dicentis ꝙ eadem sunt fatalia appellationis, & nullitatis simul intentatæ cum appella. & quòd ideo decursis fatalibus appellationis pariter perempta est instantia nullitatis, quæ in hoc differant: quia lapsus,& cursus fatalium in appellatione inducit desertionem litis, & instãtiæ; sed quo ad nullitatem inducitur desertio instantiæ sed non litis. Propterea dicunt præfati scribentes,quod ex quo isto casu perit instantia, & nō ius nullitatis,poterit iudex à quo de nouo adiri super nullitate vsq; ad 30.annos: quia tanto tempore durat ius dicendi sententiam nullam arg.l.sicut vbi Ange.& alij.C. de præscrip.30.annorum vt etiam per Alex.in consi.77.col.3.lib.Perusi.in d.c.dilecto col.4. Dec.in consi.39.col.fi. Balb.in tracta. præscriptionum.4. parte,4.partis principalis q.32.vbi limitat,quando nullitas esset euidens & notoria quia tunc posset de ea perpetuo dici, & quod notoria dicitur quando ex actis apparet prout etiam declarat Perusi.in d.cap.dilec.sol.vlt.etsi Bal.dicat quod de hoc non meminit.

In proposito si volens redimere deduxisset nullitatem incidenter seu inclusa tantum esset in appella.lapsis fatalibus pronunciandum esset appellationem desertam, & instantiam nullitatis peremptam & si lapsa non sint fatalia,verum sententia fuerit nulla,notandum est diligenter quando nullitas est inclusa, & incidenter deducta, quod appellans à tali sententia nulla non obtinet in causa appellationis, etiam si probet notoriè nullitatem, nisi iustificet eius appellationem legitimè fuisse interpositam tex. est melior,de iure in c.dilecto.de appella.vt post Io.And. & alios tradit ibi Perus.in 2.col.licet.n.ubi potuisset nullitas deduci absq; appellatione, & sufficeret probare nullitatem simpliciter: tamen qñ deducitur nullitas per viam appellationis oportet probare appellationem fuisse legitimam & intra legitimum tempus interpositam, nec sufficeret probare nullitatem simpliciter, quia via quam elegisti ubi pateat, vt dicit iurisconsultus in l.si mulier in si. tit.ꝙ met.causa,si autem fuisset appellatum reseruata nullitate,vt quia dictum esset appello nullitate salua, & tunc

nullitas

nullitas nō eſt incluſa, ſed excluſa, & iudex appellationis nullo modo poteſt de ea cognoſcere vt not.tradit Alex. in conſil.59.col.3.lib.4.reputat nota. Dec.in d.c.dilecto, col.3.ad limita.d.l.carmelia pia.

Quando verò nullitas eſſet principaliter, & de per ſe, ſeu æquè principaliter deducta & intentata, quod quādo ſit ex prædictis patet, & erat eo modo deducta, & intentata in caſu præſentis quæſtionis, tunc deſerta appellatione per lapſum fatalium non eſt deſerta nullitas, cuius remedium eſt diuerſum à remedio appellationis, & de per ſe, ſeu æquè principaliter deductum, vnde vno ſublato nō tollitur aliud.l.ſi domus.ff.de ſerui.vrba.præd. Item quia deſertio appellationis non debet plus operari quàm ſi à principio appellatum non fuiſſet, & eſt communis doct. ſententia, vt per Bar.& Imo.in d.l.ſi expreſsim de appella. Soc.conſil.10.col.fin.lib.4.latè Præpoſ.in d.c.dilecto, ſol. vlt.q.15.de appella.vbi latius per Peruſ.char.pe.& vlt.maximè in q.60.& Deci.in c.cum ſit Romana, col.8.& 9.de appella.vbi ampliat etiam in renunciante expreſsè appellationi: quia nō cenſetur renunciare nullitati æquè principaliter intentatæ. non obſtante igitur deſertione appellationis in caſu propoſito per lapſum fatalium iudex poterit, & debebit ſuper nullitate pronunciare per prędicta vt declarat Soci.loco proximè allegato. Quinimmo non ſolum de nullitate, verum etiam de iniquitate, & iniuſtitia, quando eſſet euidens, & notoria, & ex actis pateret. Peruſinus in d.ca.dilecto.q.22.42.52.& 55. æquiparatur enim tunc nullitati c.inter cæteras, vbi Fely.col.peu.de rę iud.plenè Barb.in conſil.38.inci.præclarè ſcribitur.lib.2. Abba.in c.fraternitatis de frig.& male.Corſ.in ſing.in verbo ſententia.7.ſing.incip.ſi notoriè. Deci.in c.quoniam contra col.18.vbi Pariſius nu.108.de probat. Aquenſ.in repet.l.vt vim col.8.ff.de iuſt.& iure Deci.comen.8.col.fi. Reſtringe prædicta niſi ex forma alicuius ſtatuti, vel decręti eadem eſſet inſtantia cauſæ appellationis, & cauſæ nullitatis, tunc ambo iudicia quo ad inſtantiam eodem tempore limitarentur, vt per Paul.de Caſt.in conſ.327.in antiquis ina.dubio Imo.in d.l.ſi expreſsim col.35.Peruſ. in d.c.dilecto col.antepen.ad fina.38.quæſtionis, & Soc. d.conſil.10.colum.fin.& deſerta appellatione nou poſſet pronunciari ſuper nullitate, aliàs ſecus, quum alia ſit inſtantia cauſæ appellationis, alia cauſæ nullitatis.vt p præallega. Et ideo in ditione Sabaudiæ, quum ex forma ducalis decreti tempus inſtantiarum primarum cauſarum ſtatutum, & pfixum ſit, ſeruaretur circa peremptionem inſtantiæ dictarum primarum cauſarum Ducale decretum, etiam in cauſa nullitatis: ſeu vbi ad Mag.conſilium principis citra montes reſidens in patria noſtra puta, vt in præſenti quæſtione deuoluta eſſet cauſa appellationis & nullitatis, quum decretum Ducale pfigat tantum terminum appellationi & non nullitati, quo ad nullitatem remaneremus in terminis iuris communis l.ſi verò in §. de viro.ff.ſolu.matri.& hoc in terminis decidit Bal.in additionibus ad Spe.in pen.char.& Soc.loco præall. Quæ verò ſecundum ius cōe ſit inſtantia cauſæ nullitatis de qua ſupra quinque modis dici poteſt, vt declarat Peruſ.in d. c.dilecto.q.54. Aduertendum quia, vt dixi iuſdicendi ſententiam nullam & deducendi nullitatem in iudicium durat annis 30. & plus quando quod ēm quod ſupra declaraui: ſed poſtquam eſt in eſſe deducta, intentata de iure ciuili habet inſtantiam triennalem quemadmodum aliæ cauſæ l.properandum C.de iudi.ita Bal.in l.tale pactum in §.qui prouocauit in 14.q.ff. de pact.nota. Peruſ.etiam in loco præalleg.col.4.& in 5.quæſtione, & etiam in quęſtione 58.facit quod dicitur de laudo quod peti poteſt reduci ad arbitriū boni viri ỷ.30.annos. & tamen poſt petitam reductionem habet inſtantiam triennalem quemadmodum aliæ cauſæ.vt per Lanfranc.de oria. in trac.de arb.fol.12.& 13.q.20.cum ſeq. De iure canoni.habet inſtantiam perpetuam c.pe.de iudi.notat Peru.in quæſtio. 58.præalleg.ideo.in quadam quæſtio.aliàs agitata coram mag.conſi.Ciſmontano principis noſtri contendentibus partibus circa deſertionem appellationis propter lapſum fatalium, dicebatur non poſſe pronunciari ſuper nullitate, quæ cumulata fuerat cum appellatione, obſtāte etiam forma Ducalis decreti loquentis, de inſtantia cauſarum, quod tempus lapſum aſſerebat, ſed reſpondebatur quòd imo erat pronunciādum ſuper nullitate: quia erat æquè principaliter deducta cū appellatione, & habebat inſtantiam triēnalem, quæ non erat perempta, licet lapſa eſſent fatalia in cauſa appellationis. Nec decretum de terminis inſtantiarum habere locum iſto caſu: ſed in inſtantia primarum cauſarū. ſi verò fuiſſet etiam lapſa inſtantia triennalis iuxta.l.properandum, tunc fuiſſet pronunciandum appel.deſertam, & inſtantiam cauſæ nullitatis peremptā per prædicta, niſi replices ſatis poſſe dici de inſtantia primarum cauſarum hoc caſu agi: ex quo cauſa nullitatis coram ipſo magn.conſi.deducta primum fuit. ſed ſi nullitas deduceretur incidenter ſeu acceſſoriè cum appellatione, tunc inſtātia cauſæ nullitatis expiraret per lapſum fatalium, nec vltrà appellationis iudex de eadē cognoſcere poſſet, vt diximus. Quando autem deducitur nullitas alijs modis, vt fieri poteſt, quæ ſit inſtantia ponit Peruſi. in præalleg.quæſtio.27.& 54.

280 CVII. quęritur.† contendentibus.A.Clerico, & B.laico ſuper retrouenditione cuiuſdam domus ad requiſitionem amicorum de dicta differentia fecerunt compoſitum in Reueren.Abbatem S.Andrēæ de Vercellis, & quēdam iuriſconſultum laicum qui eorum laudum, & arbitramentalem ſententiam protulerunt in fauorem dicti. A.clerici requirentis ſibi fieri retrouenditionem. B.laicus cōqueritur, nec vult laudo acquieſcere in reductione ad arbitrium boni viri. quis erit iudex cōpetens? Prima fronte videbatur dicendum quod iudex appellationis ſit iudex competens: quia reductio ad arbitrium boni viri eſt ſpecies quædam appellationis.l. non diſtinguemus in §. cum quidam.ff.de arbit. cui enim committitur genus, & generis exercitium omnes ſpecies ſub eo contentæ commiſſæ cenſentur, niſi ſpecialem exigant commiſsionem. l.vel vniuerſorum, ff.de pigno.act.l.procurator tutorum. ff.de procurator.l.mandato generali.ff.man. & l.obligatione generali.ff.de pignoribus: ſed reductio non deſiderat ſpecialem commiſsionem, qui ergo poteſt de appellatione cognoſcere, & de reductione cognoſcet. Pro iſta opinione conſuluit Rom.in conſ.265.in calu.habet.n.dicit, reductio inſtar appellationis dict.§.cum quidam. Sed quum appellatur à ſententia iudicis ſemper recurrimus ad ſuperiorem iudicantis.l.præcipimus. C.de appella.c.vt debitus extra eo.tit.ergo quum petitur reductio peti debet coram ſuperiore arbitratoris laudantis, & ſic non debet inſpici perſona litigantium, & contendentium: ſed perſona iudicis à quo, & ſic arbitratoris, alleg. Io.And.ita in ſpecie tenere idem tenet in d.l.pcipimus in fi. & Matt. de Aſflic.in deciſione regni.51.& Dec.in rub.de appellā. col.fi.qui dicit magnum verbum, ꝙ hoc communiter tenetur, & ita vidi per ſolennes aduocatos conſultum.

Ego contrarium conſului quod adhiberi debet iudex cauſæ principalis qui iudex rei eſt, & ſic in caſu prædicto vicarius Vercellarum qui erat iudex ordinarius. B.laici, quia ſiue petatur iure actionis, quod eſt quandoq; l.vnde ſi neruæ.ff. pro ſocio. actor ſequitur forum rei & ille eſt iudex reductionis qui eſt iudex actionis, facit l.iuris ordinem.C.de iur.om.iudi. ſiue petatur officio iudicis, quod eſt in iudicijs ſtricti iuris, ſimiliter debet intētari coram eo qui eſt iudex cauſæ primitiuæ l.2. C.vbi & apud quem in integrum reſt.poſt & ita determinauit Bar.in l.ſi ſocietatem in §.arbitrorum.ff. pro ſocio col.4. in verſi.quæro quis erit iudex.vbi non obſtante motiuo etiam per eum facto de reductione quę eſt ſpecies appellationis, decidit, vt ſupra retuli, ſubiungens, quod quando iſtud officium imploratur à reo, cui exceptio competit, ita poterit reductio peti coram iudice ipſius rei, licet non ſit iudex actoris.

ris, quia quum ista exceptio examinetur nunc incidenter potest coram illo iudice examinari corá quo actor posset hanc actionem proponere, nec in hoc actor aggrauatur: quia ipse haberet necesse facere de iure cõmuni per text. in l. cum hi in §. trãslactiones. ff. de transa. vbi dicitur quòd ille arbitrari debet super transactione qui est futurus iudex super lite: sed quando recurritur ad iudicem, siue ad bonum virum id fit, vt arbitretur super transactione: ergo concludebant in illa causa quod vicarius, & ordinarius Vercellarum debebat pronunciare se iudicem competentem, & retinere causam. in quam opinionem concurrunt etiam Specu. in tit. de arbi. in §. sequitur versi. quo iure petatur, & Lãtran. in tract. de arbi. & Firm. in suo reperto. in verb. reductio. versi. 14. cum sequenti licet vacillet ponens etiam quod primò debet peti solutio à iuramento si iuratum fuerit. vt in c. 1. cum notab. de iureiurando, & quod ratione iuramenti ecclesiasticus esset competens, nisi læsio esset enormissima vel iuramentum fuisset relaxatum à parte ante absolutionem concessam, vt per Cano. in c. 1. de spon. & d. c. 1. de iur. iur. & p Mod. in rub. C. de eden. & in rub. extra de iudi. & Curt. Iuniorẽ in consi. 152. col. fi. vbi idem esse dicit quando absolutio esset potius facti quam iuris.

Sed miror quod Bart. nõn respondeat ad fundamentum partis contrariæ: & opinio Bar. in d. §. arbitratorum est communiter approbata per doctores, nec esset ab ea in iudicãdo recedendum secundum q̃ pulchrè consuluit Ange. in consil. 219. incip. in Ciuitate Lucana in antiquis Alex. consi. 103. lib. 5. Socin. alios referens in consi. 18. col. 13. lib. 1. & cum opin. Bar. residet etiam Bal. in d. l. 2. Milis in repertorio in verbo arbitratoris col. fin. vbi ponit aliquas limit. Ant. de But. & Abb. in c. quintaualllis dum hãc materiam examinant, de iureiur. & Ioan. Cro. in tractatu de testib. fol. 15. col. 2. versic. 2. quæritur, vbi transit cum doctrina Bar. Fœdere tamen distinctionis possent opiniones cõcordari, aut ex forma statuti ex laudo oritur actio, & pars conquerens de sententia ab ea appellat, tunc debet adiri superior ipsius arbitratoris, sicuti in appellatione à sententia iudicis diximus, & ita procedit opinio prima. loquuntur enim præallegat. in appellatione à sententia in qua gradatim proceditur & recurritur ad superiorem iudicantis vt diximus. Aut pars per viam querelæ, & recursus petit reduci ad laudum ad arbitrium boni viri prout loquitur Bart. in d. §. arbitrorum etiam tunc debeat adiri iudex ipsarum partium: ita procedat opin. Bar. & sequacium, & ita residet Imo. in d. c. quintauallis ad fi. per tex. not. in c. venerabilem in §. 1. de sententia. excom. libr. 6. vbi per viam querelæ non potest adiri nisi ille qui est iudex ipsarum partium: sed bene per viam appellationis adiri posset alius iudex, vt ibi: & huic distinctioni assentiunt etiam Præpos. & Perus. in rub. de appella. col. 21. & fi. Ang. eleganter loquens in præalleg. cons. incip. in Ciuitate Lucana col. 2. vbi dicit quod in appellatione à sententia gradatim oportet recurrere ad superiorem lædentis; sed in causa reductionis aduersus actum extra iudicialem non est dare istos gradus, vnde necesse est vt dicamus recurri ad superiorem ipsarum partium, vt d. l. 2. & in c. exposita de arbit. vbi de arbitramento lato per Ducem Venetiarum cognouit Papa, cui non suberat in temporalibus, sed tantũmodo partes suæ iurisdictioni suberant. Quum igitur in terminis quæstionis nostræ per modum recursus fuerit petita reductio ad arbitriũ boni viri, iudex rei erit iudex competens. & si clericus conquereretur an posset adire ecclesiasticum vide Perus. in d. rub. de appel. ad fi. & peti potestatis reductio arb. boni viri intra annos. 30. vt per Bar. in d. §. arbitrorum col. 5. & est communis doctorum sententia vt per Dec. consi. 39. col. fin. & Bald. in tracta. præscri. fol. 40. & 33. q.

281 CVIII. † inter duos nobiles de quodam prædio legi retrouenditionis suppolito, in possessorio ingens in ditione Sabaudiæ fuit contentio, ad quorum preces virtute literarum Ducalium hincinde impetratarum sumptæ fuerunt informationes super possessorio vtriusq; partis quæ fuerunt apportatę Mag. consil. Illustr. Principis citra mõtes residenti coram quo cœptũ fuerat iudicium in processu publicatis informationibus, & facta hincinde cõpia earum cum termino opponendi, vidẽs vnus ipsorum nobilium, qđ pars melius probauerat de possessorio suo produxit capitula super eadem materia petens ea admitti. & de opportunis prouideri pro expeditione sui examinis. opponebatur quod testes erant iam publicati, & dicta iustificata, propter quod non debet licite super eisdem, vel directò contrarijs articulis, eosdẽm vel alios testes producere & examinari facere. §. qui verò in authẽ. de testi. c. fraternitatis extra de testi. & clem. 2. eo. tit. cum similibus. Dicebant aduocati quidam oppo. reijci debere, & admitti capitula ac recipi probationes super illis, eò q̃ primum examen factum fuit virtute rescripti extraiudicialiter obtenti, ideò non debere impedire testes produci, & examinari in isto iudicio, vt per Cæp. in consi. 73. Paul. de Cast. in cons. 5. incip. causa quæ vertitur in 4. dubio in antiquis, & in l. 1. supra ad exhib. vbi dicunt q̃ quãdo variatur modus agendi non obstante publicatione testes possunt de nouo produci & recipi per capitulum veniens de testib. cum ibi not. per doct. quod posset verum esse si summariæ fuissent receptæ probationes puta partẽ absente vel non in sufficienti numero, secus quando fuerunt plene receptæ prout in casu prædicto & cum adiuncto ac interrogatorijs, argumento eorũ quæ in loco præalleg. scribit Pau. de Cast. Item in terminis ipsius quæstionis non variebatur modus agendi, ergo obstabat regula. d. clem. secundæ. fuerũt enim primo examinati testes ad finem obtinendi manutentionem possessionis dicti prædij, & ad eundem finem tendebant probationes de nouo oblatæ, ergo non variabatur modus agendi. fateor quod si in possessorio momentaneo lata fuisse interlocutoria seu ordinatio lite pendente, p̃dictorum alterũm esse manutenendum in possessione cum præcepto parti facto dẽ non molestando nec turbando partem manutentam, interim seu lite pendente in p̃dicta possessione, postea modo prædicto manutentus peteret se diffinitiuẽ manuteneri, & in dicta possessione defendi. Quod isto casu capitula essent tanquam pertinentia admittẽda, & super illis recipiendæ probationes oblatę, non obstante publicatione testium, ratio est manifesta: quia variaretur modus agendi. & ad diuersum effectum tendunt probationes secundũ loco oblatæ ideò admitti deberent d. c. veniẽns: nam primum iudicium erat summarium, & momentaneum, & testes examinati ad finem cognoscẽdi quis deberet in possessione manuteneri ac defendi & cui faciendum esset præceptum de nõ molestando aduersam partem, posteà verò examinabuntur ad finem obtinendi sentẽtiam diffinitiuam in possessorio cum expensarum & fructuum restitutione, quæ quidem sententia perpetuum affert præiudicium, vel saltem quousq; de proprietate aliter cõstet, ergo. & c. d. c. veniens & declarat Pau. de Cast. loco præall. & ita seruatur in practica. quod nota.

282 CIX. quæstio † si quis promiserit rem tibi retronendere hinc ad diem natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI proximẽ futurum vtrum in ipsa die natiuitatis retrouendere teneatur? Dic q̃ sic quia dictio ad inclusiuẽ ponitur l. ad diem cum ibi not. per glo. & doct. ff. de verb. oblig. vbi promittens alicui dare centum, puta ad diem in mora demum esse dicitur si lapsa sit dies ipsa facit l. fi. ff. de nau. fœno. idem si dictum fuerit vsque ad festum natiuitatis prædictæ, quia dictio vsque inclusiue ponitur l. qui ante calendas cum ibi no. ff. de verb. obli. & in terminis ita consuluit Io. de Imo. in consi. 10.

283 CX. † discutiam vtilem quæstionem quam vidi in contingentia facti agitari his asperis temporibus nostris propter bellorum angustias, & calamitates, oppidaque plura distraxerunt bona communitatum particularibus per-

sonis

ſonis cum pacto tamen de retrouend. dicti particulares tenuerunt, & poſſederunt dicta bona fructus percipiẽdo aliquibus annis abſque ſolutione alicuius collectæ aut ſupportatione vllius oneris quum tamen infinita occurriſſent, vtrum nunc ad petitionem communitatis vel pro communitate agentium teneantur dicti particulares ad regiſtrandum, & cathaſtran. ſeu ponendum in æſtimo dicta bona à communitate acquiſita, & ad ſoluendum collectas tam pro futuro quam pro præterito, ſaltem à tempore acquiſitionum de dictis rebus factarum citra. Pro particularibus ꝙ ad prædicta non teneantur plura adducuntur, in primis quia bona non ſunt libera ipſorum particularium propter pactum de retrouen. item nec fuerũt ſeruatæ ſolennitates debitæ, & requiſitæ in dictis contractibus alienationum rerum communium, ideò nõ videbatur eos teneri regiſtrare & ponere in æſtimo iſta bona tanquam propria, & pro eis onera ſupportare. tertio quia ex quo dictæ proprietates erant communitatis, & ad ſimilia onera non aſtrictæ ita etiam remanere debere dicendum videbatur, vt à primordio tituli poſterior formetur euentus iuxta l. vnicam C. de impo. lucr. deſcr. lib. 10.

Oppoſitum tamen videtur verius, quia ratione poſſeſſionis quam habent prædicti, & perceptionis fructuum tenentur regiſtrare ipſa bona, & collectas ſoluere per tex. legis formalis. ff. de cenſib. vbi omnes ea quę poſsident in cenſum modo ibidem deſcripto referre coguntur. facit text. in l. 1. & 2. C. de anno. trib. lib. 10. & l. fin. C. ſine cenſu vel reliqui. vbi pro modo prædiorum quæ quis poſsidet talia onera agnoſcere debet, compellique poſſunt omnes poſſeſſores ad regiſtran. ſub pœna priuationis rerum Bar. & Alex. in l. his conſequenter in §. ſed an. ff. famil. erciſc. Parp. latius in repet. l. placet col. 18. C. de ſacroſan. eccleſi. Quod quidem æſtimum ad hoc tendit, vt quis grauetur pro modo eorum quæ æſtimata ſunt, & eſt cauſa fina. ita Bald. in l. etiam col. fin. C. de execut. rei iudic. & in l. vnica col. 5. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer.

Et ſic ratione poſſeſsionis licet titulus eſſet inualidus tenentur regiſtrare, & inde onera pro rata agnoſcere ratione fructuum, eſt enim onus fructuum. & ſic nihil obſtat pactum de retrouen. quin ſoluere debeant collectas ex quo fructus percipiunt. l. quęro. ff. de vſufru. l. cum alijs quæ plenè adduxi ſupra in q. 78. quicquid malè ſentiat Guid. Papæ in quæſtione. 87. ad fi. facit ꝙ ſcribit Spec. in tit. de interrog. quæ fiunt ante litis conteſtationem col. 2. quod patiens literã ſuper bonis tenetur in æſtimo ponere, regiſtrabit tamen, vt talia dicit ipſe. Et quod pactum de retrouen. prædictis non ſit impedimento, clare etiam apparet quia in facultate venditoris eſt redimere, & non redimere, & poterit eſſe quod nunquam redimet: ideo iuſtum eſt quod emptores reſtringant, & ſoluãt interim onera, & collectas, quum ſint etiam non obſtante tali pacto domini rerum. Ad illud quod dicebatur qđ ex quo res non erant regiſtratæ: quia communitatis ita remanere, & perſeuerare debeant. Reſpon. qđ quum eſſent communitatis non reſtrigebantur nec pro eiſdem collectæ ſoluebantur: quia ſatis immo in totum vtilitati publicę deſeruiebant. quum redditus publici implicari debeant in vſus publicos, & neceſſarios, nec imponi poſsit particularibus aliqua collecta, niſi prius, excuſſa burſa communi, vt tradunt gloſſ & Bart. in l. 1. in §. quod ſi nemo. ff. quod cuiuſque vniuer. nom. & Parp. in rep. d. l. placet in 26. col. præterea res iudicari debet ſecundum præſentem ſtatum, & ſic quamuis ante venditionem eſſet perſonæ priuilegiatæ, ſi inde facta ſit perſonæ alterius qualitatis, & tali prærogatiua non ſuffultæ tenetur, etſi eius auctor non teneretur regiſtrare, & onera inde agnoſcere. l. non diſtinguemus. §. ſacerdotio. ff. de arbit. cap. ferrum 1. diſt. c. 2. de immu. eccleſ. lib. 6. vbi optimus text. in materia regiſtrationis, & collectarum, & tradit Petr. de Ancha. in cõſ. 171. col. 2. & Alex. in conſi. 35. col. pen. lib. 4.

Sed maius eſt dubium de pręterito tempore, vtrum teneantur ſoluere dicti emptores collectas à tempore acquiſitionis, & perceptionis fructuum, citra, etiam quod non eſſent adhuc bona ipſa regiſtrata & in æſtimo poſita, facta poſtmodum regiſtratione. Prima facie videbatur ꝙ non, quia ex quo talleæ, & collectæ imponũtur per æs & libram. ſecundum quod in æſtimo quis deſcriptus reperitur, ſuccedit deciſio Ang. in l. fi. ſupra ſine cenſu vel reliqui dicentis quod vbi imponitur collecta per æs, & libram & ſecundum æſtimum tunc non attenditur poſſeſſio bonorum: ſed ſolum æſtimum prout etiã voluit Bal. in l. 1. in §. ſi nemo. ff. quod cuiuſque vniuerſ. no. Quum igitur æſtimum præciſè attendatur, & iſti emptores tunc in æſtimo non eſſent deſcripti ad collectas, & onera tunc occurrentia, grauari non poſſunt neque vrgeri, & videtur iſto caſu procedere quod ꝑ illum tex. notat Bart. in l. 1. C. de exac. trib. li. 10. quod ille qui eſt grauatus, vt ſoluat, poteſt exactori dicere oſtende ſi ſim deſcriptus in quinterno, & ſi ibi non reperiatur iniuſtè grauatur, & prædicta ſequuntur conſulendo Dec. in conſil. 285. col. pe. & fi. & Cur. Iunior in conſi. 42.

Contrarium tamen verius videtur in terminis quæſtionis noſtræ, quia quum, vt prædixi illud ſit onus fructuũ quos dicti particulares perceperunt, conſequens & iuſtum eſt vt ipſi illud agnoſcant. facit quia ſecundum naturam eſt vt illum ſequantur incommoda, quem ſequuntur commoda l. ſecundum naturam ff. de regul. iur. & niſi ita diceremus plura inconuenientia ſequerentur, quod cõmunitas quæ propter vrgentes neceſsitates dictas proprietates alienauit vili pretio, etiam ob ſpeciem redimendi maximum pateretur damnum, & emptores cum aliena iactura locupletarentur. primo ex talibus damnoſis contractibus. ſecundo ſi adhuc non poſſet pro talibus bonis collectas exigere prout & quemadmodum de alijs bonis, exiſtentibus in toto ſuo territorio. tertio quia nulla eſt ratio cur dicta bona nunc penes priuatas ꝑſonas exiſtentia debeant eſſe libera, & exempta ab onere collectarum, & tallearum, & cur melioris conditionis eſſe debeãt quam ſint alia bona eiuſdem territorij, & aliorum particularium pro quibus onera per poſsidẽtes, & fructus percipientes pro rata agnoſcuntur. Non obſtat modo deciſio Angel. & ſequacium quòd æſtimum præciſè attendi debeat. & non poſſeſsio. Quia Ang. & præallegati loquuntur quando poſſeſſores, & fructus percipientes ſunt forenſes, qui de iure collectari non poſſent, ideo ab allibratis fit exactio, vt declarat Dec. in præalleg. conſ. 285. col. fin. ſed in quæſtione propoſita præſupponitur. emptores eſſe ſubditos & de territorio in quo ſunt ipſa bona, ergo grauati, & collectari poſſunt. vt per Bald. & Dec. in locis præallega. & clarius procedit hoc attenta generali conſuetudine totius Italiæ ſecundum quam etiam forenſes, vt notorium eſt, & omnes poſſeſſores bonorum collectantur, vt per Deci. ibidem & in conſil. 694. cum pluribus ſimilibus. Præterea doctrina Ange. & præallegatorum intelligitur, & procedit, quando bona pro quibus petuntur collectæ eſſent iam allibrata & æſtimata, ac ad alterius æſtimum poſita: quia tunc licet poſſeſsio ſit ad alium trãſlata antequam in æſtimo noui poſſeſſoris poſita fuerit pro oneribus occurrentibus ab æſtimato petendæ ſunt collectæ, non autem à poſſeſſore: quia ſic pro eiſdem bonis communitas bis collectam exigeret, quod fieri non debet, vt poſt glo. tradit Bart. in l. vnica col. 5. C. de mul. & in quo loco lib. 11. & Dec in præallegato conſil. 285. col. pe. & fi. ꝙ quidem æſtimatus actionem inde, & regreſſum habebit aduerſus poſſeſſorem qui fructus percepit, vt per Butr. in conſi. 60. & Barb. conſ. 84. lib. 4. ſed in caſu prædicto proprietates ad alterius æſtimũ non erant ſed inæſtimatę quum eſſent cõmunitatis, ideo non quadrat in propoſito deciſio Ang. ſed bene ſequitur iuxta cõcluſionem de qua ſupra poſſeſſores ad collectas, & onera præteriti temporis, quo fructus rerum perceperunt obnoxios eſſe, aliàs, vt dictum eſt maximum ſequeretur inconueniens

quod

quod pro dictis bonis nemo collectas solueret, & secundum prædicta consuluit & iudicatum fuit.

284 CXI. si aliquis obligatus si rem vendere † ex mandato puta vel iussu testatoris, vt in l.in numerationibus.ff. de sol.& l.si hæres testamento de actio.emp.iuxta venditionem, & traditionem apponeret pactum de retrouen. an pactum vestiatur cohærentia contractus vel rei interuentu.Socin.not.in l.legem col.pen.& fin.C.de pact.concludit quòd non,venditio enim nõ est voluntaria sed necessaria.ideò cessat vestimentum interuentus rei iuxta.l.si intra.ff.de pact.nec vestitur cohærentia contractus: quia venditio censetur facta ad se libera & sic ex causa liberationis ex qua causa non censetur factum pactum, ita qđ pactum appositum censetur ex alia causa, quàm contractus quo casu quando est appositum ex diuersa causa, sicut causa contractus,non influit in pactum, ita pactum non vestitur ipsius cohærentia secundum Bald.vt ibi per Soc.& licet quidam Mod. Pap.cõtradicant tamen Mod. Tau.in d.l.legem.in vltimis coll. sequuntur Socin.

285 CXII. quæstio. † An huiuscemodi redimendi potentia facultas sit,vel ius, Aquens.in l.fin.col.penul.ff.de contract. princ.tenet quod sit facultas, & latius prosequitur Parisius in consi.92.col.penul.lib.3.post Bald.& alios per eum relatos firmando quod sit simplex facultas, non ius formatum seu productum, & ideò illi non præscribatur. potuisset ad ꝓpositum pulchrè allegare quæ scribit Con in l.licet, col.penul.infra.de iure deliberan.vbi dicit hanc fuisse rationem antiquorum,quare aduersus ea quæ sunt simplicis facultatis non præscribatur. quia præscriptiones inuentę sunt ad tollendum ius formatum,non ius de futuro, vt ibi per eum.

Sed respectu præscriptionis de qua quærimus oppositum tenendum est.receptiori adhærendo sententiæ:quia facultati competenti pro iure de nouo acquirendo bene præscribitur.vt in proposito, quemadmodum post Bart. scribit Dec.in d.l.petens.col.3.Aquens.vero post Ang.in d.l.petẽs col.1. dicit procedere quod de facultate dicitur quando esset declaratio, seu facultas simplex, secus si ex parte vnius esset facultas,ex parte alterius obligatio: quia illi tunc præscribitur per obligatum,vt est in facultate redimendi reputans verba Ange.pulchra, sequitur ibidem Dec.in 2.col.vel clarius respon.quod facultas quando est sequela actionis iam natæ, aut competit per modũ actionis,& deducibilis est in iudicio,vt in hac quęstione subijcitur præscriptioni, licet secus sit quando exceptionis est sequela secundum communem antiquorum, & modernorum conclusionem vt per Deci.in d.l.petens.column.1. Aquens.plura consilia maximè Alex. allegantem in l.fin. col.pen.de consti.prin.Mod.Taur.in tract.præscrip.in 4. part.5.parte principalis fol.55.& Mod.de Fano in tract. de pig.fol.44.cum alijs de quibus supra.in 8.q.

Non est ergo vis in proposito vtrum redimendi potentia sit ius formatum ac productum,vel facultas:quia quũ competat per modum actionis, & sic deducibilis in iudicio habetur pro iure, & eodem modo quo alia iura prescriptione tollitur vt supra dictum est, nisi appositum esset iuramentum, intellige iuxta ea quæ dixi supra in 8.q. & quod sit ius aliter etiam ꝓbari potest. actionem enim producit vt hac l.secundum communem intellectum sed actio est ius persequendi in iudicio quod sibi debetur §.1.insti.de actio.ergo est ius. Rursus ea quæ sunt simplicis facultatis ad hæredem non transmittuntur.l.apud Iulia. §.si quis alicui.ff.de lega.1.cum accumulatis per Decium in l.emancipata in prin.ij.qui admitti, & in cons.262.sed pacti de redimendo potentia ad hæredem vt alia iura iuxta.l.cum hæredes.ff.de acqui.poss.transmittitur vt late probaui supra.in 2.q. ergo est ius.

Simile est in iure adeundi, quod modo ius, modo facultas nuncupatur,vt per Are.in l.qui in aliena in prin.in 2.col.ff.de acquir.hæred.

286 CXIII. quæstio † post venditionem rei,& pactum de retrouend.intra annos decem puta, conduxisti eam rem ea lege venditam ad annos decem similiter pro fictu aureorum centum soluendorum singulis annis pro re prædicta & in 1.vel 2.anno rem ipsam redemisti,vtrum contractus locationis de re prædicta factus extinctus sit, aut adhuc duret.De hac quęstione interrogatus respõdi post retrouenditio. & restitutionem aut constitutum prout fieri solet contractum,loc.& conduc.nõ durare eo, quia rei suæ nulla est locatio nec conductio l.neque pignus.ff. de re.iu.l.qui rem propriam ij.locat. quum ergo contractus iste in eum casum incidat à quo incipere nõ potest, extinguitur obligatio.l.pluribus.§.1.ff. de verbo.obliga. &c. Claudite nunc riuos pueri sat prata bibere.

Laus tamen sit illi qui nunquam satis dignè laudatur.

SVMMARIVM.

Vsurarum plures sunt species mere lucratiuæ, damni restauratiuæ. commodi percepti recompensatiuæ. & an quæ, & quando licitæ & sint & permissæ. numero. 1. cum sequen.

Ex licentia Papæ, & principum secularium quomodo iudæi mutuare sub vsuris possunt. 7.

Testator in testamento an quomodo, & quando vsuras possit permittere, disponendo quod certum quid per hæredem soluatur donec dos vxoris suæ vel alia summa debita persoluatur. 8. cum seq.

Artificialia germinare est contra naturam. 12.

Maritus an & quando possit certum quid licitè capere pro alimentis vxoris vel pro interesse suo,donec dos promissa sibi soluatur. 15. cum seq.

Vxor sol. ma. an possit aliquid certum licitè capere donec restituatur sibi dos. 17. cum seq.

Interusurium aliàs licitum an cedi possit, vt in futurum debeatur. 19.

Verba relata ad personam iudicis an inferant competere officium iudicis vel actionem 20.

Idem verbum ad diuersa relatum diuersimode potest determinare 21.

Remedium al. parti datum, operatur parte petente, aliter non num 22.

Vsura de quibus hic, petitur tanquàm interesse damni emergentis, & lucro fructuum 23. cum seq.

Emptor qui nullos fructus ex re empta percepit, vt quia sterilis, vel alia ratione: an teneatur ad istas vsuras pretij retenti 26 cum seq.

Mora irregularis non operatur nisi respectu vsurarum pretij non soluti, non quo ad alios effectus. numero. 27. cum sequenti.

Venditor passus aliud interesse quàm fructuum deperditorum, propter pretium ab emptore non solutum, an aliud possit petere. 30.

Emptor quando non fuit in mora soluendi pretium. vt quia venditor non cauit de euictione, vel liberam possessionem non tradidit: an teneatur ad vsuras pretij retenti. 31. cum seq.

Ampliationes ad hanc legem. 35 cum seq.

Maritus qui sustinuit onera matrimonij, an & quando possit petere interesse dotis non solutæ. nu. 41. nu. cum seq.

Vsuraria quæstio non semper remittitur iudici ecclesiastico. numer. 45.

Limitationes ad hanc legem. 46 cum seq.

Implementum solutionis pretij constituit solum in mora irregulari, ex quo sequuntur magni effectus. 47.

Dilatione ad soluendum per creditorem data non currunt vsura nec interesse, nisi in certis casibus de quibus, nu 51. cum seq. vsque ad nu. 63.

Interesse

Interesse lucri cessantis non currit nisi post moram.num.53.

Interesse certum an, & quando à principio possit taxari, & peti nu.55. vsque ad finem commenti.

Interesse lucri cessantis materiam plura concernentia. 66. cum seq.

Restitutis adaptatur ad sol. & dationem. 79.

Mora regularis, & irregularis possunt simul concurrere. numer. 71.

In legem curabit. C. de Action. Emptio.

EXIGVAE dotis munere legem hanc scribentes condonarunt quamuis amplam & quotidianam materiam contineat. ea propter eam tanquam filiam legitimam, & naturalem agnoscens cõpetenter dotare arbitratus sum ostendendo ipsam propter vtilitatem & frequentiam eiusdem tanquam filiam charissimam esse suscipiendam tractandamque. Vsurarum vorago, & campus latissimè patet vt omnibus notum est, sed ego ipsius l. nostræ materiam vix egredi intendo. plura tamen vtilia forsitanq; in posterum grata paucis chartis afferam.

Summari potest vt hic per Bal. Paul. & Saly. vel plenius sic: emptor qui nactus possessionem rei fructus percepit non solum ad pretium, sed ad vsuras p̃tij non soluti quas mora irregularis generauit, obligatus remanet.

Diuiditur in 2. partes, in prima ponitur decisio, in 2. decisionis ratio. 2. ibi quas.

1 Ratio dubitandi † vsuræ regulariter etiam in contractibus bonæ fidei non debentur sine mora. §. in bonæ fidei. l. mora cum simil. ff. de vsur. sed hic vt in fin. l. dicitur nulla intercessit mora ergo.

Ratio decidendi oppo. ponitur in text. & vt inquit iurisconsul. in §. ex vendito. l. Iul. ff. de act. empt. quum emptor fruatur æquissimum est enim vsuras pretij impendere. essetque iniquissimum, quod emptor lucraretur fructus rei emptæ, & pretium penes se retineret: istud est qđ dicere voluit hic Imperator ibi quas, & perceptorum fructuum ratio generauit. concurrebat etiam in casu istius leg. alia ratio minoris ætatis fauor, qui sine mora vsuras currere facit vt text. noster inquit, ita quòd in terminis istius. l. aderat duplex irregularis mora, ęquissima ergo, & sancta fuit dispositio ista.

2 Præmitto pro intelligentia dicendorum † ꝙ vsurarum quædam lucratinæ meræ sunt, quædam damni restauratiuæ, aliæ commodi percepti recompensatiuæ vt per Bal. & Saly. in l. 2. supra de vsuris.

Circa primam speciem vsurarum quicquid esset olim de iure digestorum dispositum, & per leges multorum

3 Imperatorum approbatum, † hodie vsuræ omni iure diuino & humano tam ciuili quàm canonico prohibitæ sunt, vt enim scribitur. Leuit. 23. Pecuniam non dabis fratri tuo ad vsuram: & frugum superabundantiam non exiges, & in Psalmis. 14. Domine quis habitabit in monte sancto tuo ille inquit, qui ingreditur sine macula, & qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & Luc. cap. 6. Mutuum dantes nihil inde sperãtes inquit Redemptor

4 noster † ideò dictæ vsuræ peti non possunt in aliquo foro quia ius diuinum vincit humanum, & potentiam extendit in omni foro, quia causa prima potentior est secunda maximè quando prima est infinitæ potentiæ vt Deus secundum Bald. in rub. & in l. 2. C. de vsuris hinc dicunt gl.

5 Bald. & Saly. in auc. ad hæc eod. titu. de vsur. † quòd nulla lex imperialis valet in permissione vsurarum quia esset contra legem Dei, quam nullus potest tollere sicuti nec seruus domini. est enim lex diuina scripta in omnes homines, & Principes qui neque se, neque alium ab illa pos-

6 sunt soluere, † ideò subijcitur vsura restitutioni sicuti

7 furtum, & rapina. cap. cum tu de vsu: etiam in iudæis, vt per summam Ang. in verbo vsura el 2. versic. 1.

De iure can. clarum est. c. 1. & toto tit. de vsur. De iure ciuili nouissimo probatur in l. 1. supra de summa Trinit. vt per Saly. in d. auc. ad hæc col. 1. & communiter scribentes in d. l. cunctos pop.

Sed quomodo hodie de licentia Papæ & principum secularium iudæi in multis locis dant pecunias ad vsurã, & impune talem artem exercent vide Cor. in consil. 19. l. 3. Archiep. flor. in 3. parte summæ titul. 3. c. 4. ad fin. Alex. consil 57. libr. 1. & in 21. vol. in duobus primis con. Bart. pulchrè consi. 16. lib. 4. summam Ang. in verbo vsura, & secundo versic. 14 & Ruinum in consil. 196. lib. 1. in quibus locis inuenietis pulchrè declaratũ, & discussum quomodo hoc procedat, & fieri possit quum vsuræ sint de iure diuino prohibitæ.

Secunda species vsurarum damni restauratiuarum hæ sunt omni iure permissæ, quia quo ad petentem sors sunt cap. 2. cum not. de fideiuf. Bald. & Salyc. in d. l. 2. summa Ang. in verbo supra col. 1. versic. 19. & in verbo fideiussor. versi. 10. cum seq.

Vsuræ verò commodi percepti recompẽsatiuæ de quibus in hac lege, quia potius loco permutationis quàm pene, & veluti interesse damni emergentis petuntur omni iure permissæ sunt vsque ad congruum, & honestum modum vt hic, & in c. salubriter de vsur. quia æquitate quadam naturali inductæ, ne cum aliena iactura quis locupletetur. vt per Bald. & Saly. in l. 2. Deci. in c. cum venerabilis col. 5. de excep. plenè Gozadinum consi. 15. colum. 3. Soc. in consi. 133. lib. 1. & Mod. in d. l. cunctos pop.

8 Ex prædictis infertur ad not. quæstionem † testator amico centum legauit & quandiu hæres in solutione cessaret voluit legatario certam vini quantitatem omni anno dari: elapsis pluribus annis quibus fuit in solutione legati cessatum, legatarius vinum petebat, videtur, quòd male, quum vsuræ vt diximus sint omni iure prohibitæ, ideo testator non potest illas in suo testamento permittere, vt per Bart. & Lanc. Dec. dicentem, ita fuisse papiæ obten-

9 tum in §. fin. l. 3. ff. de annu. leg. † idcirco dicunt hodie illum text. id permittentem correctum esse. fortius consuluit Aretin. in consi. 153. viso themate, quòd si testator quingentos reliquerit aureos amico, aut quadraginta ducatos quolibet anno donec hæredes distulerint summã legatã soluere, nequeunt prædicta quadragina peti, quia

10 sapit vsuram omni iure & in testamentis prohibitam † q̃ quidem opin. Aretin. approbant communiter scriben. vt latè per Barb. in consil. 66. lib. 2. Alex. in consil. 27. lib. 4. & 74. col. fina. volu. 5. Ias. in l. 1. col. 2. ij. de his quæ pœn. nom. Mode. Taur. in l. rogasti in §. si tibi, col. 8. ff. si cert. peta. & plenius Io. Cro. in re. l. nemo potest, col. 2. & 3. vbi alios idem tenantes refert de leg. 1.

Sed oppositum consuluit, Soc. lib. 4. consil. 41. & idem tenuit in l. 2. col. penul. ff. de his quę pœnę nomi. vbi dicit

11 † pro legatario se contra Are. consuluisse. est in cõsi. pręalleg. cui dicit se subscripsisse pręceptorem suum Io. Bap. Seuer. quia est legatum annuum, ꝙ peti potest non vsura ex quo dictus legatarius ab hęrede inuito summam primo loco legatam exigere, propter dilationem ad soluendum à testatore datam non poterat, ex prouisioneque testatoris non ex sua recipiebat cuius intentio non erat ad vsuram, nec ad lucrum, & refert ibi Soc. quęstionem fuisse diu ventilatam & tandem fuisse iudicatum Romę in fauorem legatarij opin. Soc. sequuntur Mod. Mediola. lib. paradox. cap. 20. & Ripa. in d. l. nemo potest, col. 3. ita quod res videtur multum dubia.

Considerando aliquos casus posset forte absque errore sic distinguendo concludi, aliquando expressum fuit in testamẽto annuum legatũ tardante hęrede solutionem legati, dari pręstari aut solui pro vsuris interesse vel fructu, & tunc dictam vsuram esse, & à testatore permitti nõ posse, & in istis terminis loquunť Aret. & pręall. cum seq. & vĩr etiam in his terminis opi. hãc sequi Mod. Mediol.

loco

loco præalleg. ita quod videre nõ possum quomodo contra Are. poterit rectè Romæ iudicari, quia in eo casu testator expressè mandauerat de quingentis florenis solui singulis annis 40. pro eorum fructu quæ verba multum ponderant præfati cõsulentes, quia aperte ostendunt vo-
12 luisse testatorem dicta. 40. annua † solui, licq; pecuniam
13 parere pecuniam † quod absonum est contra naturam, vt artificialia prout est pecunia germinent c. plerique. 14. q. 4. & per totam, & 47. dist. c. sicut hi. l. 1. cum not. ff. de contra. empt. tradit pulchrè Philo. politicorum. 1. & licet animus legatarij non esset ad vsuram, sufficit quod testator illam non potest in testamento inducere, nec permittere contra ius humanum diuinumque.

Secundus casus est quādo testator non fuisset vsus præ-
14 dictis verbis vsuram redolentibus, ac sapientibus, † sed simpliciter 40. singulis annis reliquisset & legatarius exigere non posset legatum intra tempus à testatore præfixum, & tunc non videtur vsura, quum ad exactionē fortis actio nõ competat legatario, nec animus legatarij de vsuraria prauitate possit suspectus argui, ex quo ipse nihil fecit. debetur ergo relictum nõ iure fœnoris, sed tanq. legatum annuum, & à iure pmissum, & in istis procedat opi. Soc. & sequentium supra alleg. faciunt q̃ scribit Alex. circa fi. §. vsuras. j. alle. ibi autem simpliciter dixit &c.

Quando vero & tertio casu testator legasset certum, & quandiu hæres in solutione cessaret, certum quid singulis ann. ex quo legatarius potest exigere legatum ab hærede sibi imputan. si non exigit, nec ex dilatione, & mora prædictis posset tunc annua capere tanquam id tunc sapiat vsuram, ita procedat decis. Bart. & Lanc. Dec. in d. §. fin. l. 3. prealle. & est communiter approbata, videte Ioan. Cro. in d. l. nemo potest. col. 1. Dec. cons. 59. & Mod. Tau. in d. §. si tibi, col. 8. & Ias. in cons. 92. col. 3. lib. 1. Infertur
14 etiam per prædicta † quod testator non potest grauare hæredem ad soluēd. eius vxori certum quid annuum pro alimentis, donec summam pro dote debitam distulerit soluere. & quòd exactum ab vxore post mortem viri ob moram retardatæ solutionis dotis vsura est, & restitutioni subijceret, vt per Bart. & doct. in §. vsuras. l. Titia. ff. de solu. mat. Abba. & alios in c. salubriter, de vsur. Ias. in cõsi. 49. col. 3. lib. 1. & Moder. de Ripa. in d. l. nemo potest, col.
15 3. Infertur pariter † quicquid dicat Parisius in c. cum venerabilis. col. 9. de except. & Bologni. consil. 19. non posse maritum certum quid capere pro alimentis vxoris, vel pro interesse non solutæ dotis, quousque dos persoluatur, etiam quod taxatio congrua sit, quia esset vsura, nec vxor soluto matrimonio, certum quid annuū potest capere, aut stipulari sibi dari donec restituatur sibi dos etiā
16 pro alimentis, quia vsura est & prohibita, † ideo non obstante blando vocabulo alimentorum nihil ei deberetur, illique imputandum esset cur non exegerit dotem. Nisi statutum loci vel consuetudo aliud permitterent. Item nisi mulier esset pauper non habens aliunde modum se alendi, aut vellet negociari, & lucrari vel dare pecuniam mercatoribus ad honestum lucrum, aut conuertere in
17 emptionem prædiorum † quibus casibus & maritus constante ma. & vxor solut. matri. aliquid percipere possunt, modo taxatio cogrua & licita sit vt per Io. An. & alios in c. salubriter de vsur. Alex. in consil. 31. & 200. lib. 6. in l. diuortio in princ. ff. solut. matri. in l. in insulam in §. vsuras, col. fi. illo eod. tit. Soc. in consi. 247. col. fin. lib. 2. & consil. 88. col. 2. libr. 4. Bald. nouel. in trac. dotis sol. 31. in 3. speciali Campe. in tract. de iur. dotis. 16. q. 2. partis summa Ange. in verbo dos, versi. 28. & in verbo vsura, col. 1. versi. 29. Matthæ. de Afflic. in decil. regul. 284. & 291. Ias. dicto consi. 92. col. 3. Dec. in d. c. cum venera. col. 5. & 6. & consi. 39. & 119. Mod. de Fano. in tract. de pigno. sol. 50. Mode. Tau. in d. §. si tibi, col. 8. Paris. consil. 64. lib 4. & Rochum Cur. in repe. cap. fin. de consue. in 3. no. colum. 2. & seq. vbi talem consuetudinem vbique vigere testatur, alia etiam quædam. j. referam, & in locis prædictis scriben. vt supra retuli concludunt.

Est tamen inter prędicta differentia, quia stante statuto vel consuetudine quòd maritus vel vxor certum quid interesse posset capere, aliàs taxatio certa pro interesse à prin. illicita est secundum doct. communiter iu locis s.
18 allega. † nisi talis certa taxatio non extenderet communem contingentiam interesse vel fructuum, vt per Paris. in d. c. cum ven. col. 9. cum alijs quæ cumulaui in Lunic. C. de sen. quæ pro eo. in 5. dubio post notabilia.
19 Et tale interusurium † licitè per maritum vel vxorem sol. ma. conuentum ac promissum alteri cedi non potest, vt concludunt Mod. de Fano. loco præalle. sed cõtrarium licet de eis non faciat mentionem cõsuluit plenius Paris. in præalle. consi. 64. vbi defendit istam opin. respondendo motiuis facientibus in oppositum. Noto. . . ex isto tex. ibi curabit præses compellere emptorem quum verba ad iudicem referantur, quod compulsio prædicta fit officio
20 iud. non via actionis, † iuxta glo. not. in l. si soror. j. de col. & in terminis nostris est text. not. in l. fructus cum glo. j. eo. titu. ibi vsuras ex offic o iud. exigere potest.

Sed in contrarium vrgere videtur tex. in §. ex vendito, l. Iuli. ff. de act. emptio. qui actionem ex vendito ad vsuras pretij non soluti competere voluit. Respon. nõ dici quod in ea actione veniant vsuræ offi. iud. per partem imploratio, vbi decl rat Paul. de Cast. ideo extincta actione princ. solutionem pretij extinguit offi. iud. mercennarium nec vsuræ peti possunt. l. qui per collusio. §. fin. ff. de act. empt. Ad pretium tamen non solutum competit actio ex vendito. vt ibi & toto tit. j. & ff. eo. & sic in terminis nostræ l. ad pretium non solutum competet actio ex vendito ad vsuras pretij non soluti, & interesse damni emergentis offic. iud. mercennarium. Nec attenditur ad quem verba dirigantur, vbi ex natura contractus constat de competenti remedio prout in materia ista, ad quod videte Dec. in d. l. si soror in 5. limi. nec ob. quod hic eadem verba referantur ac determinent pretium non solutum & vsuras
21 ipsius pretij: quia etiam vnum † & idem verbum ad diuersa relatum diuersimode potest determinare, propriéque & impropriè intelligi glo. no. in l. a. ff. de offi. procon. & leg. per illum text. tradunt Roma. in consil. 480. Ias. in l. 1. in 2. not. per illum tex. j. de carb. edi. & Dec. in c. quoniam Abba. in princip. de offi. deleg. Multumque interest an competat actio, vel officiū iudi. vt per Alex. & alios in l. prima in vltim. colum. C. de edend. in l. 1. ff. de iurisdict. omnium iudicum.

Et intellige competere offi. iud. mercenarium ad vsuras pretij retenti si fuerit à parte imploratum, aliàs secus
22 † quia vbi lex alicui prouidet de remedio intelligitur si pars petat. l. peto. §. fratre. ff. de le. 2. pulchre Alex. cons. 19. vol. 1. Ias. in l. vniuersa, col. 1. s. de preci. impe. offe. Dec. in c. licet, col. 9. de proba. & Mod. Atten. in tract. in rub. quid. & quando aliquid censeatur traditum pro forma.

Secundo not. ibi q; nactus possessionem fructus percepit, & q; post traditionem rei vendi. debentur vsuræ retenti pretij ratione fructuum perceptorum, æquitas enim hoc dictat, vt quum ipse emptor re empta fruatur soluat vsuras retenti pretij prout etiam dicitur in l. 2. supra de vsur. & in d. §. ex vendito, Intelligas tamen dictas vsuras nõ taxari ex more regionis, prout dicebatur in l. ff. de vsur. & in §. ex cæteris. l. tutor. ff. de admi. tuto. quum hodie vsuræ
23 sint prohibitæ: † sed possunt peti istæ vsuræ pretij nõ soluti tanquam interesse damni emergētis. loco fructuum siue vsq; ad ualorem fructuum per emptorem percep. orum, & quos ipse uēditor uerisimiliter percepisset si rem uenditam emptori nõ tradidisset, aliter in damno manerei, & aduersarius in lucro cū iactura proximi. ideo æquitate suadente inductę sunt, & permissę etiam de iure can. sed ultra ualorem fructuum perceptorum ac deperdito-
24 rum noīe interesse peti non possent: † quia de lucro tractaret uēditor ut declarat Pau. de Cast. in d. §. ex uēdito, Alex. post Paul. & Imol. in consi. 69. col. 2. lib. 1. & Socin. consi.

consi.174.ad fi.4.col.lib.2.& cõsi.130.col.3.vol.4.& Cor.
25 in cons.145.col.2.† vbi allegando tex.cum gl.in l socium, qui in eo in princ.ff.pro soc.dicunt, ꝙ istis casibus vsuræ petuntur potius vti interesse quàm vti vsuræ.

26 Ex quibus infertur † ꝙ si emptor nullos fructus percepisset, neque percipere potuisset dispositio istius.l.nostrę non procederet secundum Cyn. in l.an minorum. supra in quib.cau.in integ.restit.non est necessaria, & Alex.hic in apostil. ad Bar.

Sed oppositum voluerunt, Bal.& Pau.de Cast.in d.l.2. & hic Soc.post Ancha.& Io.de Anna. per eum relatos in consi.88.col.2.lib.4.& consil.103.col.1.& 130.col.3.eod. lib.& Dec.consi.219.col.3.versi.4.facit, & Paris.in c.cum vene.col.8.de except.per d.l.2.postquam habet commoditatem vtendi. Non obst.tex.l.nostrę per tenentes oppo.
27 adductus † ibi nulla mora, ponderando naturam vniuersalis negatiuæ nulla: quia respondetur, verum esse nullam contrahi moram regularem, scilicet quę contrahitur per interpellationem vel per lapsum diei, sed bene irregularē quę contrahitur re ipsa per implementum traditionis rei factæ per venditorem, ita communiter per scrib.intelligitur.l.nostra, vt per Soc.& Dec.in consil.præalleg.& per Mod.Tau.in l.ꝙ te, col.antepe.ff.si cert.pet.ideò ratione moræ debentur vsuræ pretij non soluti, licet quantum ad
28 alios effectus † prædicta irregularis mora non operetur, vt per Soc.in cons.174.col.5.in princ. & Aquens.in d.l.de diuisione circa fin.Item non obst.ꝙ aliàs nō esset vlla specialitas in minore contra tex.in d.l.in minorum: quia potest respon.vt ibi per Pau.de Cast.Sed non videtur reced. ab opi.Ci.& Alex.quæ est communis, ꝙ de iure cano.nō possint peti vsuræ pretij retenti quando nullus fructus ex re percipitur, nec procedit hoc casu dispositio.l.nostræ:
29 quia præstatio vsurarum potius dependet † ex perceptione fructuum quàm ex traditione rei, seu ex implemento venditoris, prout ostendunt apertè verba.l.nostræ fundãtis se in perceptione fructuum, vt per Sal.in d.l.2.& in d.l. in minorum, Pau.de Cast.sibi contrarium.in d.l.in minorum Alex.in l.vinum, col.4.versi.pro ista opi.ff.si cert.pet. & in l.de diuisione, col.fi.ff.sol.mat. Are.in cons.150.col. 6.& in l.ita stipula.magna, col.5.versic.2.casu.ff.de verbo. obli.vbi hanc.opi.verissimam esse dicit miraturq; de decisione Bald. quam dicit esse contra.l.nostram volentem nullam contrahi moram: sed vsuras deberi ratione fructuum perceptorum. Idem tenet Cor.in consil.59.col.2. lib.3.& Aquens. in d.l.de diuisione.col.fi.

Et hæc opinio bonis rationibus videtur probari, quia hodie, vt dictum est vsuræ regulariter sunt prohibitæ, excipitur casus legis nostræ ex summa æquitate, quæ æquitas cessat quando emptor non percepit fructus, nec venditor per traditionem rei illos perdidit, ergo &c.non solum igitur cessat æquitas per hanc legem considerata, verum etiam refragantur verba ipsius legis.præterea, vt diximus istæ vsuræ hodie petuntur tanquã interesse damni emergentis, si res tradita sit sterilis, nec aliquis ex illa percipiatur fructus quomodo potest venditor prætendere vllum interesse damni emergentis, quãdoquidem etiam si non tradidisset rem venditam nullos ipse ex ea, quum sterilis sit, percepisset fructus.

Et istud videtur procedere etiam in minore quicquid dixerit Paul.de Cast.in d.l.in minorum, quum vsuræ generaliter & indistinctè tam in maioribus quam in mino-
30 ribus sint prohibitæ.† & si alio respectu posset contingere interesse quòd licitè peteretur, vt puta si venditor pecunias sub vsuris accepisset in pœnam vel aliquam ex defectu pecuniarum sibi debitarum incidisset aut aliud simile interesse ea ratione passus esset vt per Ancha. in consil. 376.Pau. de Castr.in d.l.2.§.de vsu. Io.de Anna.in c.conquestus col.2.de vsu. Sum.Ang.in verbo vsura el 1.versic. 19 & 20.& Soc.in consil.88.col.3.lib.4.Considera tamen ctiò quòd vsuræ de quibus hic loco fructuum, siue vsque ad valorem fructuum peti non possint, an ratione perfidiæ, & commoditatis fruendi re tradita quam assecutus est emptor & venditor per illius traditionem priuatus de iure ciuili & codicis ante.l.cunctos pop.dicerē cum Bal. & sequacibus suis.§ alleg. ꝙ emptor teneretur ad vsuras in regione frequentatas, puta ad decem vel octo pro centenario quemadmodum frequentabatur in regione, vt dicit Paul.de Cast.in d.l.2.& moueor per d.l.2.& in prealleg.§.ex vendito quæ dicunt vsuras deberi quũ emptor re fruatur, & sic ratione commoditatis vtendi, & perfidię non soluētis pretium, de perceptione fructuum nullum verbum faciunt, ergo siue percipiat emptor fructus siue non indistinctè secũdum dispositionem illarum legum tenebatur ad vsuras prædictas & hoc modo posset procedere opinio Bal.§.relata.

De iure nouissimo & de iure canonico secus, quũm dictæ vsuræ vt diximus prohibitæ sint, quia tamen etiam de iure canonico vsuræ damni recompensatiuæ permissę sunt, prout.§.dictum fuit, crederem in recōpensatione damni forsitan passi per venditorem, ex traditione rei emptori facta, & commoditatis habitæ per emptorem ex vsu dictæ rei, aliquod interesse arbitrio iudicis posse haberi, per eandem rationem æquitatis, per quam motus fuit Imperator in hac.l. nostra faciunt quæ scribit Corn. in d.consi.59.col.2.

31 Ex prædictis etiam infertur † ꝙ licet emptor nō fuerit in mora soluendi pretium, puta quia venditor non dedit ei fideiussorem de euictione, vel vt promiserat liberam possessionem non tradit, tamen ad vsuras pretij non soluti tenetur: quia vsus rei non minuitur, per defectum talis implementi minui non debet interusurium pretij, maximè quum istæ vsuræ potius ex quadam æquitate veniant
32 † quàm ratione moræ, vt in l.nostra ita Bal.& Pau.de Ca. in d.l.2.in primis col.Io.de Anna.in d.c.conquestus, col. 2.de vsur.& Dec.in consil.119.col.2.versic.adduci potest & col.fi.uer.5.non obstat.Soc.tamen in cons.88.col.3.& in cons.103.col.fi.§.alleg.prædictam decisionem Bal.dubiam dicit propter aliam decisio.Bal.§.relatam de emente rem sterilem dum uult solam moram & perfidiã considerari, non perceptionem fructuum, corroboro, quia hic prætextu fructuum perceptorum pretij nō soluti debentur usuræ quas causauit mora saltem irregularis quæ contrahitur re ipsa per implementum rei traditæ, si prædicta mora cessat (quia alter ut tenebatur nō adimpleuerit) conuenit et cessare qđ ob prædictam moram causabatur & per consequens usuras dicti pretij quum cessante mora cessent hæ usuræ.l.lecta.ff.si cert.peta. tradunt in præall.cons.59.col.2.& 145.col.2.libr.2.& Dec.in consil. 119.col.3.facit alia not.decis.Bal.in l.1.col.2.j.de bo.ma. ꝙ non præstita cautione de euictione imminente, locus non sit dispositioni.l.nostræ sequitur Matth.de Afflic.in decisi.regni.20. & Paris.in d.c.cum uenerabilis col 8.

Sed non est recedendum à decis.Bal in d.l.2.æqualiter
33 & communiter approbata † ut ex relatis.§.apparet; nam hoc natura æquum est neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.l.nam hoc natura.ff.de cond.inde. & consequenter æquitas quę facit ut rōne fructuum perceptorum usuræ pretij debeantur nō patitur emptorem cum iactura & damno uenditoris fructus lucrari, accedat pro confirmatione quod scribit Bal.in l.fi.in §.prętereà col.fi.j.de iure do.& Alex.in consi.73.col.1.lib.2.

34 Non obst.allegata ad oppositum † nam ad decisio.Bal. de emente rem sterilē potest resp.non esse ueram ut dicit Corn.in præall.cons.59.col.2.& latius diximus. supra.uel etiam aliter, ꝙ ibi secundum Bal.non consideratur perceptio fructuum quum nulli percipi possint ex re sterili: sed consideratur mora & perfidia emptoris & implementum uenditoris: sed data perceptione fructuum ꝙ non sit cōsideranda, licet mora emptoris cesset ut in casu prędicto, hoc non dicit Bald.nec fuit intentionis suæ. secundo non obst.corroboratio per me facta, quòd cessante mora cessare debeant effectus ex mora resultantes ita, ut ad in-

ad intereſſe teneri non debeat emptori: quum imputandum ſit venditori ſi ex ſui parte non adimpleuit. c. damnum de reg. iur. in ſexto, ſed ad vſuras retenti pretij propter perceptionem fructuum teneri debet de æquitate, aliàs cum iactura ꝓximi indebite locupletaretur emptor. ad deciſio. Bald. in d. l. approbatam à præfatis reſp. poteſt quod non ſit vera per prædicta.

Ex prædictis habes primam ampliationem ad hanc l. vt procedat etiam quòd venditor non præſtiterit cautionem de euic. eminente.

35 Secundò ampliatur † vt nõ ſolum teneatur emptor ad vſuras pretij non ſoluti habita conſideratione ad perceptionem fructuum: ſed etiam habito reſpectu ad illos fructus quos percipere potuiſſet, vt pulchre per Soc. in d. l. de diuiſione in gl. fi. dicentem male propterea cõluluiſſe quoſdam Mod. aſſerẽtes emptorem domus qui fuerat in mora irregulari non teneri ad penſionem ſi non habitauit nec alteri locauit, quia ſecundum Soc. ſi alteri locare potuit vel habitare tenetur ex quo potuit fructus percipere. d. §. ex vendito, idem voluit ipſe Soc. ſuo conſ. 174. col. 4. lib. 2. & forte ille de quo Soc. meminit fuit Corn. in præall. conſi. 59. col. vlt. vbi videtur id dixiſſe.

36 Tertiò ampliantur prædicta † vt diſpoſitio iſtius. l. loquentis de contractu empt. & vendi. locum habeat etiam in contractibus innominatis ſimilibus bonæ fidei contractibus, vt per Pau. de Caſt. & Aquenſ. in d. l. de diuiſione col. fi. & per Corn. in conſil. 45. col. 2. lib. 2. vbi dicit ꝙ locum habet in omnibus contractibus correſpectiuis, ex quibus hincinde reſultat commoditas, ex contractu veniunt vſuræ debitæ in foro ſori & in foro Poli. ſequitur etiam Pariſ. in d. c. cum venerabilis col. 8.

37 Quartò extenditur hæc lex † ad venditorem vt quemadmodum emptor poſt traditionem rei ad vſuras pretij retenti tenetur, ita venditor qui pretium recipit in mora re ipſa conſtituitur & ad vſuras pretij tenetur, Bar. in l. vinum col. 2. ff. ſi cer. pet. Mod. Taur. ibi in 10. col. dicunt. l. hanc loqui in emptore moroſo qui ex re empta fructus percepit, ſed venditor qui pecuniam recepit ex ea nullum immediate fructum conſecutus fuit vt in rubr. ꝟ. de vſur. Bald. ſcribit, æquiparatio igitur non eſt bona, ſequuntur tamen ampliat. Bar. per regulam correlatiuorum de qua. ꝟ. de indic. vidui. tol. ita etiam tenere dicunt Paul. de Caſt. in d. l. de diuiſione col. 4. qui tamen non loquitur de vſuris ſed de fructibus: ideò videtur dicendum, aut emptor qui pretium ſoluit agit ad vſuras pretij contra venditorem, qui non tradidit rem, & videtur malè agere, quum vſuræ vt diximus, ſint hodie prohibitæ ita Saly. in l. Luc.

38 Tit. quicquid ibi dicat glo. ff. de actio. empt. † aut agit ad vſuras quas ipſe alij perſoluit & dicen. ꝙ ſic, caſus eſt ſing. in d. l. Luc. Tic. ꝑ Paul. Ca. & Bal. hic ſequitur ſumma Ange. in verb. vſura. el. 1. §. 21. Sed nunquid emptor poſsit pe-

39 tere rem cum fructibus † ſi forſitan ſua interſit potius id facere, vt quia non ſoluit alij vſuras? Bar. in d. l. Luc. per illum text. tenet ꝙ non, tamen ille text. parum facit. ſolum enim de pœna & vſuris loquitur. ſin autem emptor rem cum fructibus petere vellet nihil dicit, ſed videtur tex. qui hoc dicit in l. fructus vbi late per Saly. ꝟ. eo. ita ꝙ videtur eſſe in facultate & electione emptoris petere pretium cũ vſuris quas ipſe alij perſoluit: vel rem cum fructibus à vẽditore ꝑceptis, de quibus fructibus & expenſis deducen-

40 dis plenè ibi tradunt Saly. & alij. Quod ſi venditor † rem non tradidiſſet, quia totum pretium non erat ſolutum, emptore poſteà reliquum ꝓtij offerente, cõſequi poterit fructus quos venditor percepit pro rata pretij ſoluti tex. eſt ſingul. in l. fi. ad fi. ff. de fun. dota. Aret. in conſ. 160. in 5. dubio, & Alex. in conſ. 73. col. 1. lib. 2. & de illo ſin. tex. plura notanter ſcri. Soc. in conſil. 170. col. pen. & fi. lib. 2.

41 Quintò ampliare & extendite l. hanc † etiam ad maritum qui onera matrimonij ſuſtinuit, ſicq; ex ſui parte cõtractum adimpleuit conſtituendo hoc modo vxorem in mora irregulari, quum non tradiderit fundum dotalem, vt tenebatur. nam maritus poteſt fructus petere, tãquam intereſſe ob moram. vt poſt Barto. in d. l. de diuiſione. tradunt ibi Soc. in 4. not. & Aq. in vlti. col. & Corn. in conſil. 59. libr. 3. imò hoc procedit etiam ſi mulier vel pater neceſſariò dotem promittens non fuerit in culpa dandi dotem puta quia erat remiſſa declarando, arbitrio alterius

42 aut remiſſa æſtimatio rei in dotem datæ pro parte dotis in quantitate promiſſæ, & ille declarare diſtulit, nihilominus ſi vir ſuſtinuit interim onera matrimonij, debentur ſibi fructus, ſiue intereſſe dotis poſtmodum declaratæ, pro tempore quo illa non habuit pro reſiduo dictę dotis ab æſtimatione dicti fundi. ꝟ. quia licet promiſſor habuerit iuſtam cauſam non tradendi dictum reſiduum, quia ignorabat q̃tum eſſet pendente tpe æſtimationis fiendæ, tamen ex quo per virum pro ſua parte implemẽtum fuit debentur, ſiue fructus ſiue vſuræ dicti reſidui vt per Hercu. Peru. in d. l. de diuiſ. col. 7. & fi. Et ſi dos ſoluenda in q̃-

43 titate conſiſtebat, † maritus qui onera matrimonij ſuſtinuit poteſt intereſſe petere, quatenus in neceſsitates & vſum vxoris expendit Paul. de Caſtr. in l. in inſulam in §. vſuras. ff. ſolut. matr. & per Dec. in conſ. 119. col. 4. ꝙ ſi ſit perſona ſolita negotiari & lucrari petere poterit intereſſe

44 etiam quod † excedat expenſas & onera matrimonij vt per Bald. nouel. in tract. de dote car. 31. in 3. priuilegio ac ſpeciali, & Fely. in d. c. cum vener. col. 2. & 3.

Sextò extende. l. hanc vt procedat etiam in ceſsionario Matthæ. de Afſl. in deciſ. regni. 91. ad fi. ſequitur ſimpliciter Pariſ. in d. c. cum vener. col. 8.

Septimò & ulti. amplia etiá in promiſsione de uendendo ut pulchrè per Soc. in conſ. 170. col. pe. & fi. lib. 2. ſequi-

45 tur ſimpliciter Paris. loco preal. Et ult. no. etiam † ꝙ licet quæſtio uſuraria remittenda ſit ad iudicem eccleſiaſticũ, ut per Bart. & alios in l. Titia. ff. ſolu. matr. in propoſito tñ noſtro, quia uſuræ ut dixi petuntur ut intereſſe damni emergentis, & loco fructuum, ideò ad illas poteſt agi coram laico ut per Lappum in 5. allega. & patet ex not. per

46 ſcri. d. l. Titia. Limita nunc primò ſeu declara † & hunc tex. & prędicta ut procedant q̃tum ad fructus & acceſsiones rõne æquitatis in l. ſcriptæ: ſecus quo ad periculum interitus rei ſeu ualorẽ & æſtimationem ipſius rei: in quibus irregularis hæc mora ex implemento rei cauſata non operatur, ut per Alex. & Aquẽ. in d. l. de diuiſione col. ult. & per Are. ſubtiliter in conſ. 150. uiſis diligenter col. 6. Ex

47 quo inferebatur † ad deciſionem quæſtionis ortæ Papiæ iam multis annis tpe quo potentiſsimus Rex Frãcorum Lud. contra Dominos Venetos bellum mouit ꝑꝑ penuriam tritici & grani ementibus mercatoribus magnas q̃titates granorum & pretium ſoluentibus poſt tranſitum exercitus ultra flumen Abduæ frumẽtum illicò decreuit: quæſtio magna fuit quem nam periculum diminutionis reſpiceret, deciditur ex prædictis ſpectare ad emptores, quum implementum ſolutionis pretij in mora regulari non conſtituat, nec teneri faciat de intereſſe quanti plurimi, ꝙ tantũ ratione moræ uenit: & ita fuiſſe tunc Papię obtentum teſtantur Mod. Pap. in l. uinum. ff. ſi cert. pet.

48 Secundò limita † ut emptor non teneatur niſi ad intereſſe fructuum quos uẽditor percipere potuiſſet ſi rem non tradidiſſet, licet emptor plures percepiſſet quum petatur tanquam intereſſe, non tanquam fructus ſimpliciter per doctrinam Bar. in l. ratio in §. 1. ff. de act. emp. Soc. in d. l. de diuiſione in 4. not. ubi Aquenſ. in ult. col. in uerſ. ex quo infero, facit quod ſcribit Saly. ad finem legis penultimæ. ꝟ. eod titu.

49 Tertio limita & intellige hanc l. procedere † quando emptor ipſe ut litera cantat fructus percipit, ut teneatur tunc ad uſuras pretij retenti: ſecus ſi uenditor illos percepiſſet ſecundum antiquos relatos per gl. primam, ſed glo. quam ſequuntur cõter ſcrib. hoc reprobat dicens, ꝙ ſi emptor ad fructus agat uenditor aget ad uſuras pretij: aliàs ſecus, cum ei ſua obſtet culpa, quum rẽ non tradiderit, dicet. n. emptor: ut culpent alij te me laudare neceſſe

eſt

50 est † l. cũ in fundo. §. q; si acciderit cum gl. ff. de iure dot. notat Alex. conf. 70. col. 1. libr. 2. etiam si venditor offerat fructus quos percepit secundum Paul. de Castr. hic quia emptor non tenetur illos recipere ne teneatur ad vsuras. cautus igitur sit vẽditor vt statim rem offerat & pretium petat, si videt emptorem nõ esse paratum ad solutionem pretij, & constituet eum in vera mora ad vsurasque pretij faciet teneri, & si postmodum ipse venditor fructus percepit & velit petere pretium cum vsuris, offerre debet rẽ & fructus prædictos, quod si non obtulisset prędicta nec emptorem in vera mora constituisset, fructus posteà offerendo non posset vsuras petere, sequitur Soc. in consi. 119. in primis col. lib. 1. quæ omnia not.

51 Quartò limita † quãdo venditor post traditionem rei venditæ emptori factam reperiretur adhuc rem posteà possidere, quia non posset agere ad vsuras dicti pretij non soluti vt per Soc. in præall. consi. 109. quod videtur verisimum, cum esset tunc æquitas recompensatiua perceptorum fructuum hic considerata & est quædam not. declaratio potius, quam limitatio ad hanc legem, & faciunt dicta in præcedenti limitatione.

Quintò limita quando venditor dedisset dilationem emptori ad soluendum pretium: nam tunc pendente ter-
52 mino † ad vsuras pretij non teneretur emptor cessante omni mora regulari & irregulari propter dilationem datam, imputandumq; est venditori qui dilationem cõcessit, vt per Cor. consi. 59 lib. 3. Soc. pulchrè consi. 130. vol. 4. & Dec. consi. 119. col. 3. vsque ad fi. consi. & in d. cap. cum vend. col. 6. quod si secus fiat vsura est, & contra conscien-
53 tiam & ita aliàs consului. Hinc est † q; interesse lucri cessantis aliàs permissum, non currit nisi post moram debitoris. l. socium qui in eo cum glo. ff. pro socio Cor. consi. 145. lib. 2. & plenius consuluit Ruin. in consi. 55. lib. 2. tradit etiam Fely. in c. pen. & glo. col. 1. de offic. deleg.

54 Sed restat not. dubitatio † si emptor pendente tempore dilationis datæ promiserit soluere pro interesse venditoris tot aureos singulis annis: an licitus sit cõtractus & salua conscientia promissum accipi possit. Soci. in consil. 130. col. 2. & 3. libr. 4. & Deci. consil. 119. col. 2. vsque ad fi. consi. consuluerunt, q; non, etiam in solito negociari & lucrari: quia licet talis possit petere interesse lucri cessantis, taxatio tamen talis interesse à principio illicita est.

Et generaliter vbi lex vsuras tanquam interesse permittit, non licet à principio conuenire de certa quantitate pro interesse, quia non sequitur promisi decem pro interesse, ergo tm̃ interest, nec statur assertioni factæ in instrumento de tali interesse tanquàm suspecti de vsuraria prauitate, sed est aliter probandum, vt per Soc. in consil. præalleg. & Dec. in l. vnica col. 7. j. de sen. quæ pro eo q; interest, Moder. Taur. in l. rogasti. §. si tibi col. 8. & seq. ff. si cer. pet. & Dec. in consi. 39. col. 2. 111. col. 1. 116. col. fi. 119.
55 col. 3. & 322. col. fi. vbi consuluit † reijci debere libellum in quo petitur interesse ad rationem de decem pro centenario, quia certa quantitas à principio taxari nõ potest, nec si fuerit taxata peti: si tamen postmodum liquidare-
56 tur interesse ad tm̃ ascendere, secus esset † quia peti posset secundum Dec loco præalle. & in d. c. cum vene. col. 6. ad quam liquidationem faciẽdam quicquid dicat Guid. Papæ in q. 64. non sufficeret iuramentum, vt per Dec. in cõsi. 39. col. 2. & 322. vbi ponit practicam probandi dictum interesse. prædicta limitat not. Dec. in d. c. cum ven. col. 6.
57 in casu. l. nostræ † quando fructus verisimiliter ascenderent ad interesse taxatum: quia tunc promissio non censeretur illicita: hinc etiam dixit ipse Dec. in cõs. 111. col. fin. & Bal. nouel. in trac. de dote fol. 31. in 3. speciali ad fi. t. col. q; valida est conuentio de præstanda certa quantitate pro interesse, qñ à prin. certitudinariè apparet de dicto interesse Mod. tamen præall. in d. l. si tibi col. 9. insurgunt contra Dec. quasi dictum suum sit contra ea, quę in alijs locis præall. dixerat, eo maximè quia etsi cõstet tempore cõtractus interesse verisimiliter subesse: tamen apparet quantum sit, ideò respectu quantitatis posset fieri fraus, & sic de quantitate dicti interesse aliter quàm per
58 assertionem partium videtur cõstare debere, † admittendo tñ quę scribit Dec. stante proportione dictæ quantitatis interesse ad fructus rei venditæ, secundum communẽ contingentiam & cursum, vt non rescindatur taxatio iacta ad certam quantitatem dato q; contingeret fructus illo anno minores esse quàm sit valor taxationis factæ,
59 † quemadmodum ècontrariò si maiores essent plus non deberetur arg. text. in l. de fideic. š. de transac. & in l. si pater puellæ. š. de inoffic. testa. cum not. vtrobique per tal. & ista satis fuit mens & intentio Deci. dum, referendo eius consi. 119. limit. eo modo, quando à communiter contingentibus ex eo fundo perciperentur fructus æquiualẽtes ad interesse taxatum, nec inspiciatur posteà futurus euen-
60 tus, † & consequenter non esset liquidandum interesse sm̃ fructus perceptos: sed probandum, q; à cõiter accidentibus fructus dicti fundi ascẽdunt ad interesse taxatum.

61 Lim. èt prædicta procedere † in foro contentioso, secus aũt in foro conscientiæ: quia potest quis licitè capere taxatũ interesse si in veritate tale interesse subsit, licet non probetur in quo foro magis attenditur veritas q̃ fictio & præsumptio, Fel. in c. 1. col. 9. in 6. lim. de consti. teneturq; in eo foro debitor, ex cuius solutione non facta, damnificatur creditor ad interesse passum, licet in foro exteriori cesset actio secundum Scotum lib. 3. senten. dist. 15. art. 2. versi. de vlt. & Mod. Taur. loco. š. alle. Cautela tamẽ est ad hoc vt quis releuetur ab onere probandi interesse prædictum, vel cõem æstimationem fructuum proportionabi-
62 lem ad interesse taxatum, † q; venditor locet emptori rẽ venditam tali fictu seu pẽsione singulis annis psoluenda donec solueret p̃tium. hoc. n. licitum est. l. sicut emptio. §. fi. cum. seq. vbi Pau. de Cast. rõnem assignat. ff. loca. cõsuluit Ale. lib. 5. in consi. 181. sequitur summa Ang. in verbo empt. vers. 5. & Dec. consi. 119. col. 2. & fin. Et idem est
63 † qñ data fuit dilatio ad soluen. & dñium non fuit translatum, & donec solueretur pretium, singulis annis certum quid promissum fuit Soc. consi. 176. col. fi. lib. 2. & 103. col. fi. li. 4. Quod videtur intelligendum qñ promissio simpliciter facta fuit. nã pro fictu & mercede rei loca. ę intelligitur facta, secus si quãtitas promissa fuisset pro interesse venditoris, vt per Dec. in d. consil. 119. col. fin. hinc est q;
64 Alex. in d. l. in insulam in §. vsuras circa fi. concludit † q; si promisisti dotẽ & certum quid singulis annis quousq; dotem solueres te p̃staturum constituisti, aut pro alimentis soluere promisisti, & valet & subsistit promissio: aut pro vsuris & est illicita nulliusq; momenti, quum prohibitæ sint vsuræ. aut simpliciter p̃misisti certum quid singulis annis & hoc casu vt actus potius valeat q̃ pereat intelligitur facta pro alimentis vt ibi per eum. Hercul. tamen Perusi. ibi in 3. col. dicit q; Alex. vim facit in verbis contra. l. fi. j. communia de leg. cum vulg. nam etiam verbum vsuris ratione subiectæ materiæ intelligendum erit pro alimentis siue interesse dotis arg. l. si vno. ff. loca. & C. eo. tit. l. 1. & erit licita promissio, ita vt dicen. in casu prædicto vt verbum interesse improprietur pp subiectam materiam, & pro pensione, mercedeq; locationis capiatur. Ex prædictis habetis restrictionem ad banc. l. vt quãuis vsuræ pretij non soluti peti possint tanquàm interes-
65 se licitum, † tñ non sit de certa quantitate pro interesse venditionis soluenda singulis annis donec pretium soluerit conuenire. licet Soci. consi. 176. col. fi. & 103. col. vlti. š. alleg. dubitauerit, sed quemadmodum ex. š. dictis apparet non permittitur taxatio interesse à prin. nisi cõstaret à cõiter accidẽtibus fructus, qui ex dicto fundo solent percipi ad q̃titatem taxati interesse ascẽdere vel in foro poli. seu cõsciẽtiæ q; tanti rei varietate intererat. Postremo circa materiã interesse lucri cessantis qũo quando debeatur
66 & licitè capiatur † videte gl. & doc. in §. fi. l. 3. ff. de eo qđ cer. loco. l. 3. Sal. in l. vnica. col. 1. de senten. quæ pro eo Fel. in d. c. cum vene. col. 2. Matt. de Afflic. in decis. reg. 20. Io.

Lupum in rep.c.per nostras fol.91.col.4. de dona.inter virum & vxo.summam Ange. in verbo vsura el 1.ver.16. Caiet.in sua sumniula in verbo vsura exterior in 5 casu & Dec.consi.322.col.fi.in quo quidem interesse dicunt pręfati scri.non haberi considerationem quātum alij lucrantur aut lucrati fuissent si petens interesse tantum nō fuisset lucrantis: sed habendam considerationem & faciendam esse coniecturā ex eo q̄ petens interesse solitus est fa-
67 cere ex ea aliaq; pecunia sua lucrari † nec requiritur lucrum fuisse in potentia propinqua quicquid in locis pręalleg. Dec.& sequaces dixerint,sed sufficit probare q̄ petens interesse fuerit mercator talis conditionis & exercitij: & q̄ similes mercatores prout est ipse petens lucrari cōiter consueuerunt decem puta singulis annis pro centenario deducta omni impensa.satis est.n.q̄ probatio cōcludat à cōmuniter accidentibus.l.neq; natales ibi Bald. not.š.de proba.plenius Dec.in l.non hoc col.pen.j.vnde
68 legi.† maximè quia in probatione interesse sufficiunt cōiecturales iustificationes Bal.in l.vnica col.13.vers.6. qualiter Ias.in §.fin.d.l.3.& ita voluit Paul.de Cast.in l.1.col. pe.C.de sum.tri.& consi.303.in causa in antiquis,Are.in l. continuus in §.cum ita.col.2.ff.de verb.obl. Ale.in consi. 141.col.1.vol.5. & Bal.nouel.in trac.de dote fol.31.in 4. speciali col.2.& ita vidi sæpe practicari & iudicari etiam per excell.Senatum Illustr. Ducis & Principis mei secun-
69 dum quam practicam & opin.† interesse peti semper poterit vniformiter,puta ad rationem decem per cētenario singulis annis.Sed secundum practicam & doctrinā aliorum præal.interesse non posset peti.nec deberetur vniformiter, sed iuxta contingentiam factorum, possetque esse maius quàm commune, sed esset valde difficilis probationis.l.fi.ff.de præto.sti. ideo præcedens practica melior est & securior. Sed q̄d de interesse alterius interesse,multi credunt q̄ non debeat nec possit,sed veritas est ad oppo. & ita sæpe consului obtinui & vidi iudicatum.dicam aliquando Deo fauente in d.l.vnica.j.de sen.quę pro eo &c.

70 Tertiò no.ex isto tex.ibi restituere † q̄ verbo restituo ad solutionem & dationem adaptatur concordat tex.in l.si quis maior cum glo.in verbo restituta.š.de transa.vbi dixi & ex ibi dictis patet q̄ in terminis istius.l.procederet libellus in quo venditor ageret ad restitutionem pretij non soluti & ad vsuras ipsius pretij. licet propriè debuisset agere ad sol.siue dationem

Quartò not.ex fin.l.q̄ potest simul concurrere duplex
71 mora, † irregularis vna ratione fructuum perceptorum, altera ratione minoris ætatis s̄m Bal.de qua materia latè per scrib.in l.vinum præallega.,Soc.in d.l.de diuisione in duabus vlti.col.in consi.133.lib.1.& in alijs consi.š.alleg.

Glo.1.diuiditur in quatuor partes in 1.declarat tex.in 2.refert opi. quorūdam quam reprobat in 3.ponit suam in 4.pro comprobatione suæ quædam citat.2.ibi secus.3. ibi sed sic.4.ibi & pro hoc exponēdaque sunt verba in 2. parte posita ibi eos emptor consequitur quia his stantibus idem diceret Otto,& alij per glos.reprobati glo.vt š. in sum. dictum fuit bene loquitur.

Glo.2.est valde not.secundum docto.vult enim q̄ istæ vsuræ damni recompēsatiuæ ex quo petuntur vt interesse & loco fructus licitæ sint petiq; possint etiam de iur.can.
72 † oppo.tamen voluit hic Iac. Butr.fortius dicens q̄ ratione moræ non possunt vsuræ peti, quia vtiq; si fuisset solutum pretium venditor non percepisset fructus: sed bene peti potest interesse si sub vsuris pecunias cæpisset aut in pœnam incidisset vel simile interesse passus esset, sequitur Io.de Ana.in d.c.conquestus col.2.reputans subtile.

Sed non est reced.à præcedenti concl.& opi.cōiter approbata vt dixi.š.in 2.ampl.2.no.quicquid dixerit Ia.Butr. & etiam per Soc.in consi.88.col.3.lib.4. iureq; ratione & omni æquitate subnixa est.veniunt.n.prædictæ vsuræ recompensatiuæ ex quadam æquitate,ne emptor cum aliena iactura locupletetur,vt diximus satis supra. Laus Deo.

ILLVSTRISSIMIS
AC REVER. D. D. PHILIBERTO
Et Petro Francisco Ferrerijs Fratribus,

Petro Gazino, & Ioan. Baptistæ ex prouannis, Eporediæ, Vercellarum, Augustæ prætoriæ, & Niciæ, Episcopis digniss. Hiero. Cagno. Iurisc. Vercel. S.D.

QVVM superioribus diebus Illustriss. & Reuerendiss. Antistites, legem vnicam, cui titulus est in Codice. quando non petentium partes petentibus accrescunt, subtilemque & sinuosam iuris accrescendi materiam in hoc celeberrimo Gymnasio Patauino, ordinaria lectione frequenti semper nobilium doctissimorumq; auditorum præsentia honestatus interpretarer. Qui me dictante pauca quædam susceperunt, sedulo, & instanter postmodum a me petentes imò exigentes, vt vel reliqua sibi communicarem, aut typis excudenda, inuulgandaq; darem, exactionis instantiam vltra euitare nequiens, vt æquum parque fuit, morem eis gerere decreui, sed libellus ipse obtrectatorum latratus timens, absque patrocinio & defensore in publicum exire noluit. Quapropter Religiosissimi ornatissimique præsules, vobis, qui estis sal terræ, & mundi lumen. & qui mei semper protectores fuistis, Repetitionem ipsam dedico, vt tutior, honestiorque exeat. Libellus quidem paruus est, multis tamen magnisque sudoribus mihi constat, multa, & remota lectio multa illum formauit opera, vt sperem nec infructuosum, nec inanem, nec inopem, neque incomptum eum futurum, & scombris iuxta Catullianum illud tunicas non daturum. Qua igitur me solebatis humanitate, ipsum suscipite & defendite quæso. Valete & ad Nestoris annos felices viuite amplissimi integerrimique viri, quos vt æque tum mihi omnes, tum inter vos charos hac breui epistola coniungere visum fuit.

Ex vrbe Anthenorea quinto Callendas Ianuarias anni Virginei partus. MDXLV.

IN SVBTI-

IN SVBTILEM AC PERDIFFICILEM titulum. C. quando non peten. par. peten. accrescant reuisa Repetitio. nouo pulcherrimòque cum intellectu ad legem ipsius tituli per auctorem dato.

EX RVBRICA.

SVMMARIVM.

Natura & vis aduerbij, quando, & quandoque, quæ & qualis sit. 1.

Verbis istius rubricæ supplendum est, videamus. 2.

Quare Imperator potius, quando non agnoscentium partes; quàm quando non petentium dixerit. 3.

Decretalis bon. poss. & si hodie haud necessaria sit, sublata tamen non est. 4.

Authoris noua ratio, cur compilatores sic nostram rubricam inscripserint. 5.

Ratio à dicto differre debet, ibidem.

Noua iuris accrescendi descriptio in bonorum possessione & hæreditate. 6.

Iuris accrescendi noua pariter diffinitio in bonorum possessione, & hæreditate. 7.

Quæ fuerit ratio, quæúe causa inductiua iuris accresc. 8.

L. si duobus ff de mili. test. & § non autem insti. de hære. insti. quamuis non propriè, largo tamen modo loquuntur de iure accresc. in causa testati. 9.

In causa testati voluntas testatoris parum curatur circa ius accrescendi. 10.

Ius accrescendi an sit à lege inductum contra voluntatem testatoris, & an testator illud prohibere possit, & de intellectu l. si solus. ff de acqui. hær. 11.

Quando ius accrescendi in milite locum non habeat, ibidem § si ex fundo. l. prima ff. de hære. insti. procedit etiam in milite. 12.

Casus, in quibus paganus pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere potest remissiuè. 13.

Ius accrescendi non accrescit inuito in casu. l. cum hæreditate, & in casu. l. si minor ff. de acquiren. hæred & quæ sit ratio. 14.

Non est inconueniens in dispositione. l. plures esse determinandi rationes, & dicenti unam incumbit onus probandi, ibid.

Accrescendi ius gradum non mutat, & est eiusdem naturæ & conditionis, cuius est portio, cui accrescit, ibidem.

Iuri accrescen locus est in successi. ab intesta. & quæ sit ratio. 15.

Qui testamentum non condidit, ab intest. venientes tacitè vocasse cens. 16.

Lex defuncti voluntatem sequitur quemadmodum venator leporem, quia pro lege habetur illius dispositio. 17.

Ratio iuris accrescendi introductiua assignata in causa testati posset teneri in causa intestati. 18.

Ius accrescendi ex l. 12. tabul. introductum fuit. 19.

Ius accresc est ius, & effectus coniunctionis, & habet instar substi. 20

Ius accresc. principaliter ex l. dispositione secundario tamen ex tacita, & coniecturata defuncti voluntate venire dicitur. 21.

Subtilis sanè ac ingeniosa §. Iulia. l. si Titio. de leg. 2. interpretatio super iure accresc. an & quomodo æquiparetur alluuioni. 22.

Quæ dicta sunt in pagano, quòd ius accrescendi principaliter ex legis dispositione veniat, habent locum etiam in milite, nisi de illius contraria appareat voluntate. 23.

Intellectus ad l si duobus. ff. de mili. testa. 24.

De iure accrescendi, & non decrescendi, & an accrescere propriè sit non decrescere. 25.

In indiuiduis frustra de iure accrescendi, & non decrescendi tractatur. 26.

Ius accrescendi proprium & improprium datur in successione, & quid sit improprium ius accrescendi. 27.

Repudiante vel excluso vniuersaliter instituto, in re certa institutus ex particulari vniuersalis efficitur hæres; eamque consequitur hæreditatem. 28.

Verus sensus ad §. non autem, & §. si ex fundo. 29.

Institutus, exceptis certis bonis, etiam bona illa habiturus est, & pro non apposita talem exceptionem habet. 30.

Ius accrescendi improprium etiam in l. si minor, & in l. cum hæreditate. ff de acqui. hæred. 31.

Ius accrescendi reuocabile, & irreuocabile an detur. 32.

Ius accrescendi in hæreditate per defunctum prohiberi non potest. 33.

In legatis, & fideicommissis particularibus ius accrescendi per testatorem prohiberi potest. 34.

Milites in testamento accrescendi ius prohibere possunt. 35.

Vitiata particulari institutione, iuris accrescendi, probatio facta per testatorem fauore venientium ab intestato valet. 36.

Quando testator tres instituit hæredes, alteri eorum ius accrescendi prohibere potest, & totum vni, quasi tacitè substituto, accrescit. 37.

Portio deficiens additur per ius accrescendi, & accrescit portioni ad similitudinem alluuionis, quæ rei, & non personæ adiicit. 38.

Ius accrescendi transmittitur, quia rei, & portioni adhæret substitutionis ius autem non transmittitur, quia personæ cohæret. 39.

Portio assumit naturam portionis cui accrescit, ibidem.

Ius accrescendi de consequutiuis ad relictam portionem est, & an ius accrescendi transeat ad emptorem partis hæreditatis, ibidem.

Imperator, & iurisconsul. sæpius, & frequentius ius personæ potius quàm rei accrescere dixerunt. 40.

Vsusfructus personæ adhæret, & ibi de intellectu. l. vsufru. de stipula. seruo. 41.

Ius accrescendi non ad instar alluuionis latenter & paulatim accrescit sed vno ictu. 42.

Elegantem concordiam inter eos qui, portioni, & alios, qui personā accrescere asserebant auctor ingeniosè tradit. 43.

Ius accrescendi in hæreditate ipso iure causatur etiam in inuitum, & cum onere portionis deficientis, sicq; magna est ex testamento, & ab intest. iuris accrescendi potentia 44.

In iure accrescendi neque noua agnitio, neque noua petitio requiritur & vbi noua acquisitione opus est, ius accrescendi propriè non dicitur. 45.

Ius consolidationis potentius est quàm ius accrescendi.

Potentius, & fortius est ius transmissionis successionis, quàm sit ius accrescendi de quauis specie transmissionum loquamur, & an beneficium. l si infra. de repu. hær. impediatur per ius accrescendi. 47.

Suitas an tollatur per dationem substi. vulgaris, & an per dationem cohæredis extranei. 48. & seq.

Ius accrescendi fortius & potentius est, quàm sit ius successorij ed ct. 50.

In re certa quis institutus cohærede dato vniuersali postmodum excluso, si illam rem agnouit ius accrescendi in tota hæreditate transmittit. 51.

Ius substitutionis cum iure accrescendi vnitum transmittitur, & facit cessare ius accrescendi. 52.

Ius accrescendi in diuersis patrimonijs locum non habet. 53.

Ius accrescendi habet locum in substitutionibus. 54.

Quæ, & quot requirantur ad hoc, vt in hæreditate, & bon. pos. locum sibi vendicet ius accrescendi. 55.

Ius accresc. non habet locum in dispositionibus limitatis. 56.
Ius accresc. non habet locum in relicto alimentorum. 57.
§. qui habebat. l. Lucius. ff. ad Treb. loquitur, & procedit in l gatis, & fideicommissis etiam vniuersalibus. 58.

Sequitur Rubrica.

HIc tit. vtilem & pulchram, sed nodosam continet materiam, idcirco multi Senecæ cōsilium sequentes tanquam per spinosum locum ambulantes suspensos pedes tenuerunt. Ego autem dilectissimi auditores quicquid laboris ac doctrinæ poterit impendi, vtilitati vestræ potius studens quàm meæ saluti consulens, huc con feram, omniaque plana Deo fauente reddere conabor: vestigia Ias. tempus conterentis in errorum Glossatoris reprobatione qui satis patent, & enucleatione quorundam articulorum hic parum pertinentium minimè sequar.

1 † Ex verbis text. huiusce Rub. colligunt primò neoterici quidam ibi quando &c. quòd aduerbium quando denotat regulam esse in oppositum, vt probatur secundum eos. C. quando mul. offi. tut. funga. ꝙ partes non petentium regulariter non accrescunt petentibus, sed aliquando hoc contingere. Quæ consideratio confunditur per hanc legem nostram, & legem tertiam in §. fi. cum. ll. seq. ff. de bon. poss. & l. qui ex duabus in fi. ff. de acqui. hær. & l. 1. §. in his. C. de cad. tol. in quibus manifeste de contrario apparet, ꝙ regulariter partes deficientes accrescūt his qui suas agnouerunt etiam inuitis. & quicquid sit de dictione quandoque aduerbium istud quando non est eius naturæ, vt probet regulam in contrarium esse. patet ex rubro, & nigro quando appellandum sit. Item quādo dies legati cedat cum similibus, capitur, ꝙ temporaliter conditionaliter, & casualiter, secundum subiectam materiam, vt per Bart. & scriben. in l. 1. ff. de condi. & demon. Alber. de Ros. in dictionario super verbo quando hicque in rubr. nostra & illa quando mul. off. tutel. funga. casualiter stat. & in nigro declaratur.

2 † Supplendumq; est ad verba præsentis rubricæ videamus, s. vt ostenditur post And. Sicul. supplendum esse in rubrica prēdentis tituli.

3 † Rursus circa verba rubr. quærunt scrib. quare Imperator non dixerit potius, quando non agnoscentium partes, quàm quando non petentium, id enim hodie magis conuenire videbatur, exquo qualiscunque testatio amplectendæ hæreditatis, & simplex agnitio bon. pos. sufficit. l. fi. ī. tit. 1. §. fin. insti. de bon. pos. & §. 1. l. 3. de cura furiosi Deci. hic in prin. respondet Imperatorem rectè fecisse, quia & si in or dine compositionis, ac compilationis librorum lex illa si hanc præcedat ista tamen antiquior fuit, verumq; est, & si ipse bene probare nesciat, nam Gordianus Imperator nostræ legis auctor 23. Romanorum Imperator præcessit Constantinum conditorem. dict. l. fin. 54. Roman. Imperatorem decem Imperatoribus medijs, vt Eusebius Cæsariensis, & Paulus Orosius historici scribunt, bene igitur dicitur. l. hanc præcessisse prædictam. l. fina. sed solutio data ad difficultatem motam bona non est, quamuis enim hæc illam præcesserit, non tamen præcessit rubrica, quæ per compilatores facta fuit post illam. l. fi. prætere a, vt statim dicam, ita sine reprehensione dici potuisset quando non agnoscentium, sicuti dictum fuit quando non petentium.

Deci. & Curt. aliter soluendo dicunt inter simplicem petitionem, & simplicem agnitionem non esse differentiam, probant per legem nostram quæ eisdem vocabulis promiscuè vtitur, sed decipiuntur, verbum enim non petentium iungitur his qui omiserunt partes suas agnoscere, participium verò agnoscentiū his qui acceptauerunt, & ꝙ sit differentia inter prædicta statim docebimus: con clusiue ergo loquendo, distinguendum esse dicimus, sermonem affirmatiuum à negatiuo, agnoscere enim & petere, vt vocabulorum indicat diuersitas differunt, cum agnoscere sit cognoscere, & acceptare, vt in rubrica, & l. 1. ff. de liberis agnoscendis, & in l. 2. ff. de acquir. hæredit. petere verò est aliquid ab alio requirere, vt de petitione hæreditatis toto titulo apparet, & in l. 4. in §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. propterea de iure antiquo secundum quod necessaria erat petitio bonorum poss. & concessio ex decreto, inepta fuit agnitio, & pauci valoris, iudex enim non deberet nec fuisset obligatus bonorum possessionem decretalem dare, non præcedente petitione, cum iudex non impartiatur alicui officium suum nisi requisitus d. § hoc autem iudicium: hodie vero in materia ista inter agnoscere bonorum possessionem, & petere, & si prima fronte differentia non videbatur cum simplex agnitio, & desiderium amplectendæ hereditatis quo quomodo demonstratum sufficiat d. l. fin. & §. fina. præalleg. ideò petens bonorum possessionem satis videretur agnoscere. & pariter agnoscen. in effectu petere

4 † tamen subtilius considerando aliud dico. quamuis enim decretalis non sit hodie necessaria, non tamen est sublata, vt pulchrè per Corne. d. l. fin. colum. 3. vbi Alex. ideò agnitio respicit iudicialem, & petitio decretalem, cum verba id sonent, & importent. hic dicunt Alex. Deci. & alij in d. l. fin. in vltimis notabilibus, quòd narrans se adire hæreditatem propter vocabuli propriam significationem non censetur bonorum possess. agnoscere, quamuis ergo petens bonor. poss. hodie satis illam agnoscere censeatur & sufficiat. d. l. fin. cum supra. alleg. ex quo tamē illam petit censetur exposcere, secus quādo simpliciter agnoscit, est ergo inter prędicta etiam hodie differentia. negatiue autem loquendo

5 † inter prædicta nulla videtur esse differentia, quia non petens non agnoscit, & ècontrariò nō agnoscens non petit bon. possess. & vtroque casu locum habet ius accrescendi ex quo nón petens vel agnoscens à portione sua excluditur, vt hac. l. nostra præalleg. l. 3. §. fi. ll. sequentibus, & ita habito etiam respectu ad iura antiqua rectè hic dici potuisset quando non agnoscentium, sicuti dictum fuit, quando non petentium partes, quia non agnoscendo exclusi fuissent ab eorum portionibus quæ petentibus vel agnoscentibus accreuissent, sed quia antiquitus, & secundum iura. C. petebatur bon. pos. & ex decreto dabatur. d. l. 3. in §. dari, & §. fin. cum. ll. sequen. & §. 1. l. fin. supra. de cura fur. compilatores hic propter originalem bon. poss. quæ petebatur voluerunt rubricare per ista verba quando non petentium tanquam magis conuenientia. ll. tam digestorum quam. C. excepta. l. fin. cum dependentibus, tamen quantum ad effectum in proposito nostro ita dici potuisset quando non agnosc. sicuti quando non peten. par. per prædicta. Circa contin. rubr. consideratio Deci. de speciali respectu per eum consideratio mihi non placet, quia veniens per ius accrescendi ad portiones deficientium non venit ex persona alterius, quemadmodum deducit Dec. sed ex sua, & propter portionem quam ipse habet. l. si Titio in fin. ff. de vsufru. l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. & persona exclusi in consideratione non habetur. §. fina. institu. de bonorum possessione. hinc est ꝙ prohibitus alienare partem domus sibi relictæ extra familiam, prohibetur similiter alienare partem sibi obuenientem per ius accrescendi, & pariter iussus partem suam restituere, tenetur pariformiter restituere partem quæ per ius accrescendi eidem obuenerit, vt post alios tradunt Ias. & Ruin. in l. si mihi, & tibi in princip. in 1. & 2. colum. ff. de leg. primo. Non est ergo recedendum à continuat. glos. quam omnes (vt fatentur ipsi Deci. & Curt.) sequūtur, & est bona. nec obst. argum. Decij in contrarium factum, quia licet hæc rubr. poni, situarique potuisset post sequen. tit. vt ait Deci. Rectius tamen, & congruentius hic posita fuit tanquam generalis post præcedentem similiter ad sequentes titu. generalem, quum à generalibus sit inchoandum, vt dixi plenè in rub. ff. de re-

ff.de regu.iur.& quia hæc pauci momenti frugisque sunt non est, vltra insistendum. Sed cum tractaturi simus materiam iuris accrescendi in hæreditate, & bono.pos.tam ex testamento quàm ab intestato ad declarationem & intelligentiam ipsius materiæ quædam præmittenda duxi, omissis multis quæ generaliter de iure accrescendi ponunt scrib.ff.de lega.3.l.re coniuncti, quæ de verbali, & reali ac vtraque simul coniunctione loquitur. Et in primis cum omnis bona disputatio à diffinitione proficiscatur, vt cognosci posit quid sit id de quo disceptatur secundum Cice.in primo officiorum, & iurisc.in l.1.ff.si cert. pet.ac de iust.& iur.& de dolo, quærendum est de diffinitione, Cur.hic col.1.describendo inquit, ꝙ ius accrescendi quemadmodum ex hac rub.& l.colligitur est quando pars vnius repudiata alteri accrescit, nec sine ratione describendo potiusquam definiendo processit, cum omnis diffinitio in iure ciuili periculosa sit.l.omnis diffinitio.ff. de regul.iur.propter quod iurisconf.vt plurimum magis describendo quàm definiendo processerunt secundum Rimin.in rub.præcedenti col.13. sed descriptio prædicta non euacuat essentiam rei demõstratæ nec procedit, nisi largo quodam modo, quia ius accrescendi non solum locum habet quãdo vnus repudiat.vt ait. Cur.verum etiam si tempore, aut morte excludatur à successione præallegata.l.3.in §.fin.cum duabus.ll.sequentibus.ideò &c.magis eleganter describit iurisconf.in l.qui ex duabus ad finem.ff.de acquir.hære.qui semel (dicens) ex aliqua parte hæres extiterit deficientium portiones inuitus accepit idest tacitè ei deficientium partes etiã inuito accrescunt. sic sub verborum compendio, partes non agnoscentium hæreditatem vel bo.pos. quandocunque deficiant repudiatione, tempore, aut morte, verbum deficientium comprehendit. Inuenio tamen ꝙ Ripa.d.l.re coniuncti col.2. ius accrescendi sic definire tentauit, ius esse accumulans portiones deficientium, vel non petentium portionibus petentium, declarando vt per eum quæ diffinitio non est bona, primo quia diffinit idem per idem dum ait ius accrescendi est ius &c. cum per alia id fieri debet, vt appareat diffinitum à diffinitione differre. vt patet ex diffinitionibus datis per iurisconf. & Imperatorem in varijs locis facit tex.in c.si.de institutio.ꝙ inter baptizatum, & baptizantem debet esse differẽtia, & similiter inter dictum, & rationem dicti.l.si.vbi Bart.Ial.& alij no.ff.de offi.procu.Cæsaris.secundò, quia verba in diffinitione propriè poni debent.l.1.ff.de testa.cum ibi notatis, lege ita vulneratus cum no.per Bar.ff.ad leg.Aquiliam.& participium accumulans impropriè in dicta diffinitione ponitur; significat enim ad cumulum addere. est enim ꝓpriè cumulus aceruus, tractum à mensuris, quibus nihil addi potest. hinc Festus ait cumulum esse qui additur mensuræ planæ. Nec in tota materia iuris accrescendi id verbum dictum inuenio. tertio cõtinet superfluitatem quum sub participio deficientium non petentium partes satis includerentur.d.l.qui ex duabus ad fi. & diffinitio debet esse breuis non verbosa, vt dixi in lege omnis diffinitio. de reg.iur.

6 † Ius igitur accrescendi † in hære.& in bo.pos.est quando portio successionis alicui delatæ deficit, & illo exclusis repudiatione, tempore, aut morte, res reincidit ad aliũ simul vocatum, quamuis inuitum, si partem eius agnouerit, quam accrescendo auget per legem antiquam introductum. Cui tacita & coniecturata voluntas defuncti accedit, ita colligitur ex hac l.vnica, l.3.in fin.cum sequentibus.ff.de bonorum possessione, & lege qui ex duabus ad finem supra allegat.

7 † Et si per diffini.exposcas dicam ꝙ est accessio partis deficientis portioni successionis per aliquem agnitæ vel agnoscendæ ex dispositione legis ipso iure contingens. Hæc est conuertibilis cum suo definito, ex genereque & differentijs cõstituta, constat ergo bona per iura vulgata. Accessio enim augmentum est, & nomen generis, vt de se patet, & tradunt Moderniores Altens.in tractatu de augmento, colum.5.& est vocabulum in materia nostra conueniens eoq; vtitur tex.in l.interdum in §.1.ff. de hære.instituen.& in §.h.institu.ad offici.Partis dixi, quia ius accrescendi est de parte ad partem de portione ad portionem, vt patet in hoc titulo nostro, & in l. ꝙ ex duabus in fine.ff.de acquirenda hæreditate cum alijs infra allegatis. ponuntur hæc verba.vt diffinitio generalis sit, & omnem exclusionem cohæredis includant.§.fin.cum.ll. sequenti. l.præallegatæ: hocque factum est exemplo iurisconsulti in l.qui ex duabus in fin & in l.5.§.de vulga.qui sub compendio verborum omnem exclusionem volens comprehendere dictis verbis, partis videlicet deficientis vtitur. Portioni ponitur ad exclusionem rei particularis, cum qua ius accrescendi propriè nihil commune habet, vt infra dicam.item quia præsupponit portionem, & sine ea non est, vt statim declarabimus. Successionis ponitur ad differentiam contractuum in quibus regulariter, & propriè iuri accrescendi locus nõ est, vt infra dicemus. Item indiffinite ponitur, vt comprehẽdat tam causam testati, quàm intestati, in quibus omnibus locum habet ius accrescendi. agnitæ vel agnoscendæ dictum est, quia si hæreditas vel bonorũ possessio sit agnita siue posteà cognoscatur, hæreditas vt adeatur iuri accrescendi locus est.de agnita & adita probatur hic, & in l.hæc scriptura in fi.ff. de conditio.& demonstra.& in l.si ex pluribus.ff. de suis & legi.& in l.2.§.si duo.ff.de secundum tabulas.de adeunda vel agnoscenda, seu ante quam fuerit adita vel agnita successio, quòd locum habeat ius accrescendi, si posteà adeatur vel agnoscatur est tex.in l.si ita scriptum ad fin.§. 1.ff.de secundum tabul.in l. interdum.§.1.ff.de hæredibus instituendis, & ponunt Raph.Comensis & Socin. in d.l.hæc scriptura in §.fin.tamen Lanc.Pol.in dict.l.re coniuncti sub titulo ius accrescendi an locum habeat in inuitos in tertia cõclusione vult quòd vbi pars socij euanescit antequam ego meam adeam, inde adeundo partem meam virtute iuris accrescendi non habere; sed virtute vnicæ aditionis, verum, vt dictum fuit portio illa accreuit portioni meæ.d.l.si Titio.in fin.& in l.1.cum sequen.ff.de acquiren.hæredi.ideò postmodum adeundo, vel agnoscendo vtramque simul de necessitate cõsequor. ita, quetam deficientem portionem per ius accrescendi habeo.dixi ex dispositione legis, quia introductum fuit à l.12.tabul.vt j.in tertio euiden.dictum fuit. dixi etiam ipso iure, quia portio deficiens ipso iure, & sine facto partis accrescit.vt in 3.& 10.euidentialibus.& in 2.not.l.nostræ.infra ostendam.

8 Secundo principaliter † pro intelligentia materiæ iuris accrescendi intelligendum est, quæ fuerit ratio, quæue causa inductiua iuris accrescendi, & secundum gloss.fin.l. seruus communis ab extero.ff.de acquir.hær.fuit ne quis pro parte testatus & pro parte intestatus decederet. hoc enim ius nostrum non patitur; vt ff.de reg.iur.in l.ius nostrum, & quamuis Alex.& Rimin.j.in l.1.in vlti.col.vbi Iaso.4.& latius idem Ial.in d.l.re coniuncti fol.7.cum seq. & Soc.in l.si mihi, & tibi in princi.in vlti.col.ff.de lega.1. Hanc rationem aliquibus medijs improbare conentur, nihilominus per Odofred.Bart.Roma.Deci.ferè omnes Mod.communiter est approbata, neque ab illa recedendum est. Probatur enim à contrario sensu in eo qui non est miles.in l.si duobus.ff.de testi.mil.& in §.non autem 9 insti.de hær.institu.vbi text. hanc rationem assignat, † & quamuis vt j.declarabo non loquatur propriè largo tamen modo loquitur de iure accrescendi in causa testati & in habente partem hæreditatis, vt reliquas accipiat, neque recusare possit, & assignat, illam rationem, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod ius nostrum non patitur præterquam in milite. ut etiam per Ruinum in d.l.si mihi in princ.in ulti.col.

Ad rationes & argumenta tenentium contrariam partem multifariam multisq; modis respondent doc.ut per Dec.infra.in notabili.Lanc.Pol.in repe.dict.l.re coniun-

cti col.34.vbi Io.Crot.13. & Rip.22. & Alcia libr.4.para-
dox.c.8.videte etiam. Ang.in l.qui rapudiantis.ff.de inof.
testa.reputantem notabilem,& pulchrum tex.d.l.fundus
ille.ff.de contrahen.empt.allegatum hic contra commu-
nem per Ias.& respoudentem prius, vt præallegati eo ta-
10 cito faciunt. † Maiorem difficultatem quæ in hoc articu
lu appareat accusauit text.l.si solus.ff.de acq.hære.vbi ali-
quo ex pluribus partibus hærede instituto in vna parte
substituto dato,si portionem vnam acceptauerit,aliç de-
ficientes hæredi, quamuis inuito accrescunt, & si ad cau-
sam intestati res nõ reuerteretur propter dationem sub-
stituti, qui ex voluntate testatoris deficientem portionē
in qua substitutus extitit assequeretur, ergo prædicta cõ-
munis ratio ne pro parte testatus, &c.bona non videtur,
cum generalis non sit per iura vulga Curt.Io.Cro. Rip.&
Mod.Mediol.præalle.post Pau.tamen de Cast.& Aret.in
d.l.si solus id contingere ibi dicunt,vt obseruetur testato
ris voluntas,quæ fuit vt vna parte per institutum accepta-
ta, etiam reliquum hæreditatis habeat, substitutumque
dedisse non animo diuidendi hæreditatem respectu in-
stituti sed propter dubium repudiationis ab hærede fa-
ciendæ, sibiq; medio substitutionis prouidere voluisse,&
legem sequi voluntatem defuncti, vt successionis parte ac-
ceptata, etiam inuito aliæ crescant iuxta l.primam cum
11 sequenti.ff.de acqui.hæred. † Nec obstat q in iure accre-
scendi in causa testati voluntas testatoris parum curetur,
aut à lege consideretur, quandoquidem etiam contra il-
lius voluntatem accrescendi ius à l.inducatur iu.pręalle:
nec ius accrescendi possit prohibere, vt post alios scribit
Dec.infra in nigro in 2.col.facie l.nemo potest.ff.de leg.
1.& l.ius publicum.ff.de pact. quia responderi potest de-
fendendo prædictam rationem id procedere quando su-
per iure accrescendi testator illud prohibendo, puta con
tra l.disponere vellet decedēdo pro parte testator, & pro
parte intestatus, hoc enim l.refragante facere non potest
aliàs secus per prædicta, & alia adducenda.j.in 4.limit.7.
euidentalis, quòd si testator pluribus institutis prohibue
rit quantum ad vnum ius accrescendi,valet prohibitio &
accrescit cæteris, quia talis prohibitio non faciebat pro-
hibentem pro parte testatum & pro parte intestatum,&
per eandem rationem in lega.& fideicommiss.etiam vni-
uersalibus obliquisque substitu.attenditur voluntas de-
functi ius accrescendi prohibentis vt dicam in 7.& 13.
euidentialibus, nimirum igitur si propter obseruantiam
voluntatis defuncti in casu l.si solus hæreditas tota per
accrescendi ius etiam inuito hæredi accrescit, cum par-
tem vnam iam agnouerit ad cuius quidem legis si solus
declarationem signanter dicunt Fulgo.Alex.& Riminal-
dus infra in vltimis colum.& Aretin.in l.si quis hæres in-
stitutus ad fin.princip.ff.de acquirend.hæredi.non obue-
nire ibi portionem illam ex iure accrescen. verum magis
institutionis iure ex expressa testatoris dispositione facit
tex.not.in lege toties.ff.de acquiren.hęredi.vbi secundum
Aret.est etiam text.quòd quando accrescendi ius, & sub-
stitutionis causa in eadem persona concurrunt ex iu.ac-
crescendi succedere quis nequit,sed ex substitutione suc-
cedere debet, idest per eum modum per quem testator
eum expresse vocauit, vt penitus testatoris voluntas ser-
uaretur, vt etiam per eundem Aret.in d.l.si qui hæredes,
& Deci.in lege testamento infra de impub.& alijs substi-
tu.& Ias.infra.in nigro in vlt.colum.sed aliter dicam.j.in
gloss prima circa quintum arti.vbi vide. Prædicta tamen
procedunt in militibus quorum voluntas solum intestan
do spectatur,ideò pro parte testati,& pro parte intestati
decedere possunt.l.si duobus, & §.non autem præallega-
tis,quod secundum Dec.in d.l.ius nostrum procedit tam
respectu substantiæ, & patrimonij quam temporis.l.mi-
les ita hęredem.ff.de mil.test.hocq; speciali militum prę-
rogatiua, q enim hæreditas corpus sit à l.imaginatum,
personam defuncti repræsentans,ex rigore iuris ciuilis est
Bart.in rubrica.ff.de acquiren.hæred. qui rigor in testa-
mentis militum non seruatur,sed mera iurisgen.æquitas.
l.1.ff.de testa.mili.Socin.in l.si mihi & tibi,in fine princi-
pij, & Cald.loco.infra allegando.propterea milite volen
te in hæreditate sua, iuri accrescendi non erit locus, cum
ipsius iuris accres. introductiua ratio cesset, ex quo pro
parte testatus,& pro parte intestatus ad libitum possit de
cedere. & de tali tamen voluntate constare apparereque
debet,cum in dubio iu.com.non iuris specialis præsumā
tur eligere viam.l.3.ff.de testa.mil.& l.si certarum illo co-
titu.Dec.in d.l.ius nostrum, & in d.l.3.in vltim.not.C.de
mil.testa.ideò accrescendi ius etiam in milite locum ha-
bebit, nisi militari iure ex priuilegio eidem competenti
testatus fuerit.l.si miles vnum.ff. de mil. testa.vel quando
distinctæ forent hæreditates aut patrimonia, vt quia in
paganicis vnum, in Castrensibus alterum instituisset hæ-
redem.dict.l.si duobus, aut vnus tantum in paganicis ca-
strensibusue institutus esset,nam in vno prędictorum pa
trimoniorum institutus, aut in parte alterius alterum nõ
consequitur patrimonium, siue cohæres in altero patri-
monio tantum. siue in utroque institutus fuerit, ut post
12 alios scrib. Corn.in l.1.colum.fina.infra de mili.test. † &
quicquid ibi in fine commenti dicat Deci.Corn.ibidem
loquendo communem etiam concludit quòd §.si ex fun
do.l.1.de hæred.instit. procedat pariter in milite.ut nihil
censeatur residuum auferre velle aliquem in una re absq;
dictione taxatiua instituendo, uerum sub iu.com.censu-
ra residuum ipsum relinquere,ut uult etiam Ang.Aret.in
§.hæreditas insti.de hæred.insti.extenditur prędicta limi
tatio de militibus ad piam causam ac ad testamentum
inter liberos, ut per Dec.in d.l.ius nostrum & in termi-
nis per Cald.in consil.23.incip. in testamentum.in fi.sub
13 rubr.de constitutio. † Sunt etiam alij notabiles casus ul-
tra positos per Dec.in d.l.ius nostrum in quibus paganus
pro parte testatus & pro parte intestatus decedere potest
de quibus per Alexand.in apostillis ad Barto.in l.1.C.de
summa Trini.colum.13.in apostilla incip.no.secundum
istam opinionem:in quibus casibus à cessante ratione in-
ductiua iuris accrescendi.in l.ius nostrum fundat à cessa-
ret pariter ius accrescendi ut per Mod.de Rip.in l.re con
iuncti col.2.neque in prędictis casibus defuncti uolun-
tas aliter probanda uenit ad ius accrescendi impedien-
dum, eo enim ipso quod quis decessit & pro parte testa-
tos,& pro parte intestatus iure speciali apparet illum uti,
in casibus permissis propterea accrescendi ius cessat ar-
gumen.not.in l.prima & tertia. C.de test.mil.& similiter
14 non accrescit inuito † in casu l.cum hæreditate,& in ca-
su l.si minor.ff.de acquir.hæredi.speciales tamen sunt ne
beneficium minori speciali iure cõcessum in l.si minor.
cum alterius iniuria intelligatur datum,& propter æqui-
tatem superuenientem ab hæreditate se abstinere suo in
casu ipsius l.cum hæred.secundum Bart.& Areti.in com-
ment.d.ll. & Dec.in l.testamento.ff. de impub.& alijs
substitutio. & est in dictis casibus improprium ius ac-
crescendi cum proprium tantum locum habeat,quando
portio deficiēs nunquam quæsita fuit prout quæsita erat
in casibus prędictorum.ll. Lanc.pol.in d.l.re coniuncti
sub titulo ius accrescendi an locum habeat in inuitos ubi
nouam intelligentiam ad d.l.cum hæreditate nititur da-
re,uide etiā ibi Rip.in 38.col.cum sequenti Aret.pulchrè
in d.l.cum hæreditate col.fi.etiam Cur.j.in nigro col.pe.
& in d.l.testamento col.fi. Ex per ipsam l.cum hæredita-
te, præceptor meus Parpa.aliam assignabat rationem iu-
ris accrescendi introductiuam propter creditores, uide-
licet ut scirent contra quem actiones dirigerent. & ne in
suspenso morarentur per l.illam remittentem in arbitrio
creditorem,an portionem repudiatam accrescere uel nõ
accrescere uelint. sed non est tenenda propter absurdum
resultare potēs ad impediendum ius accrescendi, facien-
dique intestatum, & testatum quempiam decedere con-
tra.l.ius nostrum specialisque est ibi casus, ut dictum est.
Nec de sunt,qui etiā dicant rationem introductionis ip-

sius

sius iu.accrescen.fuisse, quòd defunctorum intersit ex testa. successores habere. l. fi. cum not. per Bald. j. de necessa. ser. hær. inst. cum l. & quia. ff. de interro. act. & §. 1. insti. qui manumi. non licet, si enim non esset accrescendi ius repudiantis vel exclusi, portio quandoq; vacaret, ideo statuisse legem quod etiam inuitis accrescat, hinc est quod in legatis cessat. §. vbi autem l. 1. C. de cad. tollen. quæ ratio nihil valet, nam si ius accrescen. in fauorem illorum inductum diceremus ipsi renunciando fauori iuxta. l. pe. C. de pact. iu. accresc. tollere testatumque & intestatum facere quempiam contra præalleg. possent. Aliam tamen rationem iu. accresc. inductiuam in successione ex testamento assignauit tex. in d. l. 1. in §. in his itaque, quod absurdum sit eiusdem hæreditatis partem agnoscere reliquum autē respuere. nec est incōueniens in dispositione. l. plures esse determinandi rationes. §. affinitatis insti. de nup. imò præsumptio est quod plures sint, & dicenti vnicam fuisse rationem onus probandi incumbit, vt no. Salyn. in l. si serui vestri. C. de nox. & sequuntur com. scri. vt per Ias. in leg. 1. col. 3. j. de succ. edicto. attamen Cur. hic lo. cro. & Alex. in loc. præallegato. dicunt rationem illam assignari propter voluntatem testatoris seruādam, qui voluerit omnes partes hæreditatis institutum habere per l. 1. & 2. ff. de acquiren. hæredita. per leg. 3. j. de liberis præteritis, & le. 1. supra de sacrosan. eccle.

Sed cum ius accrescend. quemadmodum in superioribus vidimus etiam contra testatoris voluntatem locum habeat, cur non dicimus rationem dicti text. fuisse quòd cum ius hæreditarium vniuersale ius sit l. nihil aliud. ff. de regul. iur. eademque res diuerso iure censeri non debeat vulga. l. cum qui ædes. ff. de vsucap. accrescendique ius gradum non mutet, & sit eiusdem naturę, & conditionis cuius est portio, cui accrescit secundum Bal. vnionis & successionis ratione in eodem gradu conseruandę pro absurdo habuisse legem, quod ille qui totam hęreditatē acquirere potest, scindere eam velit acceptando partē, respuendo reliquum, eiusdem hominis statum diuidere, sicque testatum & intestatum fortassis quem facere, vt ibi, & in d. l. 1. cum sequenti de acqui. hæred. hocq; tolerari dicique potest vbi testatoris voluntas ad impediendum ius accrescendi tenderet: alia pręcedens ratio super obseruātia voluntatis defuncti fundata bona videtur. pro qua adduco text. not. in l. nam absurdum ff. de bon. lib. absurdum inquit text. videtur partim comprobare iudicium defuncti partim euertere. hoc modo adaptari potest ratio assignata in d. § in his vt per Are. in d. l. 1. Rimin. j. in nigro col. fi. & Dec. 2. Habes itaque candide lector notabiles rationes quare in successione ex testamento accrescendi ius introductum fuerat, & ad hoc, vt locus sit iuri accrescendi in causa testati requiritur testamentum fuisse iure factū tex. est in l. testamento vbi Dec. not. j. de impub. & alijs substi

15 tutioni. in successione verò ab intestato † in qua pariformiter iuri accrescendi locus est vt hic, & in l. 1. cum l. qui ex duabus in fi. ff. de acq. hære. & alijs hic in 2. col. p Alex. adductis, & per Ias. in l. re coniuncti col. 44. versi. 12. & vltimo, & Soz. contra Aret. in l. si mihi, & tibi in vlt. col. principij. ff. de lega. 1. alia est ratio ius accrescendi introductiuā videlicet defuncti tacita volūtas, Cur. hic col. 1. & Dec.

16 in 1. not. quia † ex quo testamentum non condidit ab intest. venientes vocasse censetur l. si quis cum testamētum nullum, & l. conficiuntur ff. de iure codicil. nec solum tenentes primum gradum mortis defuncti tempore vt sensit gl. per l. non tultam. j. ad treb. malè per Deci. j. in 2. col. nigri approbata, imò etiam in remotioribus gradibus existentes vt per Curt. hic col. 1. latius pulchreque per Barb. in rep. rub. qui admitti charta. pen. vt ergo seruetur voluntas defuncti etiam in causa intestati locum habet ius accre. Lex enim sequitur voluntatem defuncti quemadmodum venator leporem, vt inquit Bal. in l. penult. in princ. C. de neces. ser. hære. insti. & Sozin. l. in conditionibus in princ. ff. de condi. & demon. quamuis loquuntur in causa testati vbi dubium omne cessat dicente legislatore in §. disponat in authen. de nup. disponat testator, & erit lex: idem tamen etiā est in causa intestati dummodo constet de legitima voluntate defuncti. lexùe presumat per preallega. & l. cum auus cum not. ibi. ff. de cōdi. & demon. hinc est quod cessante volūtate defuncti, vt quia prohibuit ius accrescēdi in legatis puta, & fidei comm. cessat ipsum ius accres. vt dicam infra in 7. euidentiali. & in hac causa intestati ratio iuris accres. potest etiam esse illa quam assignaui in d. §. in his in l. 1. ff. de acquiren. hæred. & in l. si solus

18 eod. tit. prout dixi ad illum text. † Nec prædictis refragatur quod in bo. po. contra tab. quę contra voluntatem defuncti datur contratabulato testamento accrescendi iuri locus sit. l. si ex duobus in princ. ff. de contrab. & leg. 1. §. si quis ex nepotibus ff. de coniu. cum emanci. lib. quia ex j. circa fi. commenti dicendis responsio patebit. Et si quispiam rursus instaret vbi in casu intestati sumus, & eiusdem gradus vnus adiret eam, alter verò repudiaret, & ad rem repudiatam de voluntate eius qui adiuit in gradu loquens admitteretur, tolerandum hic posse videri, cum nihil aliud quærat prętor quam partium concordiam vt dicit tex. in §. & post operis. l. 1. ff. de no. oper. nuncia. cessante, vt puta inconuenienti prædictę legis ius nostrū considerato, & tamen docto. indistincte volunt quod ab intestato accrescat inuito, considera si dici potest hoc esse ratione vnionis, vt hæreditas, iuxta ea q in superioribus diximus, in eodem conseruetur gradu. Tertio principaliter

19 est sciendum † accrescendi ius per legem duodecim tab. inuentum fuisse, glos. est no. ad fin. in l. celsus. ff. de leg. secundo per illum tex. ibi iure antiquo capit quod est ius legis 12. tabu. & non aliud pro quo vide tex. in l. 1. & ibi Ias. in princip. j. vnde vir & vxor. & in §. 1. l. 2. ff. de orig. iur. vbi dicit ius l. 12. tab. primum in ciuitate fuisse pręter leges regias, & curiatas de quibus nihil cōstat, & hoc siue loquamur in causa testati siue in causa intestati, vt ibi per gl. ab intestato enim propriè legitima dicitur successio, ex testamento etiam non omnino impropriè, ratione confirmationis §. de illo l. 3. ff. pro socio, & l. lege obuenire. ff. de verborum signifi. prout latius infra videbimus, & hoc in hæreditate, legato, & fideicommisso, sed in bono. possessionibus quæ de iure prætorio sunt, etiam de iure prætorio est ius ipsum accrescendi lege tertia. §. fin. cum duabus ll.

20 sequenti. ff. de bon. possess. ita Bald. j. col. 7. ad fin. & q. † Et ius istud accrescendi ius est, & effectus coniunctionis lege si sub conditione. in fi. ff. qui. mo. vsusfr. amit. & præallegata lege re coniuncti. ipsumq; ius coniunctionis instar habet substitutionis secundum Bal. hic in 6. col. in 6. q. per

21 §. Iulia. j. allegandum † venitque principaliter ex dispositione legis ex iudicio testatoris seu tacita, & coniecturata voluntate defuncti, & acquiritur portio talis iure suo ac proprio. quod autem ius accrescendi sit principaliter à lege introductum est text. in lege quinta in fi. ff. de vulg. ibi per legem &c. & in l. celsus in fi. ibi iure antiquo capit cū gl. ff. de lega. secundo. & in lege interdum in §. paterfam. ff. de hære. insti. ibi potestas iuris in hoc resoluitur secundum Deci. hic in 2. & 3. colum. sed non loquitur text. ille de proprio iure accrescen. sed de improprio, quia detracta mentione partium relictarum valet institutio ac si in totum instituti hæredes essent. l. 1. §. si ex fundo ff. de hær. institu. vt latius dicā j. in quinto euidentiali, ea propter si constitueret differentia inter dispositionem legis & testatoris, ius accrescendi iudicandum esset secundum dispositionem legis à qua per prius, & immediate dicitur prouenire vt hic per Dec. secunda & tertia col.

Quod veniat ex iudicio testatoris seu tacita & coniecturata voluntate defuncti allegatur tex. in l. si Titio in fi. vbi quasi substitutus consequitur accrescētem portionē. ff. de leg. secundo cum gl. si quasi substitutus dicitur à testatore, ergo habet in ea portione voluntatem defuncti scilicet tacitam quum non fuerit expressa, vt ibi declarat Pau. de Castr. idem Pau. Alex. & alij in d. l. quinta de vulg.

Aret.

Aret. in l. Si quis hæres ita constitutus col. pe. in fi. ff. de acquirenda l. 2. Dec. hic col. 1. & 3. & etiam alij Mod. Bal. & alij per text. in lege cohæredi in §. qui discretas. ff. de vulg. Ias. Rui. & alij in l. fi. in prin. ff. de leg. primo. scribentes, legem seruus communis ab extero. ff. de acqui. hær. per illum tex. ibi tacito iure. partes ei accrescunt hoc est propter tacitam voluntatem defuncti, dispositio enim legis expressa non tacita.

Quod talis portio accrescēs habeatur iure suo, & proprio probat tex. in d. l. si mihi in princip. vbi Ias. Ruin. & alij notant inferentes ad quæstiones, & Deci. hic in prima, & secunda. lectio. & hæc est receptior scribentium sententia vt dixi.

Sozi. tamen in d. lege si mihi quatuor subtilibus argumentis attentauit, quod ius ipsum accrescēdi non veniat ex iudicio, & voluntate testatoris, sed ex lege seu l. dispositione nec dicatur haberi iure proprio, sed ex delatione & dispositione legis per q̃ immediate causatur, vt dictum est, & contra voluntatem testatoris, vt patet in bo. possess. contra tabu. & in querela inoffi. testa. quæ dantur contra voluntatem defuncti, & tamen in eis locum habet ius accrescendi, vt hic per Deci. in secūda, & in 3. col. ergo non procedit ex voluntate defuncti, sed à lege necessario inducitur, Secundo, quia attenta cōmuni opin. ius accrescendi diceretur venire ex præsumpta interpretatione, & tamen potius venit ex præsumptione extensiua, & fictiua secundum Bald. in titul. de success. feu. in §. fina. & glo. in §. idem Iulianus in l. quid Iulianū. ff. ad Treb. tertio & vlti. vt omittamus alia minus stringentia videtur text. in l. si duobus ad fi. ff. de testamen. mil. vbi requiritur probatio voluntatis ad hoc vt iuri accrescendi locus fiat si ergo tacita, & coniecturata voluntas defuncti non adest alias nō exigeretur vlterius probatio voluntatis. Extenendo opinionem istam ad §. Iulianus responde fieri ibi similitudinem de iure accrescēdi ad substitutionem respectu oneris, non autem respectu voluntatis defuncti, ideo ex separatis male infertur, l. Papinianus exuli. ff. de minoribus l. ti. ff. de calumniato. ad l. seruus communis ibi tacito iure. ff. de acquir. hæredi. Responde illa verba non referri ad tacitam voluntatem defuncti, sed ad modum accrescendi. §. fi. l. si ex duobus. ff. de vulg. leg. 5. in ho. verbo per legem potius probat oppositum ad l. si mihi in princ. Respon. vt ibi per Soz. & Ruin. in 1. col.

Sed non est à com. op. recedendum quæ probatur in d. §. 22 Iul. ibi quasi substitutus fuit, quo datur intelligi concurrere voluntatē testatoris, aliàs nō posset ab illo dici quasi substitutus, & quia voluntas est tacita est, & coniectura tex. vtitur impropriatiq; quasi, nec subsistit responsio ad illum text. supradata quod respectu oneris non voluntatis defuncti ibi fiat æquiparatio, quia Iurisconsultus quasi substitutum appellat, & in portio cohæredis accrescit interim do quod habet accrescentem portionem cum onere suo. Quasi autem substitutum nuncupat non respectu oneris cū ea ratione verè, & propriè substitutus dici posset. Sed vtitur improprietate quasi propter tacitam voluntatem testatoris vt dictum est, & ex quo infertur eum habere cū onere accrescentem portionem, quemadmodum substitutus habet.

Secundo com. opi. fortissimo probatur argumento. Si. n. quod per ius accrescendi obuenit ex mente, & iudicio testatoris non veniret, non computaretur in hæreditaria portione ad consequendam pinguiorem partem deficientium quando substitutio his verbis concepta fuisset. Quis quis mihi hæres erit, talis, ex hæredibus meis, si non adierit hæres esto. §. hęc verba l. generaliter. ff. de vulg. consequens est falsum, vt patet in d. l. in testamento eiusdem tituli ergo antecedens. Tertio probatur ex l. qui duabus ad fi. ibi, tacite accrescunt. ff. de acqui. hæred. & in d. l. seruus communis ibi tacito iure cum alijs supra allega. & p consequens manifeste apparet ius accrescendi ex mente, iudicioque defuncti venire, tacite videlicet & secūdario, principaliter autem per l. ita procedūt iura & doctri. scribentium supra allegat. 23 & ita procedūt etiam in milite nisi de contraria illius voluntate apparuerit. Quicquid dixerit Imo. vt per Dec. in l. 2. col. 1. ff. de mil. test. faciunt quæ statim dicuntur. Non obstat quod ius accrescendi contra voluntatem defuncti locum habeat, quia fateor quod tunc non posset dici inductum à testatore, vt hic p Deci. in 2. col. & per alios præallega. immo dicitur tunc simpliciter per legem inductum. Ad gl. in §. idem Iuli. respon. 24 ibi Aquensis istā reprobando. Ad l. si duobus respondet hic Curt. col. 2. sequendo sol. gl. ibi volentis speciales esse, quia agitur ibi de exclusione patroni, qui libertatem quę inæstimabilis est dedit, hanc solutionem sequitur etiam Dec. in l. 1. col. 2. ff. de mil. test.

Sed allegare specialitatem respectu patroni mihi non satisfacit. sicuti enim tacita voluntas ab intestato venientes per accrescendi ius excludit, ita videtur posse patronū excludere. preterea specialitas est in milite propter militiam vt ex illo tex. iuncta rub. sub qua situatus est apparet non autem in patrono, & si ratio specialitatis hic p Cur. considerata attenderetur, qui patronus libertatem inæstimabilem dederit, ea ratione attenta dici semper posset speciale esse in patrono, quod absonum est, ergo euitandum: aliam solutionem in præallegato loco ponit Dec. quod voluntas de qua ibi eo ipso probetur quod contrarium non ostenditur, quæ confunditur per illum text. ibi nisi voluntas militis probata fuerit. Requirit ergo probationem vnde melius est ad illum text. respon. quod est ibi speciale in milite, qui pro parte testatus & pro parte intestatus decedere potest, vt dicitur ibi in illo tex. & tūc subijcitur optimè limitatio illa, nisi ad oppositum voluntas illius probata fuerit, quia totum ab eius voluntate dependet. Non obstat quod in dubio iure speciali non præsumatur vti, verum communi vt dictum est, quia ex quo diuisit patrimonia in institutione heredum iure speciali testatus censetur & ius accrescendi per distinctionem patrimoniorum prohibuisse, vt per Cur. in l. 1. col. 2. ff. de mili. test. Dec. hic col. 5. & Rui. in d. l. si mihi col. 2. cum alijs quæ adduxi supra col. 5. versic. prædicta tamen confirmo per regulam l. quidam testamento ff. de testa. quod vbi in aliquo dubitatur præsupponitur habilitas omni alio respectu. Ad duo alia arg. Soz. respon. Dec. hic & Rui. loco præallega. in causa vero incest. ius accrescendi principaliter est ex iudicio, & dispositione defuncti, non autem principaliter ex lege, ideo potest à defuncto prohiberi, vt dicam infra in 7. euidentiali.

25 Quarto principaliter præmitto, quod sicuti habemus ius accrescendi, de quo supra, locum habens quando duobus, sed non cuiq; in solidum res relinquitur, & deficiens portio per vnius repudiationem vel exclusionem alteri, cui ita pars relicta erat accrescit, vt in. nostro, & in iuribus præallega. ita etiam habemus ius non decrescendi vbi videlicet res duobus in solidum relicta fuit. Nam omissa ab vno non accrescit alteri ex quo in solidum eidem relicta fuerat. Sed potius dicitur non decrescere. l. plane. § si con iuncti. ff. de lega. 1. cum ibi not. l. 1. in pe. col. in versi. si vero non omnes. C. de cadu. tol. notant Dec. hic col. 2. Ias. & Ruin. in d. l. si mihi. de quo iure decrescendi loquitur etiā in effectu tex. in d. l. si mihi, & tibi in princ. ff. de lega. 1. & cum oppositæ species sint, malè dixit Imol. in l. hac scriptura in §. fina. ff. condictio. & demonstratio. quod propriè accrescere est etiam non decrescere, ideo Pau. de Ca. hoc ibi reprehendit oppositum firmans. Idem vult Aret. in l. quis patri col. 1. ff. de acquir. hered. large tamen loquens nomine accrescendi comprehendit etiam ius non decrescendi secundum Corn. in d. l. prima in §. si vera defuncti inuiti. colum. & miror quod Rip. in d. l. re coniuncti col. 2. de iure isto loquens dicat melius nuncupari ius non diminuendi quasi non sit vocabulum latinum, & propriè materiæ conueniens vox ipsa decrescere cum de hoc sit text. in l. interdum. §. 1. ff. de hered. instit. in quo pariter ip-

psius

plus est Lancel.pol.in d.l.re coniuncti sub titu.de effectibus coniunctionum col.fin.dicens in toto iure nostro de iure hoc decrescendi nullam mentionem fieri.accedat et tex. in l.peculium.ff.de peculio dicens quod peculium nascitur,crescit,& decrescit,vt homo.& Hieronymus secūdo Regum domus inquit Dauid proficiens,& semper seipsa robustior, domus autem Saul decrescens quotidie. descriptionem istius iuris non decrescendi inuenies tradi per Rip.in d.l.re coniuncti col.a.Quosdam effectus resultantes subijcientem. De diminutione autem late tractāt

26 Aften.in eorum tractatu de diminutione.† Et de prędicto iure accrescendi, & etiam iure non decrescendi, frustra tractatur in indiuiduis cum propter naturam indiui dui quilibet sit ad solidum obligatus.l.2.§. ex his, & §.itē in factum.ff.de verb.obli.secundum Ang.& Pau.de Cast. in l. proprium per illum tex.ff.communia prædiorū quæ lex propterea male ab aliquibus allegatur ad materiam iuris non decrescendi, de qua quidem materia iuris non decrescendi vide quæ consulendo pulchre scripsit Deci. in consi.326.& Curt.in tractatu feudorum in vlti. charta secundæ partis principalis.

27 † Quintò principaliter præmitte quod in successione prout nos loquimur est dare ius accrescēdi proprium,im proprium,& impropriissimum. q̄d sit propriū ius accrescēdi visum est supra maxime in diffinitione quę proprie tatem vocabuli ostendit.vt declarat Bart. in l. omnes po. col.a 1.ver.quero vnde de iu.& iure.improprium est quan do in re particulari institutus aliquis fuit dato,sibi cohærede vniuersali quo repudiante dubitari poterat,an parti culariter institutus per accrescendi ius totam consequere tur hæreditatem, videbatur enim quod non,quia accrescendi ius nō respicit personam,sed portionem,vt statim dicetur in octauo euiden. particulariter autem institu-

28 tus in hæreditate portionem non habet,ergo &c.† Contrarium determinant Bar.& communiter scrib.in l.quoties.C.de hære.insti. Nam repudiante vel excluso vniuersaliter instituto,in re certa institut' ex particulari vniuersalis efficitur hæres, totamque consequitur hereditatem. Ita vt quemadmodum impropriè accrescendi iure deficientis portio adcunti vel agnoscēti accrescit propter portionem quā in hæreditate habet portiones alias ad se trahētē: Ita in proposito,& si in re certa institutus portionē nullam habeat,propterea ius accrescendi proprie loquendo locum sibi non vendicat,cum actus actiuorum, vt inquit Philosophus, non sint nisi in patiente bene disposito, & subiectum habile n. n videatur ad ius accrescendi suscipiendum ex quo non adest portio cui,reliquum hæreditatis possit accrescere. Tamen quia particulariter institutus rem habet, & de particulari vniuersalis efficitur hæres,instituto vniuersaliter,aut repudiante vel ab hæreditate excluso.d.l.quoties secundum largam vocabuli significationem,ac impropriè accrescendi ius habere dici-

29 tur in eoq; esse,quia sicuti portio ad se totum trahit † ita hoc casu res particularis residuum ad se trahit secundum Imol.in l. 1.in §.ex fundo ad fin.per illum text.ff.de hære. instit.sequitur Corn.in d.l.quoties col.3.& 4.ad fi. vbi Ias. pen.qui consulendo latius id tradit lib.3.in consi.72.& licet ipsi non dicant hoc prius voluit hic Bald. in 4.col. Ius accrescendi adhuc magis improprium est in sti.de hæred. insti.in §.non autem ibi,& si vnum tantū quis ex semisse, verbi gra.hæredem scripserit totus ac in semisse erit,& in d.§. si ex fundo, vbi detracta mentione rei vel fundi, vt institutio subsistat in vniuerso à principio censetur institutus,sicque totum illi parti accrescit,eandemque auget. Sed non est ibi accrescendi ius propriè, quū pars illa quæ accresit non fuerit alicui data, etiam si nō desinat,& ius accrescendi sit in parte deficiente, sed detracta mentione semissis fundi vel rei, à princip o vt actus valeat in totum institutus hæres censetur. iste est verus sensus prædictorū iurium,ad quorum materiam vltra pręallegata videre po

30 teris Benedictum de perusio in consi.9.in 3.dubio † con sulentem quod istius exceptis certis bonis etiam bona illa habiturus sit, & pro non apposita talem exceptionem haberi.vide etiam Barb.in consi.71.lib.3.Ias.in l.cohæredi in §.fi.ff.de vulg.& in consi.64.volu.1.sicuti ergo ibi in vna re institutus detracta mentione rei totam capit hæreditatem,ita in l.quoties in vna re institutus vniuersali cohærede dato illo repudiante vniuersalis efficitur hæres, totamque hæreditatem capit. Est quoddam accrescendi ius improprium in terminis dictæ legis quoties. & adhuc

31 magis impropriè in terminis dicti.§. si ex fundo † est pariter ius accrescendi improprium in l.si minor, & in l.cum hæreditate.ff.de acquiren.hæredi.vt posit Aretin.& Lanc. pol.in secundo euidentiali dictum fuit, & in le.max.vitiū vbi Corn.in 1.col.not.j.de lib.præter.Reperitur etiam accrescendi ius de tempore ad tempus.l.miles ita.§. & quia ff.de mil. testa. Nam secundum Bald. hic in 4. col. quod est vniforme realiter, debet etiam esse vniforme secundum tempus.

32 † Sexto principaliter sciendum est dari ius accrescendi reuocabile, & irreuocabile, siue deficientem portionem aliquando irreuocabiliter accrescere nonnunquam reuocabiliter Bald.j.in 7.col.vbi Ias.latè antepen. & Deci.vlti. quam tamen opinionem à veritate alienam probabo super gl.1.circa quartum intellectum Romani,

33 Septimo † quòd accrescendi ius in hæreditate per defunctum prohiberi non potest secundum Bal. & co. scri. sententiam, vt hic per Deci.in rub.col.2.& etiam in nigro col.2.quicquid dicat Ioan. crotus in repet.d.l.re coniuncti co .16.cum sequent allegatis aūt per Dec.adde videnda,quæ scribunt Barb.& Benedic.de Perusi.in consilijs supra allegatis. Nec mirum est quod præmittendo diximus quia causa inductiua iuris accrescēdi,vt visum est, fuit ne quis pro parte testatus &c.Item vt diximus ius accrescendi principaliter per legem inductū fuit. Sed nemo potest facere quin ll.locum habeant in testamēto vel dispositione sua , lege nemo potest.ff.de leg.1.lege ius publicum.ff. de pact. faciunt not.per Deci.in l.1. col.1.& a.j. de testa. mil.& hæc procedunt in successione ex testamento secus est in successione ab intestato. Nā cessat tunc ratio scrib. fundata in d.l.ius nostrum, ergo cessabit etiam dispositio l.adigere, §.quamuis ff.de iure patro.c.cum cessante. de appel.& quia vt dictum est in successione ab intestato accrescendi iuri locus est, propter tacitam voluntatem defuncti,ea igitur cessante, immo in oppositum stāte & ius

34 ipsum accrescendi cessabit. † faciunt quæ communiter Mod.pręall.loco & etiam in d.l.si mihi in princ.in vlt.col, scribūt,quod in legatis & fideicom.particularibus accrescendi ius per testatorem prohiberi potest.l.dominus.§. 1.cum gl.& Bal.ff.de vsufr.quia cessat ratio.l.ius nostrum, vt latius.j.in 13.euidentiali dicam. Secundo limitatur in

35 militibus,qui pro parte testati & pro parte intestati decedere possent, ideò ius accrescendi in testamento prohiberi.d.l.ius nostrum & leg. si duobus.ff.de testam. mil. cum alijs supra allegat. idem est in casibus Alexand. de quibus memini in a. euidentiali.

Tertio limita quando institutio in re certa facta esset, & accrescendi ius venientium ab intestato fauore prohibi

36 tum.† hoc enim potest testator facere,& vitiata institutione particulari valeret prohibitio, Bar.in l.quoties in §. si duo per illum tex.ff.de hæredi.insti. estq; receptior sententia vt per Io.crot.loco pręallega.vbi Rip. col.32.licet quidam Mod.Papie.hic col.fin.dicant opi. Bart.communiter damnatam.

37 Quarto limita. † vt j. pulchrè per Bald.9.q.dicentem, quod si tres sint hæredes prohibueritq; testator, ne vni eorum accresceret, valere prohibitionem & totum alteri quasi tacitè substituto accrescere arg.l.fideicom. in §.interdum.ff.de leg.3. & consequenter hoc casu testator pōt ius accrescēdi prohibere, quia cessat inconueniēs de quo in l.ius nrm,id quod probatur in l.vnica in §.si verò quidam j.de cad.tol.quasdā alias lim.ponam j. ad fine.rubr.

Octauo

38 Octauo præmitto, † & est fundamentalis articulus in materia iuris accrescendi quod portio deficientis dicitur per ius accrescẽdi accrescere portioni: ad similitudinem alluuionis, quæ rei adijcit. & non perlung textus est peregrinus in l. si Titio vsufructus in fin. ff. de vsufruc. ex quo tex. collegit ibi Ang. argum. quod quicquid per alluuionẽ augetur, vel per ius accrescẽdi eisdem legibus & moribus viuere debet, quibus viuit & regitur principale. quando, scilicet per modum incrementi fit augmentum tale: secus si per modum discretæ concessionis vt ibi per eum: propterea Are. in l. si totam & in l. qui patri col. 1. ff. de acquirend. hær. dicit quod accrescendi ius præsupponit portionẽ, & est de portione. Ideo portio dicit, accrescit portioni ad similitudinem alluuionis, vnde omnes ll. quæ de accrescendi iure loquuntur vt l. nostra secundum verum intellectum infra dandum, & aliæ præallegatę de portio-

39 ne mentionem faciunt. † propterea licet substitutionis ius ad hæredem non transmittatur, quia personæ cohæret. bene tamen transmittitur accrescendi ius quia rei & portioni adhæret. l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. ita Bal. infra in 7. col. in versi. sed nũquid substitutio. Ias. in l. quoties col. pen. j. de heredi. institu. & Aret. pulchrè de substitu. loquens in l. qui liberis, in prin. in 3. col. ff. de vulg. hinc est quod accrescendi ius assumit naturam portionis cui accrescit. l. inter socerum §. cum inter. ff. de pact. dot. l. pe. ff. vt legat. nomine caueatur Ang. in d. l. si Titio. Bal. infra col. 5. in 4. quæstione. Riminal. pulchrè. j. in vlt. col. Aret. & Ias. in l. si mihi & tibi in princ. ff. de lega. 1. & Deci. j. in nigro. in 2. col. Aretin. ẽt notanter in l. cum hæreditate ad fi. ff. de acquir. hær. Ale. in consi. 20. 2. col. versi. 2. probatur libro 1. Mod. Asten. in tractatu. statutorum excludẽtium fœminas stantibus agnatis artic. 9. q. 10. in 1. col. & in tracta. de augmento in 5. principali conclusione in quibus locis multas not. quæst. propterea scri. determinant. hinc etiam est quod quemadmodum in potestate domini nõ est accrescentem alluuionem repellere. Ita nec portionẽ per accrescendi ius obuenientem, quæ inuito accrescit. l. qui ex duabus in fin. ff. de acquir. hær. l. 1. §. in his. C. de cadu. tol. hinc etiã est quod pro iure lite pend. superuenienti per accrescendi ius sentẽtia ferri potest pro actore. qui prius pro parte egerat ex quo rei cohæret. & eadem res cum prima censetur Aret. in l. hæres quandoq; in fi. ff. de acqui. hære. alleg. tex. nota. in l. si proponas in fin. ff. de inof. testa. ampliando etiam in causa appellationis vt per eũ ibi. & in l. si quis hæres institutus. ff. de acquiren. hære. vbi per illum tex. in versic. sunt. n. appendiciæ præcedentis institutionis not. accrescendi ius de consecutiuis ad relictã portionem esse, hinc etiam est, quod licet venditor hæreditatis, pretium quod loco rei succedere videtur, habeat: quia tamen res hæreditatis, neque portionem habet accrescendi ius apud eum non remanet, sed in emptorem hæreditatis transit, portionemque sequitur, vt per Bar. & scriben. in d. l. re coniuncti in 5. q. principali & per Deci. infra in nigro in additionibus nouis vbi etiam per Curt. in 3. col. & per eund. Curt. in l. 1. in 3. col. infra de impub. vbi post. Ale. alium not. effectum ponit.

Sed in oppositum videtur esse text. hic in rubr. & in nigro ibi petẽtibus. & ibi his solis, ex quibus patet quod accrescit personis & non portioni. Riminal. infra in 1. col. sermonem inconuenientem non esse ait, quod portio illis accrescat qui bo. poss. agnouerunt fatendo impropriã esse locutionem, cum accrescat portioni tolerabilem tamẽ esse, vt hic per eum, sequitur in effectu Deci. in 3. col. exponẽs his solis id est ad vtilitatem ipsorum qui agnouerunt & adducit clariorem tex. in §. antepenult. de bono. pos. ibi eiusdem gradus personis accrescit, & sic Cur. in 4. no. j. volumus credere necesse est sic exponere, & respondere saluando scripturas.

40 Verum † non solum imperator in hisce locis, & infra. l. 1. in §. in his de cadu. tollen. Sed etiam Iurisc. eadem forma modoq; dicendi vsi sunt, sępiusq; & frequentius dixerint psonæ, quam rei accrescere prout patet in l. si totam ibi nihil ei debere accrescere in l. si solus ad fin. ibi ei cui prior portio acquisita est, in l. qui patri ad fin. ibi accrescendi iure acquirit cuicunq; patris hæredi. in l. si cuius hæres. & in l. qui ex duabus ad fi. ff. de acquir. hæred. in l. hæc scriptura in fi. ff. de cond. & demonst. ac in l. si ex pluribus ff. de suis & legit. velle dicere quod semper impropriè locuti fuerint Iurisc. secundum intellectum prædictorum docto. absonum videtur, præsertim cum in legibus Iurisconsultorum, verba posita totiensq; repetita propriè intelligenda sunt leg. ita vulneratus cum no. ibi per Bart. ff. ad l. acquil. de vsufr. autem non est dubium quin personæ & non rei accrescat l. 1. §. interdum. ff. de vsufr. accrescẽd. & d. l. si Titio in fin. vbi Iurisconf. differentiam constituit inter fundi portionem & vsumfructũ ipsius fundi, vt absolutoria lata in parte proprietatis petitæ, exceptionem rei iudicatæ pariat in parte quæ accreuit, secus in vsufructu quoniam inquit fundi portio velut alluuio portioni, personæ vsusfructus accrescit, hcq; expressè vult, qđ portio fundi non accrescat personæ, sed portioni, licet secus

41 sit in vsufructu. † Adhæret enim fructus personæ. l. vsusfructus. vbi eleganter per Imol. ff. de stipula. seruorum & de text. prædicti. §. interdum videri poteris Rip. in d. l. re coniuncti. col. 18. 21. & pe. & Mod. repet. in l. vlt. in vlt. char.

42 j. de his qui ante aper. tabu. Præterea simile † & æquipatatio q̃ ibi facit Iurisc. de alluuione ad ius accrescẽdi conuenire non videtur. Alluuio. n. incrementum est latẽs per quod paulatim, non vnico ictu fit additio. §. præterea qđ per alluuionem institu. de rerum diuisio. vbi gl. in cucurbita etiam exemplificat. Sed nonne idẽ in homine in plantis, in cæterisq; animantibus, certè sic? Sed pars in successione ciuili vel prętoria deficiens, non accrescit ita paulatim vt in alluuione cõtingit, sed veluti vno ictu accrescit. hisque acquiritur, qui portiones suas agnouerunt & est augmentum patens, vt in hac l. nostra. & in alijs præalleg. iuribus patet, quinimmo partẽ successionis à principio petens totum petere, censetur, & similiter decretum iudicis super parte à principio interpositum super toto interpositum censetur & per consequens super parte postmodum deficiente, ac accrescente vt in hac l. nostra secundũ Bal. Ias. Cur. & communiter scri. ergo non accrescit paulatim alluuionis instar. sed vno ictu, facit tex. leg in rem, in §. quæcunq; ad fin. ibi vno spiritu continetur. ff. de rei vendica. quinimmo censetur à principio totum pretium totumq; pariter concessum si portiones nõ adeuntium vel non agnoscentium postmodum deficere contingat.

43 † Saluando omnes nouiter posse dici arbitramur, q in d. l. si Titio Iurisc. per metaphoram locutus fuerit, & secundum modum fiẽdi intrinsecamq; rei essentiam, quia accrescens ius pro veritate adijcit portioni vt alluuio rei. propterea dicimus portioni accrescere & nõ esse sine portione. Imperator verò & Iurisconsulti in locis præall. magis effectum rei considerarunt quem leges potius quàm modum considerant. l. 3. j. de instit. & substit. sub cõditione factis & l. fin. supra tit. proximo cum §. fi. insti. de bon. pos. adeo dixerunt acquiri & accrescere hæredi hisue qui portiones suas agnouerunt, quia quo ad effectum eis acquiritur, & consideratis diuersis respectibus, quemadmodum Bart. Ias. & alij in rubri. j. de testa. mili. Deci. in alio proposito in rub. j. de impuberũ &c. & alibi sępe scribentes de situ titulorum diuersimodè quandoq; ab Imperatore & Iurisconsultis seruato, dicunt omnes benefacere beneque loquuntur & qui dicunt portionem accrescere, & similiter dicẽtes accrescere his qui partes suas agnouerunt consideratis diuersis respectibus vt supra diximus: & in effectu cuius sermoni & intelligentiæ adhæreas, semper requiritur portio: aliàs iuri accres. locus non est. Nec errauit Iurisconsu. in similitudine alluuionis. noluit enim equiparare alluuionem & accrescendi ius, & consequẽter facere executionem & similitudinem in modo acquirẽdi inter prædicta. Sed in modo acquisiti, effectusq; causati, & augmen-

& augmēti: quod ſicuti per alluuionem acquiritur nobis Ita per accreſcendi ius, hocque verum eſt, ſicut ergo alluuio incrementum adijcit, ita & accreſcēdi ius. Et ex prædictis quod licet ius accreſcendi ad heredem tranſmittatur, ſecus tamē ſit in iure ſubſtitutionis, inferri poteſt ad nota. quæſtionem de qua pridie vnus veſtrum me interrogauit, teſtator legauit domum Titio inſtitutis tribus hæredibus vniuerſaliter, & ſi Titius decederet ſine maſculis ordinauit & diſpoſuit q͂ dicta domus deueniret ad hęredes ſupraſcriptos. deceſsit vnus ex prædictis hæredibus inſtituto altero ex p̄dictis duobus cohæredibus ſuis. dein de mortuus eſt Titius cui legata fuit domus ſine hæredibus maſculis, quæſitum fuit vtrum domus prædicta ſpectet & pertineat prædictis hæredibus ſuperſtitibus ęqualibus portionibus, vel pro duabus partibus ex tribus illi, qui per cohęredem eius relictus eſt hęres & alteri pro tertia parte tantum? Multi docto. reſpondere domum prędictam pro duabus partibus ex tribus deberi illi qui à coherede ſuo hæres inſtitutus fuit, quum habeat duas partes cohæreditatis prædicti teſtatoris & ſic pro portionibus hæreditarijs duas partes prædictę domus videtur debere conſequi arg. text. in l. liber. homo. in §. 1. ff. de hære. inſti. in l. 1. j. de impuberum &c.

Ego contrarium verius dixi quòd mortuo vno ex prędictis tribus hæredibus in domo prædicta ſubſtitutis domum iure fideic. æquis portionibus alijs duobus ſpectare & pertinere: quia ius accreſ. vt dicam j. in 13. euidentiali. locum habet etiam in fideic. ſubſtitutione. nimirū ergo ſi quum habeant ęquales partes in inſtitutione hæreditatis prædictæ teſtatoris veniunt æquis partibus ad fideicom. domus prædictæ, & ſic quilibet pro dimidia. Nec hæres q decesſit alio cohærede inſtituto hærede, potuit ad eius hæredem ius ſubſtitutionis in eius fauorē factę tranſmittere. l. ſi ex pluribus cum alijs infra allega. & ſic nihil facit in propoſito noſtro quod ille cohæres qui deceſsit, vni ſolum ex ipſis cohæredibus partem eius reliquerit. Nono præmitto quod ad hoc vt locum habeat accreſcendi ius requiritur quod portio accreſcere debens nunquam addita fuerit tex. eſt in l. 1. §. in his cum ſequenti ibi euacuatum & ibi euaneſcat. C. de cadu. tol. & in §. fin. l. aquam. ff. quemadmod. ſer. amit. & in §. pe. l. 1. ff. de aqua plu. arcen. no. Are. in l. qui patri col. 1. & in l. ſi minor. ff. de acqui. hęre. dicēs ius accreſc. ex acquiſitione impedita vel reſoluta in proprietatē cauſari vt per eum, & etiam per Lācel. pol. in d. l. re cōiuncti ſub tit. ius accreſcēdi an locum habeat. in inuitos. hic pariter dixit Bald. in c. bonæ el. 2. col. ſi. de elect. quod ius accreſ. locum nō habeat, niſi ex duplici radice, videlicet ex nō facta acquiſitione, vel penitus reſoluta, ſequitur Iaſ. in antep. col. Fallit tamen hęc cōcluſio in pluribus caſibus. quos ponūt Ioan. crot. in d. l. re coniuncti col. 28. & Rip. 37. & per Cor. prius hic in 3. col.

44 †. Decimo præmitto quod accreſcēdi ius in hęreditate ipſo iure cauſatur etiā in inuitum & cum onere portionis deficientis. Hanc regulam ponit tex. in §. in his itaque d. l. 1. & in d. l. qui ex duabus in fin. ff. de acquir. hære. & l. ſi proponas. §. fi. cū gl. ff. de inoff. teſt. ratio colligitur ex ſupradictis cur ius accreſcendi inuentum fuit, magna eſt ergo potentia iuris accreſcendi quia locum ſibi vendicat tā inuito teſtatore quam inuito hærede, & hoc in ſucceſsione ex teſtamento p rōnem ſuperius adductam, in ſucceſſione verò ab inteſtato, etſi accreſcat, etiam inuito per iam adductas rationes, non tamen accreſcit inuito defuncto, cuius voluntas totum fecit, ceſſante inconuenienti conſideraro p dictam l. ius noſtrum, vt ex ſupradictis apparet, multi tn caſus ſunt in quibus non accreſcit inuito, nec cum onere, quos ponunt Bart. & ſcrib. in d. l. re coniuncti in quarta principali queſt. Lancell. polirus. loco præalleg. Cor. in l. teſtamenta. C. de impube. & alijs ſubſtit. Soz. in l. hæc ſcriptura in §. fin. & in l. quæ conditio. ff. de condi. & demonſt. & Curt. infra. in nigro in pen. col. & cum accre-45 ſcat ipſo iure ac inuito † ſequitur non requiri nouam petitionem, nec agnitionem in parte accreſcēte, de quo eſt tex. not. in l. 2. in §. ſi duo. ff. de ſecundum tabu. & in l. ſi ſolus in fin. ibi ſemel adeundum vbi iuriſconſult. limitationem ponit. ff. de acquir. hęr. Item procedit in dominio & iure ſucceſsionis quod acquiritur ipſo iure ex diſpoſitione legis, ſecus in poſ. quæ non quæritur ſine petitione & facto hominis gl. in l. ſi proponas in fi. ff. de inoffi. teſta. & notat Bald. j. in nigro in 2. col. & procedunt etiam prædicta in fideicommiſſo vniuerſali quod ſine noua agnitione grauati & pariter abſq; reſtitutione fideicommiſſario ipſo iure accreſcit. lege. Papinian. digeſtus. ad trebellianū. Ripa. in leg. re coniuncti col. antepen. faciunt ad præmiſſa, quę ſcribit Dec. infra. in 2. no. in vtraque lectura vbi dicetur, adeoque prędicta vera ſunt, vt vbi noua acquiſitione opus eſt, ius accreſcendi propriè dici poſſit, lege ſed cum patrono. ff. de bon. poſſeſſor. ſecundum Politum loco præallegato.

46. Vndecimo præmitto † quod potentius eſt ius conſolidationis quàm ius accreſcendi ſecundum Bald. & Ang. in l. ſi extraneo per illum text. ff. de vuſr. iuncta l. mulieri & Titio. ff. de condi. & demon. vbi etiam Sozi. poſt Imol. in quarto notab. ſignat & ſecundū gl. in d. l. ſi extraneo proprietate ſpeciali quodam iure ibi conſeruatæ conſolidatur vſusfructus, quia id ex neceſsitate fit, vt ad fundi por-47 tionem reuertatur. † Eſt pariter potentius, & fortius ius tranſmiſsionis ſucceſsionis, quàm ſit ius accreſcendi de quauis ſpecie tranſmiſsionis ex tribus de quibus vidimus in l. emācipata. ſupra. tit. 1. intelligamus illud pro publico, & vtili dubio tangit Iaſ. infr. in 11. col. loquens ſolum modo de duabus ſpeciebus tranſmiſsionum. videlicet de ea quæ ſit ex beneficio. l. primæ. j. de his qui ante aper. tabu. & de ea quæ fit ex beneficio ſuitatis in l. 1. tenet qđ dictum eſt per text. vbi caſus quem ibi not. Bald. Saly. Corn. & alij in d. l. 1. & eſt clara ac ſine difficultate propter tex. præallegatum. Item quia ius accreſcendi locum habet reſpectu deficientium partium vt in l. noſtra & in l. qui ex duabus in fi. ff. de acquir. hæredi. ſed pars quæ tranſmittitur non 48 deficit vt etiam ſcrib. pręalleg. volunt, ergo &c † In 2. Iaſ. idem concludit niſi ſi hæres extraneus fuerit datus; quia tunc ſuitatem tolli dicit ideo portionem nō tranſmitti, ſed cohæredi accreſcere ſecūdum naturam iuris accreſc. hanc eſſe veritatem dicens, ſequitur Mod. Alexandrinus in conſil. 52. † & malè, quia licet per electionem vulgaris ſubſtituti tollatur ſuitas. l. precibus ibi ſi patri hæres, vbi Iaſ. Curt. & alij not. infra de impub. & alijs ſubſtl. l. Lucius vbi Ripa in 3. col. ff. de vulga. Iaſ. in l. 1. vbi etiā per alios ſcribentes illo eodem titulo.

Attamen per dationem cohæredis extranei quantum ad tranſmiſsionem hæreditatis non tollitur ſuitas vt per Ioan. crot. in d. l. re coniunct. col. 52. in 4. q. Alexandr. in l. ſi filius qui patri. col. 7. verſic. habeat tamen. ff. de vulga. & ipſum Iaſ. in l. fin. col. 6. j. de inſtitu. & ſubſtitutio. & in l. ſi fratris. j. de iure delibe. & in l. fi. j. de repu. hęre. comprobo quia potentior eſt tranſmiſsio quæ iure ſuitatis fit, quam alię trāſmiſsionum ſpecies, fit. n. perpetuo, & ad quoſcunque vt poſt Iaſ. dixi. in l. emancipata ſupra. titu. 1. quod in alijs ſpeciebus tranſmiſsionum non eſt: quum igitur aliæ potentiores ſint quam ius accreſcendi; ergo fortius iſta. idem concludendum eſt in tranſmiſsione quę fit ex beneficio. l. cum antiquioribus. j. de iure delib. vt ius accreſcendi impediat ſicuti probatur in l. vnica in §. cum autē, iuncto. §. in nouiſsimo. C. de cadu. tol. item quia excludit ſubſtitutum, ergo multo magis venientem per ius accreſcendi. ſi enim vinco vincentem te fortius vinco te, vt per Sozi. in d. l. mulieri ad fi. & Io. cro. loco. præalleg. col. 6: & ad hæc faciunt nota. per Bart. & Sozi. in l. qui duos. ff. de reb. dub. vbi non nullas quæſtiones tangunt in materia. d. l. cum antiquioribus.

Et pariter ius accreſcendi non impedit nec excludit beneficium. l. fi. infra. de repu. hęre. niſi cohęres adiuerit antequam filius reuocet abſtentionem, vt per Alexandrinum

d. l.

d.l.fin.col.pen.vbi Ias.1. & Rip.in lege.1.colum.18.ff. de vulga.

50 † Ius vero accrescendi fortius est, & potentius quam sit ius successorij edicti, cum ipsum successorium edictū excludat cessareque faciat vt est tex.hic secundum verum intellectum vt hic per Deci.col.2.de quo latè dicam infra super gloss. & pariter quo ad transmissionem potentius est accrescendi ius quā ius substitutionis, quæ non transmittitur quemadmodum transmittitur ipsum ius accrescendi, quia vnum cohæret personæ, alterum portioni & rei, ideo nimirum si transmittitur. leg. si ex pluri-

51 bus.ff.de suis & legi. Alexan.consil.20.column.3.lib.2.† etiam quod in re certa quis institutus esset vniuersali cohærede dato, postmodum excluso vt si rem illam agnouerit ius accrescendi in tota hæreditate transmittat vt per Corf.in l.quoties col.4.vbi Ias.pe.C.de hære. insti.& Rip. l. Lucius in d.l.re coniuncti col.23 sed quēmadmodum in superioribus dixi tunc improprium est accrescēdi ius.

52 † Limita etiā nisi ius substitutionis cum iure accrescēdi vnitum esset.l.qui patri vbi latè Aret.ff.de acquir. hær.per Rip.in d.l.re coniuncti col.23.& per Cur. hic in pen.col. ipsa tamen substitutio vincit venientem per ius accrescendi,& sic substitutio in se cōsiderata cessare facit ius accrescendi.l.2.§.si duo.ff.de bono possess.secundum tabu.l.pe. ff. de iniusto rupto. quia substitutus expressam defuncti voluntatem habet, venientes autem per ius accrescendi tacitam.cum ex tacito iudicio testatoris, vt visum est supra. fuerit introductum: ideo nimirum si substitutus vincit, sanè tamen intelligendo quando substitutus alius est à coniuncto vt hic per Bal. in 10.q.de qua materia latius j.

53 tractabimus. † Duodecimo præmitto quod in diuersis patrimonijs iuri accrescendi locus non est l. si sub conditione in fin.ff. quib. mod. vsufr. amit. ibi quia ex diuersis testamentis ius coniunctionis non contingit.loquitur tñ l.illa in legato, non in hereditate, & si ratio ad hereditatē, adaptetur intelligendo pariter quando testamenta diuersa sunt, nam tunc cessant rationes iuris accres. introductiuæ, secus si testamenta non essent diuersa, licet patrimonia distincta essent Italicarum puta rerum à gallicanis, quia tunc accrescendi ius non cessat preter quam in milite qui testatus & intestatus decedere potest, vt vult Rimi. & alij.in l.1.j.de testamento mili.Roma. in consi.81.inci. quod dic.Io.cro.in d.l.re coniuncti. col.46 ver.26. queritur vbi Rip.4.limitatio. intelligas pariter nisi statuta loci alterius patrimonij aliud disponerent, illis enim stādum esset in loco ipso vt per Alexan. consi.128.consideratis col. 3.lib.1.& 3.restringere vt per Ias in l.plane.§.si coniūctim: in 5.not.ff.de lega.primo.

54 † Decimotertio præmitte quod ius accrescēdi ita locum habet in substitutione sicut in institutione Bald. & Imo: in l.sed si plures. in §.ad substitutos.ff.de vul. & probatur clare in l.1.§.fi.ver.quod si in medio.& §. po.j.de cad.tol. vbi postquam Imperator plene tractauit materiam iuris accrescendi, subiungit omnia quæ in superioribus dicta fuere locum sibi vendicare in omni vltima voluntate, & illum tex.ad hoc citauit & induxit Bar.in consi.j.allegat. facit tex. not.in l.cohæredi.§.fi.ff.de vulg. idque procedit de plano in substitutione directa in qua militat ratio iuris accrescēdi inductiua in superioribus assignata ad causam testati, nequis pro parte decedat testatus &c. secundum communem scribentium sententiam. Et quia substitutio dicitur esse secunda institutio glo.& doct.in rub. ff.de vulgar.& sicuti se habet institutio ad institutum, ita substitutio ad substitutum.l.in ratione.§. filio.ff. ad legē fal.Ias.in consi.72.volum.5.in pen.col.& Deci. consi.598. & Mod.in præalleg.consi.52.

Maior & frequens questio est ac dubitatio de fideicōmissaria in qua cessat absurdum consideratum per l. ius nostrum.idē tamen esse dicas propter coniunctionis effectum, quæ coniunctio ius accrescendi parit d.l.re coniuncti nisi sint penitus disiuncti. vt declarat Pau. de Cast.in l. Lucius §.quæ habeat.ff.ad trebel..Mod.in præal.consi.52. & Rip.in prædicta l.re coniuncti.col.39. miror cur non allegauerit Bar.in consi.53.Io.de Anna.in cons. 102.ad fi. Cur.Iunior.j.in nigro col.pen. & fin. & in suo consil.83. col.fin.limitantem post practicam Papien. nisi testator prohibuisset expresse vel tacitè distinguendo fideicōmissarios.attestando sic iudicatum fuisse, quicquid in eo casu consuluisset Ias. idem concludunt præallegati Mod.in d. consi.52.& facit quia hoc casu cessat ratio d.l.ius nostrū, vt post Pau.de Cast.& alios scribit idem Ias. in d.l.re coniuncti col.47.versic.8.not.casus, & pendet tunc ab obseruatione voluntatis defuncti per ea quæ supra diximus.sicuti ergo testator in legatis & fideicommissis particularibus prohibere potest accrescendi ius. vt per illum text.dicunt Bal.& Ang.in §.si.l.dominus.ff.de vsufr.ita & in vniuersalibus quando cessat absurdum à l.ius nostrum consideratum, quod ita expresse voluit hic Bal.in 6.col.in 9. q.faciunt quæ Ias.scribit in d.consi.72.si.3. vbi cōsuluit locum esse in fideicommisso iuri accrescendi, etiam quod substitutio facta esset in certa quantitate. limita tamen prædicta vt per Ruin.in d.l.si mihi ad fi.principij.& nota quod portio deficiens accrescit pro portionibus hæreditarijs tex.est not.in l.liber.homo in §.cum quis ff.de hær. inst.tradit Dec.in lege.1.col.2.in vlt.ampliatione.j.de im pub. & alijs substitu.

55 † Decimoquarto principaliter videndum esset quæ & quot requirantur ad hoc q in hæreditate & bonorum possessione locum sibi vendicet accrescendi ius. quidam ex recentioribus hic in principio quatuor requiri dicunt, q portio deficiens nunquā adita fuerit vt hic in l. si duo patroni prin.cum gl.ff.de iure in.secundo quod eodem iure succedatur, secus si diuerso.l.sed cū patrono.ff.de bono. poss.tertio quod de iure communi & non ex speciali succedatur per l.mulieri,& Titio.ff.de cōdi.& demon.quarto quod succedentes coniuncti sint, non autem disiuncti per l.sed,& proculo de lega.2.

Tu dicas requiri multa alia prout ex præmissis euidentialibus satis colligere potes, sed quædam tñ referemus puta quod non succedatur ex diuersis testamentis ac patrimonijs, vt in duodecimo euidentiali diximus. item q ius transmissionis esset iuxta posita in vndecimo euidentiali. item & tertio quod à testatore non fuerit ius accrescendi prohibitum in casibus in quibus prohiberi potest secundum quod declarauimus in euidentiali secundo,& decimotertio, & prædictis ac alijs.j.dicendis alia p vos colligere poteritis. Ad primum tñ requisitum de quo supra de portione deficiente videnda sunt in nouo euidentiali scripta, vbi plures casus esse ostendimus. in quibus et post acquisitam successionem ius accrescendi locum habet.circa quod plenius dicam in gl.fi.declarando intellectū d.l.sed cum patrono lex mulieri, & Titio.ad tertium requisitum per dictos Mod.allegata contrariū probāt prout.j.circa.fi.commenti demonstrabimus.quartum requisitum procedit in legatis vbi coniunctio legalis nō est secus in hæreditate, & successione de quibus est sermo noster vt per Bar.in §.fi.l.3.supra.de bono pos.& est text.vbi Cor.& alij not.in l.s.in §. his itaque in versi. sin vero quidam j.de cadu.tol.vbi est etiā text.valde nota.quod si sint aliqui coniuncti, mixti cum disiunctis in hæreditate, & aliquid deficiat, ex cōiunctis hoc ad solos cōiunctos per-

56 tinet. Decimoquinto,& vlti.præmitto,† in dispositionibus limitatis non habet locum ius accrescendi secūdum Bald. in l.1.col.fi.C.de secun.nup.& in l.1.col.17.C. de sa. san. ec.vbi dicit quod taxatiua impedit ius accrescendi p tex.in l.Lucius §.quæ habebat, vbi etiam alij scrib. not.ff. ad treb.sequitur Ias.quædam alia adducens in l.1.in 1.& 2.col.ff.si quis iusdicen. non obtempe.& in d.l.re coniuncti col.12.ver.3.in princ.idem voluit Cur.in auth.præterea col.po.j.vnde vir,& vxor: dum concludit in casu illius autenticæ aliquibus ex transuersalibus repudiantibus illorum portiones non accrescere vxori sed alijs transuersalibus.

ſalibus: quia dummodo vnius ſit tantũ tranſuerſalis vxor non debet habere, niſi quartã, ideo, in ſucceſsione inquit limitata juri accreſcendi locus non eſt argu.l.e.nauis.ff.de acquirend.re.dnmi.

57 Et ideo in relicto alimentorum locum non habet accreſcendi ius, quia taxatiuam incluſam habere cenſetur, ſiue quia naturaliter taxatum eſt & limitatum tex.eſt no. cum glo.in §.fin.l.dominus.ff.de vſufr. vbi Bald. & Ange. ad legatum veſtimentorum ampliant, & extendunt, ſiue etiam dicamus, id eſſe, quia tale relictum alimentorum cauſam iterabilem non habet iux.l.alimenta.in §.baſilicę ff.de aliment.leg.& per Iaſ.vbi ſupra & Ludo. Bologninũ in conſi.40.col.2.Guido Papæ in q.204.& Io.Crot.in d.l. 58 re coniuncti col.22.verſi.ſecundum eſt membrum † Sed aduerte quia tex.in §.quæ habebat.& prędicta loquuntur ac procedunt in legatis & fideicommiſsis etiam vniuerſalibus, vbi teſtator ius accreſcẽdi prohibere poteſt, ſecus eſt in hæreditate, & in ſucceſsionibus vbi teſtator; etiam expreſsè prohibendo ius accreſcẽdi nequit tollere aut impedire catione euitandi abſurdi, de quo in d.l.ius noſtrũ. vt dictum eſt ſupra, quibus Adde Iaſ.in conſi.82.li.3. limitando vt poſt Bald. diximus in 4. limitatione ſeptimi euidentialis, ex quibus habetis plures caſus in quibus ceſſat ius accreſcendi in hęreditate & in bono.poſſeſsio.in cauſa teſtati. t.in teſtamento militis prohibentis expreſſe vel tacite ius accreſcendi, item in caſibus in quibus paganus poteſt decedere pro parte teſtatus & pro parte inteſtatus, vt diximus in ſecundo euidentiali in verſicu. prædicta tamen.itẽ in limitationibus poſitis ſupra in primo euidentiali.item vbi portio aliàs fuiſſet addita, vt dixi in nono & vndecimo euidentialibus. item quando impediretur per ius ſubſtitutionis ſeu trãſmiſsionis, aut diuerſo iure ſuccederet vt dixi in dicto vndecimo euidẽtiali, & latius declarabimus infra in nigro. Quid autem in disiunctis verbis re tantum coniunctis eſt materia.l.re coniuncti & dicam aliqua in nigro. habeo præ manibus pulchrũ caſum in materia in quo conſuluerunt famigerati doct. & inter cęteros Excellentiſ.D.Ludouicus.Catus Ferrarienſis acutiſsimi ingenij vir & Ferrarienſis ſcholæ decus.

S V M M A R I V M.

Verba hæc, ceſſante legitima ſucceſſione, an difficultatẽ cauſauerint in hac lege.1.

Quæ propriè dicatur legitima ſucceſſio, & quæ impropriè num.2.

Siquis acceperit emphyteuſim pro ſe, & legitimis hæredibus ſuis qui veniant.3.

Perpetui edicti per Accur.interpretatio, id eſt generalis, an ſit bona, auctor noſter diligentiſſimus hiſtoriarum, etiam peritiſſimus multa ſcitu digna congeſſit.4.

Ius accreſcendi ſicut locus habeat in ſucceſſione de iure ciuili, ita in ſucceſſione de iure prætorio.5.

Quælibet lex debet eſſe dubitabilis, & quomodo intelligatur nume.6.

Prætor dando bono.poſſeſ. contra ius ciuile, an poſſit facere ipſo iure ciuili vocatum deſinere, ipſo iure eſſe hæredem. nume.7.

Iuriſconſulti in pandectis tradendo doctrinam proceſſerunt, Imperator verò in codice ſecundum occurrentiam caſuum ad interrogata reſpondendo, & iuxta porrectas preces. nume.8.

Ius accreſcendi locum habet non ſolum inter plures, verum etiam in vno, & in eodemmet in pluribus partibus euſdem hæreditatis inſtituto.9.

Quando quis in vna parte inſtitutus ſubſtitutum habet per donationem illius ſubſtituti parte illa abſtinendi cenſetur conceſſa facultas.10.

Declaratio.l.ſi ſolus.ff.de acquir. hær.11.

Ius ſubſtitutionis impedit ius accreſcẽdi etiam in tacita.12.

Decretum interpoſitum ſuper parte trahitur ad totum per ius accreſcendi.13.

Decretum ſtricti iuris eſt, ſtrictéque interpretandum.14.

Declaratio §.ſi prætor l. ſi pupillorum.ff.de rebus eorum circa mas rium decreti.15.

Ius accreſcendi non adheret rei ſed perſonæ.16

Agnitio & repudiatio non procedunt à pari, & quæ ſit ratio.& ibidem de coniunctione legali, & hominis.num.17.

Ab atini abſoluti, an & quando reſoluantur in conditionem.18.

Ius ſuum remittentibus non datur regreſſus.19.

Ad caput, quis renunciauit, nunquam reuertitur, ſiue in eodem capite habeat cohæredes ſiue non.20.

Filius quando ex capite agnatorũ venit alios agnatos excludit, & cognatos, quando ex capite cognatorum quia ſemper venit tanquam ſuus propter originalem naturam filiationis exiſtentem in illo 21.

Nepos, qui eſt in ſecundo gradu à capite vnde liberi excluſus, ſi venit ex ſecundo vnde legit. cum fratre carnali defuncti, illum excludet, cum in locum patris ſuccedat.22.

Repudians bonor. poſſeſſo. vnde cognati, videtur etiam repudiare bonor. poſſeſſo. vnde legiti. quæ prius defertur. nume.23.

Repudians bonor.poſſ.decretalem, non intelligitur repudiare edictalem, quæ prius defertur ibidem.

Ratio cur lex noſtra in ſuis non poſſit intelligi.24.

Parentibus ab emancipatis filijs, & è contra alimenta debentur.25.

Legitima an ſuccedat loco alimentorum, & quibus ſit debita, ibidem.

Ll.C.ferme omnes ad interrogata condita fuere.26.

Ex verbis narratiuis facti, quando argui poſſit.27.

In iure retinendo ſufficit quod ex pluribus remedijs vnum ſit efficax.28.

Ius accreſcendi utrum aliud reuocabile, aliud irreuocabile ſit cum ſeq.29.

Communis eſt ſententia in ſucceſſione prætoria, ita demum habere locum ius accreſcendi.quando de iure ciuili ſuccedi non poteſt, ibidem.

Intellectus.§.quibus.l.prima.ff.de ſuc.edict. & § cum igitur inſti.de bono poſ.30.

Intellectus ad §.quæſitum legis ſi impubes.ff.de carbonia.edicto 31.

Miratur auctor Dec.non accuſaſſe Iaſ. de furto.32.

Venientes ab inteſtato per ius accreſcendi ita habent tacitam defuncti voluntatem, ſicuti venientes ab inteſtat. nume.33.

Ius accreſcendi ſucceſſorium edictum impedit.34.

Decimus auctoris poſt omnes, qui hactenus, in hanc legem ſcripſerint ſubtiliſſimus, ac litera genuinus ſanè intellectus, omnibus alijs doctorum ſenſibus reprobatis.numero.35.

Duplici iure coniunctus, vno tantum iure coniuncto præfertur.36.

Deus ſæpe numero reuelat minimo, quod abſcondit maioribus.37.

Succeſſorium edictum quid ſit, & an locum habeat in ſuis. num.38.

Ius accreſcendi regularite fortius, & potentius eſt, quàm ſucceſſorum edictum, etiam in liberis primi gradus, & quæ ſit ratio.39.

Veniens per ius accreſcendi tacitè ſubſtitutus dicitur, & tacitam defuncti voluntatem habere.40.

Ius accreſcend. locum non habet in ſucceſſione limitata. numero.41.

Filia

Filia, quæ paternæ renunciauit hæreditati mediante dote, inde mortua relictis filus, vtrum fily per successorium edictum ad portionem matris admittantur exclusis auunculis. 42.

Strepudians partem suam, id faceret contemplatione alicuius tantum omittentium portionem suam, ille in ea parte præfertur agnoscentib. portiones suas in successione ab intestato. 43.

Agnoscens de iure prætorio cum iure ciuili hæres effici posset adire censetur, & efficitur etiam hæres de iure ciuili & quæ vtilitas inde resultet. 44. & seq.

An ille qui venire pōt tam per ius ciuile quā per ius prætorium vni iuri renunciando, censeatur & alteri renunciasse. 46.

Iuri adeundi ac se immiscendi suis competenti, an & quando præscribatur. 47.

Beneficium abstinendi an sit de iure prætorio, & annale vel perpetuum. 48. & 49.

L. pure. ff. de excep. doli. regula, quando procedat. 50.

Ius substitutionis an potentius sit iure accrescendi. 51.

Substitutus ex expresso iudicio testatoris venit, ius accrescendi ex tacito &c. 52.

Ius accrescendi est quoddam remedium subsidiarium, quod cæteris deficientibus competit. 53.

An tacita substitutio excludat ius accrescendi remiss. 54.

An substitutio inualida excludat ius accrescendi. 55.

Ius accrescendi potentius est iure substitutionis respectu transmissionis. 56.

An partem faciens alicui ius accrescendi excludat, & vtrum qui admittitur, vel non admittitur ad partem alteri partem faciat, & quid sit dicere, partem facere eum qui admittitur ad partem, & è contrario. 57.

Pars deficiens ipso iure accrescit absq; alia petitione, & qui effectus inde resultent. 58.

Inter succedentes diuerso iure an ius accrescendi locū habeat et qui dicātur succedere iure diuerso & qui eodē. 59. cū seq.

Intellectus l. sed cū patro. ff. de bo. pos. late excutitur ibidem

Quādo lex deficit sufficit allegare rationem naturalem, 62.

Bonorum possessio contra tabul. & secund. tabul. in l. sed cum patrono. ff. de bono. possess. occurrunt in diuersis personis ibidem.

Ius accrescendi locū hēt inter succedentes per contra tab. 63

Declaratio tituli. ff. de coniung. cum emancipato liberis eius remiss. 64.

Coniunctio legalis duobus fit modis.

Ius accrescendi etiam est in querela contra defuncti voluntatem. 66.

Ius accrescendi an cesset inter succedentes speciali quodam iure particularique titulo contra defuncti vo untatē. 67.

Plures rationes notabiles assignantur ad legem maleria & Titio. digestis: de condit. & demonstra. quæ lex male per doct. allegatur quod inter succedentes iure speciali contra voluntatem testatoris locum nō habeat ius accrescen. 68.

Ius accrescendi an locum habeat in legitima; feudo; & emphyteusi. 69.

Vtrum portio rei emphyteuticæ paternæ vel auitæ pro se, & descendentibus suis receptæ, deficiens in personam vnius ex descendentibus accrescat alijs seu melius virtute repetitæ concessionis spectet. 70.

HAnc notabilem legem, quemadmodū indicat superscriptio condidit Gordianus Imperator, qui anno ab vrbe condita, 991. vigesimus tertius ab Augusto Rom. Princeps creatus fuit mansitque in eo Imperio annis septem, inde ingētibus prælijs aduersum Parthos prospere gestis, suorum fraude haud longe à Circeso super Euphratem interfectus, testis Paul. Orosius cap. 12. lib.

7. Diuiditur ista lex in duas partes in prima ponitur vel assumptio propositi thematis & facti. in secunda, quæ est ibi his solis, ponitur decisio. Summarium Bart. Bal. Corn. & Areti. quod inter succedentes de iure prætorio locum habeat ius accrescendi verum sit in se tamen medullam legis & totum text. non complectitur maxime in partibus difficultatem in hac leg. causantibus; prout in illis verbis cessante legitima successione, ac in illis his solis rem prout infra declarabitur. Summarium vero Pau. de Cast. Alexand. Aret. Rimin. Ias. & aliorum Moder. q portio omittentium eodem iure succedere, ita demum accrescat illis qui de iure prætorio successerunt; quando etiam de iure ciuili successio cessat confundi videtur per dictum Bald. infra in 7. column. quod non obstante potentia succedendi de iure ciui. locus sit iur. accrescend. reuocabiliter tamen & commutabiliter. de quo articulo latius infra dicetur: item quia non amplectitur medullam nostræ leg. nec etiam verbis ipsius conuenit vt ex infra dicendis apparebit. veritas summarij dependet ab intellectu ipsius legis infra latè excutiendo: pro nunc ita summare poteris, Veniens per ius accrescendi excludit venientem per successorium edictum, quando de iure ciuili succedi nō potest: quod quidem summarium recipiet declarationem à nono intellectu per me. infra. dan. Figuratio casus dependet etiam à veritate intellectus ipsius legis, pro nunc figurari potest in nube, iuxta tenorem verborum ipsius legis. Rationem dubitandi & decidendi ponunt hic omnes Mod. sed ex intellectu infra. dando alias & meliores fuisse videbitis.

1 In tex. ibi cessante legitima successione. † in iure legitimum multifariam accipitur, & legitima successio multis modis intelligi potest, vt hic per Saly. Ias. & alios, sed præcipuè in proposito nostro legitima successio primo dicitur respectu illegitimæ. secundo pro successione ab intestato ad differētiam testamentariæ successionis, tertiò de ciuili potius, quam de pretoria vt per præfatos, & per Ripam in l. ex facto. in §. siquis ita col. 2. ff. ad treb. hic autem ratione subiectæ materiæ accipitur pro successione ciuili ad differentiam pretoriæ, vt hic per præfatos & alios scri. & satis apparet ex ordine text. nostri qui loquitur de legitima succes. ad differentiam pretoriæ & secundum Corn. & alios scrib. prædicta verba cet. leg. succes. causarunt in hac nostra le. difficultatem, quasi in legitima & ciuili successione ius accres. locū non habeat. quod à veritate alienum est l. qui ex duabus in fi. ff. de acquir. hæredi. l. 1. §. in his itaque. C. de cadu. tol. eo maximè quod ius accrescendi à l. 12. tab. inuentum est, ergo vel maximè in tali successione locum habere debet, & verba præscripta aliud significant, vt declarat hic Alexan. sed ego inferius demonstrabo nō à prędictis verbis, sed aliunde dubitationem istius legis dependere & difficultatem causari. Et quicquid dicat hic Saly.

2 † legitima successio accipitur non solum pro illa quæ à l. 12. tab. defertur, sed etiam pro delata, à quauis parte iu. ci. vt hic per Cor. Alexan. Deci. Ias. & alios solum ad differentiam prætoriæ successionis; & pro veritate lex nostra dum excludit legitimam successionem includendo prætoriam, clarè demonstrat de legitima successione ad differentiam ipsius prætoriæ loqui, nimirum igitur comprehēditur delata à quauis parte iur. ciui. prout declarat iuriscon. in l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iur. dicitur autem propriè legitima successio illa quæ ab intest. alicui defertur, impropriè verò illa quæ ex testamento obuenit §. de illo l. 3. ff. pro soc. & est cōmunis receptaq; docto. sententia vt hic per Iel. Deci. Curt. & alios Moder, sed obstat mirum in modum text. in l. lege obuenire. ff. de verbor. signif. dicit quod non impropriè. l. obuenire dicitur hæreditas quæ ex testamento defertur, ergo etiam testamentaria successio dicitur propriè successio legitima. Ias. hic column. 2. post Alb. respondet distinguendo vt per eum, quē damnat Deci. hic, & Moder. libro 4. paradox. cap. [illegible] & pro veritate distinctio sua manifestè confunditur p text.

d.§.de illo.ibi enim differentia illa cõſtituitur inter hæreditatem, quę iure legitimo obuenit, & teſtamentariá non ex verbis hominis ſed ex verbis legis, ex quo modò infert iuriſcó. ꝙ ea propter in caſu cõuentionis ibi relatę, ſi qua iuſta hæreditas obuenerit, de legitima quæ ab inteſta. defertur intelligitur. Itẽ refragatur tex. per eos allegatus ſub titulo de verb. ſig. ibi nó impropriè quis dixerit, ergo procedit etiam in diſpoſitione hominis. Deci. & Cur. defendendo cõem ꝙ in materia ſtrictè interpretáda appellatione legitimæ ſucceſsionis veniat ſolũmod ſucceſsio ab inte. per §.de illo, rńdent ad d.l.lege obuenire ꝙ debet intelligi nó impropriè, i. oĩno, & ſic ſm laiam vocabuli ſignificationem per rationem quam tex. ibi ſubiungit, & licet diuinatio videaſ & violentia ad illũ text. ita ſubaudire, tñ cum præcedentia declarentur per ſequentia. l. ſi ſeruus plurium. ff. de leg. 1. ex ratione quę ibi ponitur dici poteſt declarari tex. in præcedentibus, vt eo modo intelligatur, maximè vt cócordet cum. d. §. de illo, ſubintelligi poteſt dictio omnino: nó. n. in iure noſtro nouum eſt ſimili ſub auditione tex. adiuuari, eaq; moderatione, & per ſuppletionem accipi, maximè vt inuicem cócordent, vt per illum tex. & alia ibi adducta ponit Zaſius, in l. 2. in l. poſteà ne diutius. ff. de ori. iur. nó omninò ergo impropriè, & ſic largo modo vt Deci. & Cur. dicebant. Et ad duo motiua quorundam neotericorum Papiẽ. hic de confirmante, & confirmato de cauſa mediata, & immediata, reſponde ad primum vt hic per Cur. col. 2. & Deci. prima & Iaſ. in d. l. more col. 5. Ad ſecundum de l. vxori 12. 2. cum ibi not. per Bar. reſponde vt per Aquenſ. in d. §. ille caſus. col. 2. Mod. verò loco præallegato & in d. l. lege obuenire. tenent ꝙ legitima hęreditas propriè dicatur tam ex teſtamento quá ab inteſtato, & reſponde ad §. de illo, ꝙ loquitur de hæreditate iuſta quæ recta via, & naturaliter ab inteſt. venit, & eiuſdem ſententiæ fuit Bud. Pariſienſis in annotationibus in pandectas ſuper præalleg. §. de illo. & Ripa. in l. ex facto. la. grande in verſi. ſi. col. 2. ff. ad Treb. ſed tex. in d. §. de illo hanc opi. confundit, volens enim iuriſcó. decidere quęſtionem ortam ex conuentione ibi relata, quęrit quæ dicatur iuſta hæreditas, vtrũ quæ iure legitimo obuenit an etiam ea quę ex teſtamento, & de legitima tantùm debere intelligi rńdet, ergo manifeſtè vult ꝙ hæreditas quę ex teſtamento defertur à legitima defferat, & ſic propriè legitima dici non poterit, ſi tamen ea quæ ex teſtamento defertur ab inte. etiam deberetur hęc propriè legitima dici poſſet vt hic per Deci. & Cor. col. 2. & Ripa. præall. nec mirũ, quia iſto caſu concurrunt teſtatoris expreſſa voluntas, vt ab inteſt. deferebatur hęreditaté relinquentis, & cõfirmatio legis, & duo vincula magis ligant quàm vnũ, vnde nimirũ ſi talis ſucceſsio, propriè legitima dici poteſt.

Sed contra cõem videtur multum ſtringere tex. pręall. l. lege obuenire in implicatiua etiam quæ ex teſtamento defertur ibidẽ poſita. ſi enim verba illa impropriè ſtarẽt, i. non omninò impropriè verum largè, ſecundũ intelligẽtiam prædictorũ ſcrib. implicarent ꝙ hæreditas quæ ab inteſt. defertur largè & impropriè legitima dicatur, quaſi dicatur nó ſolum ea quæ venit ab inteſt. ſed etiam quæ ex teſtamento defertur hęreditas. l. obuenire dicitur ſeu legitima, largè ex modo aliquo impropriè: quod dicere abſonum eſt, cum propriè dicatur legitima. intellectus igitur doct. ad illam nó procedit. Deci. hic col. 1. forſen difficultatẽ ſentiens dicit ꝙ dum. l. illa vtitur implicatiua, vult ẽt illam non impropriè dici à l. non tñ propriè, ſicut illa quę l. obuenit & ab inteſt. immediatè à l. defertur, quæ intelligentia non conuenit nec quadrat verbis prædictæ. l. nec difficultatem motam tollit ꝙ implicet hæreditatem quæ ab inteſt. venit large & non omninò propriè legitimam dici, quod eſt falſum: propterea vt tex. in §. de illo. & l. lege obuenire præal. non contrarientur inuicem, non incógruè tex. prædictæ. l. lege obuenire exponi & intelligi pót non impropriè, ideſt non valde propriè iuxta text. cum ibi not. in d. §. ille caſus indifficilis, ideſt valde difficilis & ſicut dicebam non valde proprie, ergo largo modo: & ad ponderationem factam de implicatiua etiam reſpóde, ꝙ non determinat verbum eam hęreditatem, ſed verbũ dixerit præcedẽs, eritq; ſenſus, non impropriè omninò quis etiam dixerit. l. obuenire eam hæreditatem quæ ex teſtamento defertur. vel aliter ꝙ dictio etiam non ſemper ſtat implicatiuè vt poſt Bar. ponunt ſcrib. in l. 1. ff. ti. 1. & in l. 1. de iuriſd. om. iud. conſidera tamen, quia pro veritate tex. ſuboſcurus eſt, & circa deciſi. tex. d. §. de illo plura ſcripſi in repe. l. fi. C. de pac. remanet igitur firma cõcluſio ꝙ hæreditas legitima propriè illa appellatur, quæ ab inteſt. defertur, quę verò ex teſtaméto obuenit largo modo & impropriè dicitur legitima, & de hac loquitur tex. in d. l. lege obuenire. de legitima vel iuſta quæ nó differunt loquiẽ tex. in §. de illo. Ex prędicta communi concluſione infertur, 3 † ꝙ ſi quis acceperit emphyteuſim pro ſe, & legitimis hęredibus ſuis non venient niſi illi quibus ab inteſt. legitima defertur, quia iſti propriè hæredes dicuntur, alij verò non vt conſuluit Alex. quem hic in 2. col. refert & ſequitur Iaſ. & plerią; alij Mod. Dec. in cóſi. 32. col. 1. & hic. qui tamẽ ſubiungit iſtud procedere quádo recipiens emphyteuſim ab inteſt. deceſsit vel inſtitutis dictis legitimis ſequtur hic Cur. in 2. col. & poſt Soz. Ripa. loco. ff. allega. ſecus eſſet ſubijcit hic Deci. ſi extraneus hæc inſtituiſſet, quia recipiens videtur cogitare de legit. hær. cum effectu, ideo ſi non ſunt hæredes verba conceſsionis non verificantur, propterea non videtur ꝙ poſsint ad dictá empyteuſim tũc venire cum non ſint cum effectu hæredes, quidquid dicat Ale. Cur. hic in 2. col. tenet ꝙ veniát legitimi, quia ꝙ non ſint hęredes prouenit ex facto teſtatoris qui alios inſtituit. Aduertẽ. quia Ale. in d. cóſi. idem vult ꝙ. Deci. hic ſi bene videatur, ꝙ non veniát iſto caſu legitimi, quia nó haberẽt qualitates requiſitas quũ non ſint hæredes quidquid etiam hic voluerit Cur. nó venient ergo legitimi & vocati à l. quia non habẽt qualitates requiſitas, quum nó ſint hæredes cum effectu, non admittuntur etiam extranei quia de illis non loquitur conceſsio, imò tenor verborum cótrarium ſonat, quum nó ſint propriè legitimi iuxta prædicta. Et ſic erit caſus mirabilis vbi hęredi legitimo per recipientẽ emphy. mó prædicto non erit cóſultũ, nec prouiſum, neq; ẽt hęredi extraneo inſtituto, quum nó ſit propriè de legitimis, reuertetur igitur iſto caſu emphyteuſis ad concedentẽ, & eſt imputandũ recipienti qui ſub tali forma recepit arg. l. fi. in fi. ff. de dot. promiſ. 4 † In eodem tex. ibi edicti perpetui. Accur. exponit, i. gñalis vt tolleret cótrarium de tex. inſt. de perpe. & t. pa. actio. in prin. ꝙ remedia prætoria annalia erant, quia eorũ imperiũ anno pariter terminabatur, doc. ſimpliciter ſequuntur. ad idẽ eſt gl. quam ibi etiam approbant ſcrib. in l. ſi quis id quod ff. de iuris. om. iud ibi iuriſdictionis perpetuę cã, loquitur. n. de prætoria, & gl. exponit, i. generalis, quod confirmari pót vt intelligamus perpetuæ, i. generalis cum eſſet generalis ad omnes cauſas & perſonas in edicto contentas: ſed melius, & iuxta proprietatem dicti vocabuli ſtare poteſt verbum perpetui edicti prout ſonat. nam lege lata à Cornelio prætorum edicta cœperunt eſſe perpetua, inde Saluius Iulianus iuriſconſul. omnia prætorum edicta in vnũ compoſuit, temporibus Adriani Principis, & appellatum fuit edictum perpetuum ſecundum Euſebium Cęſarienſem, Eutropium, & alios hiſtoricos, & Bud. in annotationibus, ad l. 2. ff. de ſtat. homi. hoc non intellexiſſe Accur. dicentem, ſed ſatis notum eſt habenti cognitionem hiſtoriarum, & iam pluribus annis præterius nos hoc demonſtrauimus in l. 2. in vlti. char. ff. de orig. iur. & eſt tex. not. qui hoc vult & declarat in l. pen. C. de cond. indeb. & in l. 2. col. antep. ff. de ve. iu. enu. hodie nihil extat, verum Vlpi. & nonnullas Pauli ad edictum interpretationes habemus: ex quibus comprobari poteſt id quod dicũt Pau. de Caſt. & Mod. in rubr. tituli præcedentis, ꝙ prætorum edicta habuerunt vim legis perpetuæ, per poſterius, non per prius, licet ipſi neſciuerint bene declarare: intelligi-

ris nunc tex. hunc & similes, qui & de edicto perpetuo loquuntur. In eodem tex. ibi quibusdam omittentibus, cũ magno mysterio locutus est Imperator in plurali numero de quibusdam omittentibus, neque enim procederet in vno tãtum ommittẽte determinatio tex. nostri, prout. j. demonstrabo, & hinc depẽdet dubitatio, & omnis vis istius nostræ legis, licet nullus scrib. hactenus ponderauerit, sed omnes cęcuriere, oculos vt dicitur habentes, & nõ videntes. In eodem tex. ibi ijs solis, hæc verba ad exclusionem omnium omittẽtium portiones suas agnoscere, & ad inclusionem agnoscentium ponuntur, vt ex j. dicẽdis patebit. pro declaratione verò istorum verborum ijs solis, vide quæ pulchrè scribuntur per Ias. Deci. & alios in l. 1. de bo. poss. contra tab.

5 † Noto primò ex isto tex. secundum Ias. Deci. Curt. & alios Mod. hic ꝙ sicuti in successione de iur. ciui. locum habet ius accrescendi, ita in successione prætoria, & concordãtibus per eosdem allegatis addo tex. no. in §. si duo. l. 2. de secundum tab. dum dicit, hæredi enim scripto licut portio hęreditatis, ita & bon. poss. accrescit, nam ita se habet bo. poss. de iure prætorio, sicut hęreditas de iure ciuili. l. 2. ff. de bono. poss. §. quos autem institu. codẽ titu. Deci. in rub. s. tit. proxi. col. 7. nimirum ergo si quemadmodum in hære. ita in bon. poss. ius accresc. locum habet, Difficultas est in assignando rationem dubitandi, & decidendi ad hanc legem & præallegatis, ex quo enim illud clarè decisum erat de iure digestorum, lex nostra de indubitabili videbatur, quod nonnulli ex recentioribus cõcedunt propter verba in fi. legis posita ibi in dubium non

6 venit, † non esse inconueniens subijcentes legem aliquando esse de indubitabili, ꝙ probatur in l. 1. j. de contratab. iuncto titu. de leg. præstan. & ita Ias. dicunt velle in d. l. 1. qđ à veritate alienum est vt statim demõstrabo, & quòd quęlibet lex debeat esse de dubitabili, probatur in l. quod labeo cum glo. ff. de carboni. edic. & clarius in l. ancillæ. §. de furtis ibi nulla iuris quæstio est, vbi gl. not. Confirmatur hoc per plura adducta per Rochum de cur. in commento. c. fin. de consuetudine in gl. super verbo vtilis tali ratione corroborantem prædicta, quia lex ob necessitatem edici. deber. c. erit autem lex distinc. 4. ergo in casu claro, & indubitato, & sine necessitate edi non debet, facit tex. in §. quibus in prima constitut. C. ad hanc legem, & similes, quæ dicunt in dubium non venire iure clari, & indubitati iuris esse, videt hic. Cur. col. 1. intelligi debere quãtum ad legislatorem cui omnes legum rationes apertæ sunt, & in quo iuris prudentia est, secus quo ad alios, apud quos probabilis pot st cadere dubitatio & fuit sol. Barto. & antiquorum, licet Curt. non adducat in l. vbicunque in 6. colum. in vltim. oppositione. ff. de interroga. actio. & ita respondetur. §. nec enim institut. de societate, & ad l. quæris. ff. de nat. restitut. ibi ea res nec dubitationem habet nec vnquam habuit, intelligi enim deber quo ad legislatorem, quãuis alij rationabiliter dubitare

7 potuerint, † Alij dicunt ꝙ prætor dando bon. possel. contra. iu. ci. facere non potest ab ipso iur. ciui. vocatum desinere ipso iure esse hæredem argu. § quos autem institut. de bon. pos. idcirco videri ius accrescendi locum sibi nõ vendicare, cum ipso iure portio non deficiat per. j. dicenda. sed prædicta procedunt inter eos inter quos de iure accrescendi tractatur, sicq; respectu eorum qui ad bono. poss. vocati sunt, non respectu eorum qui vocantur de iure ciuili quod à prætore correctum fuit, sicque in tertio apud quem effectualiter nihil remanet. prætereà vbi prætor ad successionem alios vocabat, excludebantur penitus, à iure ciuili ex opposito vocati: licet enim prætor hæredem facere non posset. d. §. quos autem, quia non habebat potestatem legis condendæ, poterat tamen facere desinere quem esse hæredem, quia corrigendi ius ciuile potestatem habebat. l. ius autem ciuile. §. de iustit. & iure, & facere ad vocatos per eum ad successionem spectare iuxta. §. ab intest. institut. de hæredi. quæ ab intestato de-

fertur, quicquid dixerit. glo. Alex. Aret & alij in l. ex duobus in §. fi. & in l. in substitutione. ff. de vul. & pup. volentes ꝙ sicuti prætor non potest facere quem hæredem, ita nec èconrrariò desinere, quod videtur falsum per prædicta, cum in contrarijs prædictis nõ sit eadem ratio sed diuersa. Aliter etiã respondet hic Cur. ꝙ dubitatio istius legis non fuit principaliter super articulo prædicto de succedenti de iure prętorio, quia hoc decisum erat per ius digestorum, sed dubitationem fecisse verba illa cessante leg. succes. quod verum non est vt. j. ostẽdam, vnde forte idẽ Cur. posteà assignando rationem dubitãdi quo ad nos dixit, ꝙ propter decretum & præsentiam iudicis in acquirenda bon. poss. requisita, quæ non interuenerũt respectu portionis deficientis, & accrescentis, videbatur non esse locum iure accrescendi, ratio decidendi cõtrarium, quia tempore quo hæres portionem suam agnouit considerare debuit quòd deficientium partes sibi accrescerent etiã inuito. ideo credẽdum est, & iudicandum illum fuisse huiuscemodi animi vt alijs exclusis totum habere, & consequi voluerit. arg. legis si duo. ff. de acquir. hæred. & similiter prætorem in eum casum totum videtur velle cõcedere aut præsentiam suam ad totum accommodare. cõsiderata igitur acquisitione primitus facta de parte successionis; censetur & decretum & pręsentia iudicis pro toto interuenisse ſm Bal. hic in 9. col. dicentem ꝙ ea quę annexa sunt separari non possunt. l. neminem. ff. de leg. 2. l. 1. cum seq. ff. de acquir. hære. & quamuis de primaria intentione explicita agnoscentis partem suam nõ fuerit subire aliam partem cum oneribus suis, nec prętoris concedere. tamẽ de implicita voluntate esse debuit. fuitque acceptare cum natura sua, & similiter prætoris concedere: qui enim partem indiuidui vult, totum velle videtur. d. l. 1. & l. si ex asse. ff. de acquir. hęred. & in effectu idem volunt latiusque tradunt hic Corne. Curt. & Ias. licet Deci. in 2. not. aliter dicat, & malè vt ibi demonstrabo, facit ad prædicta. l. cum quæritur. ff. de administr. tutorum ꝙ contractus acceptari debet cum suis qualitatibus, & l. cunus. ff. de manumiss. ibi Paulus respondet, cum ea cõditione ancillam neptam domino acquisitam cum quà conditione venisse proponeretur cum alijs accumulatis per Anchar. in cõsi. 8. col. fi. Roma. in consi. 89. col. 2. Alex. in consi. 102. colum. 2. & consi. 209. col. 3. volu. 2. Barb. in consi. 73. col. penul. lib. 4. Sozi. consi. 97. col. pen. & fi. lib. 1. Ias. in l. cum fundus in §. 1. notabili. 3. ff. si cer. pet. & Parp. in repet. l. placet col. 23. C. de sacrosan. eccle.

Nec refragatur solutioni prædictæ tex. in l. cum hæreditate iunctis ibi dictis per Bar. volentẽ per illum tex. dici casum inopinatum, quando pars cohæredis accrescit alteri, ergo animus agnoscentis portionem suam non debet videri affuisse pro alia parte cohæredis postmodum deficiente, nam est ibi casus specialis quemadmodum in superioribus diximus, vbi visum fuit non esse ibi ius accrescẽdi proprium, & prædicta ratio dubitandi cessabat in hærede de iure ciuili, quia solo animo quis hæres efficitur absque præsentia alicuius iudicis. l. gerit. & lege pro hærede. ff. de acquir. hære. quod non videtur bene dictum, quum talis animi requiratur declaratio per verba vel signa exteriora prout habetur in iurib' pręallegatis. & in §. fi. insti. de hæred. qualit. & differ. ne igitur pars hæreditatis debere accrescere videatur, ideò circa hoc dicen. est vt concludam in sequenti no.

Ex prædictis habetis vnam limitationem ad conclusionem prædictum, ꝙ quęlibet lex debet esse de dubitabili vt intelligatur quãtum ad nos, qui propter infirmitatem nostri intellectus etiam in sole (vt dicitur) caligamus, nõ autem quãtum ad legislatorem qui habet legum secreta & rationes iuris in scrinio pectoris, & ita ĩtelligi potest hæc lex & aliæ supra allega. dicentes in dubium non venit indubitati iuris est & similia quantum ad legislatorem videlicet, non quantum ad nos. intelligẽdo adhuc ante promulgationem legis: secus autem post editionem. l. quo

tempore

tempore omne dubium dicitur esse decisum & per l.sublatum ita Bar.in d.l.vbicunque in 5.col.

Secundò limi.vt per Dec.in c.1.col.9.de iud.in 1.lec.& in l.1.j.de cõtra tab.vt non procedat quãdo lex vltra procedit habens casum pro claro & indubitato in l.qui se pa, tris cũ ibi no.per omnes scrib.j. vnde lib. & ita procedũt iura dicẽtia clarissimi vel indubitati iuris est &c.sed ne in cidamus in absurdum de quo.s.q lex reddatur superflua & frustra occupet cartas, magis placet vt id intelligamus respectu legislatoris.nõ aũt respectu nostri, quo respectu considerato lex bene dicetur dubitabilis vt proximè dixi

Tertiò limita vt per Fely.in c.non dubium de sententia excommunica.dicentem aliquando legem fieri vt in notitiam populi magis transeat, cle.cupientes de pœ.

Quartò limita secundum Dec.post Fulg. per eum relatum in l.1.C.de contrata.in legibus. C.in quibus Imperator plerunque ex accidenti ad consultationem facti proposita respondet,ideòcasus prout proponitur determinat ita q considerari non debet super dubitabili an indubitabili lex fuerit polita † facit qđ scribir Ias.in rub. j. de mil. testi.q in pandectis iurisconsul.tradẽdo doctrinam processerunt, Imperator verò.in C. secundum occurrentiam casuum ad interrogata respondendo, & iuxta porrectas preces,potuisset allegare.l.vt responsum.s.de trans. & l.vt precibus.j. de substituto. si hæc limitatio subsisteret magna esset,& multum generalis,sed non credo eam esse bonam, quia licet Imperator benignitate plenus ad interrogata respõderet,determinando quemcunque casum sibi propositum,ni absonum est dicere in C.fuisse inserta seu debuisse inseri si super indubitabili casu tanquam minimè necessario in corpe iuris. §. quibus in 1.const. C.vbi Imperator Iustinianus cõpilatoribus mãdat vt faciant.

Quintò limi. quando Impera. respon.secundum edictum prætoris. vel aliam l. quia apparet id non facere de nouo.sed secundum l.antiquam vt per Ias.& Deci. in l.1. j.de contrata. cessat ergo tunc argu.de indubitabili nec. l.dicetur superflua in alio titu. polita propter diuersitatẽ titulorum & respectuum , vt post Gemi. tradit Felin.in proemio decre.rex pacificus col.fina.ad quod ego allego tex.singularem in l.2.col.8. versi. si quid autem ibi vt diuersis titulis propter rerum cognitionem applicare oporteat.s.de ve.iu.enucl.ergo de indubitabili non dicetur,& ratio dubitandi quæ in edicto pretoris erat,seu in l.relata assignari etiam poterit ad.l. politam per Imperato.in C. seu in alio titul.Ampliatur dictũm notabile duobus modis hic per Ias.in 1.notab.circa primã ampliationem † vt locum habeat ius accrescendi,nõ solum inter plures iuxta terminos præsentis. l. ibi pluribus liberis & c. verum et in vno,& eodem met ex pluribus partibus eiusdem hæreditatis instituto.l.1.cum seq.ff.de acquiren.hæred.& fuit Rimin.hic in princi.nam tunc vice plurium personarum hæres fungitur, ideò nimirum si propriè loquendo, sit etiam tunc ius accrescendi,cum in hac materia ad pluralitatem vnitatemue personarũ non habeatur consideratio, sed ad portionem successionis acceptam. id enim vt. s. diximus causa est iuris accrescendi. facit tex.in d.l.1.§. in his. C. de cadu. tol. & in l. testamento cum notatis ibi per Dec.j. de impub. & alijs substit.Circa secundam ampliationem † quãdo in vna parte institutus substitutum haberet per.l.si solus in princi.ff.de acquir.hære.mirabile est secundum Ias.cum per dationem substituti in parte illa abstinendi censeatur concessa facultas,sicuti dicimus q per dationem substituti vulgaris facultas abstinẽdi intelligatur vniuersaliter concessa, sed ratio non est bona, cum per donationem vulgaris substituti non cẽseatur cõcessa facultas abstinendi,vt latè per ipsum Ias. in l.1.col3. j.si quis omis.causa test.ideò singularitatem. d.l. si solus procedere ex alio dicẽdum est,ius.n.substitutionis ius accrescendi vincit.§.si duo.l.2.ff.de secundum tab. ideo videbatur præferendum substitutum Ias.in l. quidam eulogio col.1. reputans prout hic mirabilis casum illius legis, acquiescit rationibus Bart.& Bal.q illud procedat ratione indiuiduę confirmationis testamenti, ac indiuisibilis acquisitionis, †ad cuius quidem legis declarationem,& intelligentiam dixit etiam notanter Bal.j.7. col.in 10.q. q idem est substitutus & coniunctus & stant simul in eo dem subiecto vincitq;, tunc intellige ius accrescendi.d.l. si solus,aut alius est substitutus à coniuncto, & tunc potẽtior est substitutio, quàm ius accrescendi.l.pe. de iniusto rupto,de quo etiam per Aret.in d.l.si solus:sed quicquid dicant prædicti scribentes portio illa quæ in d.l.si solus deficere videbatur, non obuenit iure accrescendi, sed magis iure institutionis ex expressa dispositione secundum Fulg.vt in primo euidentiali di. i ita q malè allegatur tex. ille per doct.ad materiam iu.accrescendi.

Tertiò ampliant plerique etiam si portioni repudiatæ de substituto prouidisset testator arg.d.l.si solus,† sed pceptor meus Parp.reprobat per tex. in d. §. si duo. vbi ius substitutionis impedit ius accrescendi ẽt in tacita. l. fin. vbi Alex. no.j. de hęr. institt.ipse tamen concordare nititur,dicẽs aut substitutus est de personis extraneis,& tunc substitutio non impedit ius accrescen. aut est de coniunctis ipsi testatori,& tunc impedit arg.non.per Bar.in l. qui dam testamento.ff.de vulg.& tradit Alex.in l.h.j.de insti. & substi.sub condi.fac. Sed aduertendum quia doct.non ampliant prout dicit Parp.quãdo de substituto prouisum esset,nisi in casu d.l.si solus, quę tamẽ male ad propositũ vt dixi allegatur, & distinctio Parpaleæ confunditur per generalitatem prædicti.§.si duo, & tex.d.l.fi.cum no.per Alex.procedit tantummodò in substitutione de persona coniuncta facta concurren. multis de quibus per Ias. ad quod vide pariter Lanc. pol. in tractatu substitutionum char.28.col.4.in tertio effectu.

Quartò & vlti.predictum notabile ampliatur, quomodocunque portio vacãs defecerit morte, tempore,vel repudiatione,aut per sentẽtiam.l.3.§.fi.cum seq.de bo.poss. l.si ex pluribus.ff.de suis,& legit.& de sentẽtia no.in l.pater filium.ff.de inoffi.test.Limitat dictũm notabile Ias.in fisco hærede,in quo ius accrescen.locum nõ habet,quod postmodum reprobat,& rectè, vt per eundem latius in l. re cõiuncti col.30.& 44.in 12.casu vbi Io. Cro.alios addit.facit.tex.l.1.in vlti. col.C.de cadu. tol.vbi iure accrescendi,nihil esse speciale in fisco dicitur, & vocatur vltimus ad vendicationem caducorum, & sic non impedit ius accrescendi,& capit inde vocatus cum onere suo.

† Secundò no.ex isto tex. secundum Bal.q decretũ interpositum super parte trahitur ad totũ per ius accrescẽ. Cor.Ias.Cur.& alij Mod. sequuntur.Dec.in vtraq; lectura,oppositum tenet q ad partem acc rescentẽ non extendatur decretũ cũ stricti iuris sit, stricteq; interpretandũ. l.si pupillorum.§.si pretor cũ no.ibi per Bal ff.de re.eorũ, sed dicit q in ea parte ex dispositio.legis non requiritur, prout nec petitio.l.2. §.si duo de secũdum tab.l.sed cum patrono.in fi.ff.de bo.pos.& l.1.§.in his, ibi ipso iure nolentibus.j.de cadu.tol.faciunt quę scrib.tradunt in l.si verò in §.de viro.ff.sol.ma.in l.si constante eo.ti.in materia extentionis non permissę, vbi stricta fieri debet interpretatio.Sed non est à communi opi.recedẽdum,nã attenta opin. Decij, sequeretur vnam hęreditatem eãdemq; rem diuerso iure haberi,& censeri contra vul.l.eum qui ædes. ff.de vsucap.† præsertim cum hæreditas sit quid indiuiduum.l.1.& 2.ff.de acqui.hær.& d.§.in his, pars enim haberetur pręambula petitione cũinterpositione decreti,reliquũ absq;petitione,& sine decreto. Dicamus ergo vt in præcedenti notabili declarauimus q attenta mẽte, & voluntate partis petentis & iudicis cõcedentis, saltẽ implicita, cẽsetur etiam petita pars inde deficiẽs in eum casum, & cum decreto à principio concessa , qua ratione dicunt Bald. & præallegati decretum interpositum super parte ad totum extendi : sed melius dici potest quod õ extenditur vt prædicti dicunt, sed quod censeatur super toto, & sic super parte postmodum accrescente interpositum,

quia tam bon. possessor, quàm iudex censentur cogitare & velle id quod lex vult, & disponit, vt per Bar. & doct. in §. Diui, & Deci. in consi. 257. col. 2. & sic censendum est partem petiisset totum deficiête aliqua portione, & similiter iudicem super toto decretum interponere, si contingat partem deficere. facit text. not. in l. si tirio in fin. ff. de vsufru. vbi exceptio rei iudicatę quæ est stricti iuris. l. 1. C. si plu. vna sen. tamen obstat etiam in parte accrescente & sic vnum censetur, & consequenter hęreditas ac tota successio eodem habetur iure. Nec obstant ad oppositum. s. allegata. dicunt enim non esse necesse deficientem portionem petere, sed ipso iure accrescere, quod nõ negatur, sed dicimus q cẽsetur pars illa petita, vel à principio agnita, & super ea pariter interpositum decretum vel præsen-

15 tia iudicis adhibita, & minus obstat. §. si prætor † quia vt ibi subiungit text. si ille qui ex prætoris decreto vendere poterat obligauerit, nimirum si nihil egisse cẽsetur, fines enim mandati, & concessionis diligenter seruandi sunt. l. diligenter. ff. mandati. cap. cum dilecta. de rescriptis quæ ratio omnino cessat in terminis quæstionis nostræ. Et procedunt prædicta in bono. poss. quæ iuris est, non autem in possessione bonorum quæ facti est, vt in terminis. l. fi. j. de edic. diui Hadria. tol. quia requiritur immissio vel apprehensio possessionis. l. cũ hæredes. s. de acquir. poss. & quia licet quis inuitus efficiatur partis accrescentis bo. poss. propter portionem iam agnitam, non tamẽ efficitur quis inuitus possessor rei vt hic pulchrè per Bald. in 2. col. & sequuntur Cor. Ias. & alij, licet Cur. in vlti. col. contrarium attentauerit per. l. 3. in princi. ff. de bo. poss. sed responsio patet ex dictis quorundam recentiorum Papien. hic.

16 † Tertiò noto ex tex. ibi solis, quòd ius accrescendi nõ adijcit rei sed personę, de quo dictum fuit in euidentialibus, vbi conclusum vidistis vtrunq; rectè dici posse portioni accrescere, vel personę habẽti videlicet portionem sine qua non accrescit, cum pręsupponat, & requirat portionem cui posit accedere, ex quo infertur ad notabilẽ, & vtilem quæstionem vtrum ius accrescẽ. ad emptorem partis hæreditatis transeat, vel accrescat venditori, eidẽq; acquiratur, articulus not. est, & ad vtrâque partem disputabilis, ideò Ias. in d. l. re coniuncti. col. 30. cum sequentibus discutiens articulum quęstionem pro amico esse dicit, & certè ex dictis scrib. & Mod. omnium adeò in hoc articulo variantium, apparet verũ esse quod dicit: cõmunis opinio est cum Saly. contra Bar. quod ius accrescendi acquiratur venditori, & ad emptorem non transeat, quia emptor hæres non est, sed vẽditor qui creditoribus tenetur, & ab illis conueniri potest. l. 2. j. de pactis. & qui habet pretium, quod loco rei succedit, rem ipsam habere censetur, vt per Ias. loco pręal. & hic in 5. col. & per Deci. in additionibus nouis, Pol. in d. l. re coniuncti. sub titulo an & qñ ius accrescendi transeat ad singularem successorẽ, vbi cõmunem defendere nititur, fatendo m̃ hęredem teneri emptori restituere augmentum illud. cum in huiusmodi contractu venditor cẽseatur emptori promisisse quicquid lucri ex hęreditate eidem accesserit per l. 2. in §. non solum versic. sicuti lucrum. ff. de hęre. vel actio. vend. & l. hæredem. ff. mand. sequuntur Mod. lib. 4. paradox. c. 9. ad. fi. Dec. hic in 2. lec. hunc arti. tetigit solum vt responderet quibusdam rationibus Ias. qui tenuit cũ Saly. contra Bar. q non trãsirent in emptorem: articulus est de principalibus punctis, d. l. re coniuncti. & ibi enucleandus, nec est multum pertinens hic siue respiciamus tex. siue glo. siue doctrinam Bar. & ipse Deci. hic illi sententiæ adhæret, q venditor teneatur emptori restituere accrescentem portionem per. d. l. 2. Curt. hic col. 3. latè. insistens vt euitetur inutilis circuitus, ex quo in omnem casum, & euẽtum, vt præfati dicunt tenetur venditor accrescẽtem portionem emptori restituere, sequitur opinionem Bart. q accrescat emptori, idem, & latius facit Io. Crot. in d. l. re coniuncti, col. 13. cum seq. Rip. tamen ibi in 24. col. cum seq. oppositum concludit, q accrescat venditori, & non teneatur restituere emptori portionem accrescentem. postea tamen distinguit vt per eum, & certè si venditori accrescit, quia rem habere videatur, cum pretium habeat. d. l. si totam, debemus intelligere cum effectu, & sic vt non teneatur restituere arg. l. 2. in §. hæc verba. ff. q quisque iu.

Non obstant legis tituli de hære. vel act. ven. in contrarium allegatæ, quia respõderi potest q loquuntur vbi tota hæreditas vendita fuit. tunc etiam lucrum, quod hæreditatis est, omni ratione suadente, ad emptorem ipsius hęreditatis spectaret deb et. hic verò loquimur qñ pars hæreditatis vẽdita fuit, quo casu lucrum obueniens occasione alterius partis non venditæ emptorem sequi non debet, lucrum enim quod in venditione non venit emptorẽ non sequitur, sed ad venditorem pertinet, vt per Sozi. in l. cohæredi in §. cũ hęreditas circa fi. ff. de condi. & demon. maximè, quia mens contrahentium, quæ etiam in cõtractibus spectanda est iuxta gl. in l. fi. in venditione in fi. ff. communia prædio. talis videtur fuisset vt non comprehẽdatur in cõtractu alia portio; cũ de ea nihil dictũ fuerit.

Si tamen bene ponderentur prædicta ex quo ferè omnes Mod. dicunt, q venditor partem accrescentẽ emptori restituere tenetur apparebit commu. opi. esse commodum iu. accrescendi, emptoris partis hæreditatis esse debere, quapropter cum emptor ipse habeat portionẽ deficientẽ alluuionis instar ratione euitandi circuitũ ipsum, dicerem etiam ego emptori accrescere, & imputari venditori scire debenti naturã iu. accrescendi si sibi non prouidit arg. l. veteribus. ff. de pact. & l. fi. s. de dot. promis. & adhuc clarius procederet ista opi. quando vendita fuisset pars hęreditatis cũ iuribus sibi spectantibus, spectareq;, & pertinere volentibus in ipsa, & occasione eiusdem per ea quæ scribit Rip. loco prædicto, vel quando ex alijs apparet de mente contrahentium, etiam accrescentẽ portionem includi volentium per dicta in superioribus.

17 Quartò noto q agnitio & repudiatio non procedunt à pari, contra. l. is potest. ff. de acquir. hęredi. & l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. quamuis enim olim decretum esset necessarium in requisitione bo. pos. & hodie pręsentia iudicis in agnitione. l. fi. s. tit. proxi. §. 1. l. vltimæ. s. de curato. fur. aliud tamen est in repudiatione expressa vel tacita vt hic & in l. 1. s. tit. 1. in l. 1. §. quibus. ff. de suc. edi. & in l. fi. ff. quis ordo, vt hic per Ias. & Deci. & sic facilius causal & fit repudiatio bo. pos. quã acquisitio, vt enim aiunt facilius est destruere, quàm cõstruere, hinc etiam est quod filiusf. nõ acquirit patri bo. pos. absque eius ratificatione, sine cuius tamen consensu amittebatur si non petebatur intra tẽpora debita iuribus. s. alleg. sed diuersitatis ratio erat, quia si fuisset quæsita sine ratificatione pater fuisset obligatus oneribus hęreditarijs, etiam inuitus, contra cõmunem rationẽ & ęquitatem. l. qui in aliena. ff. de acquir. hær. & l. fi. pręal. bene tamen præiudicat patri negligendo & omittendo agnoscere, quia in acquirẽdis illi potest pręiudicare iuribus præal. cum vulg. & q non procedãt à pari acquisitio & agnitio bo. poss. ac repudiatio probari ẽt videtur in l. tutor cum gl. ff. de bo. pos. vbi quamuis tutor pupillo posit bo. pos. acquirere, repudiare tamen illã nõ potest. & sic non procedut à pari, & facilius inducitur ibi acquisitio quã repudiatio, cõtra notata in superioribus, sed loquitur in tutore & administratore, qui licet ad vtilitatem minoris actum posit facere & acquirere, tamẽ repudiando illi nocere & pręiudicare nõ potest, quum ad hoc non sit datus aut constitutus vt hic per Dec. in 2. lec. & in l. 2. j. de repu. bo. pos. & per omnes in l. bonorũ. s. tit. proxi. acquisitio ergo & repudiatio ibi non procedunt à pari propter diuersitatem rationis quæ est in oppositis.

Dicebat etiam hic Ias. contra prædictum no. q per repudiationem amittitur solum edictalis, quæ sine iudice competebat, ita q prædictum not. ex text. sumptum non vr̃ hic probari vt vult similiter hic Deci. in 2. lec. Sed rñ. q edictalis delata, quę posteà à decreto decretalis & à pręsentia judicis iudicialis nũcupatur, facilius amittitur quã

acquiratur,

acquiratur, quia per repudiationem vel lapsum temporis ab edicto præfixi, non interueniente decreto vel præsentia iudicis perditur, & tamen sine eis non acquiritur. & licet postquàm quesita vel agnita fuit decretalis vel iudicialis nuncupetur, assumatq; talem denominationem. est tamen edictalis prędicta quæ assumit posteà tale nomē propter accidētia superuenientia, quę faciunt trāsire bo.pol. in aliam speciem, quę decretalis vel iudictalis posteà dicitur, comprobātur prędicta de acquisitione & repudiatione bon. poss. quę non procedunt à pari per ea quæ no. scribit. Alex. in l.2.j. de repu.bo.poss. volens ꝙ licet bon. poss. per procuratorem acquiri possit. l.3.§. acquirere. ff. de bo. poss. non potest tamen per procuratorem repudiari, quia in repudiatione sufficit animus, sicut dicimus in aditione & repudiatione hæreditatis. l. paulus aliàs incipit per procuratorem. ff. de acquir. hær. hanc deci. Ale. nititur improbare Riminal. in d.l.2. col.2. vt ibi per eum. Et contra Alex. videtur mihi casus legis ff. de suc. edic. in §.1. vbi dicit tex. ꝙ procur. meus sine voluntate mea non potest repudiare bon. pos. mihi delatam, ergo cum voluntate poterit. & sic contra Alex. Et generaliter regula. d.l. is potest & l. nihil tam naturale, & regula oppositorum seu ab oppositis ꝙ in illis eadem sit disciplina per contrarium, procedunt quando est eadem ratio in contrarijs, aliàs secus vt per Are. Sozi. Ias. & alios in rub. ff. de acquir. poss. cum alijs quę adduxi in l. secundum naturam. ff. de re. iur. Et sic in proposito nostro mirum non est si facilius inducitur repudiatio. bo. poss. quàm acquisitio, propter diuersam rationem quę est in contrarijs vt dictum est.

Vltimò not. ex isto tex. secundum Bal. in 5. col. Rimi. in vlti. ꝙ inter coniunctos coniunctione legali in bo. pos. locum habet ius accres. de quo priuis latè tetigit Bart. in d. l. re coniuncti col.6. in 9.q. principali allegantes etiá text. not. in l. seruus communis ab extero. vbi etiam Are. no. ff. de acquir. hære. & est ratio secūdum Bal. s. allega, quia ius coniunctionis instar habet substitutionis. l. si titio in §. Iulia. ff. de lega. 2. Ex quo in actu practico infertur ad not. quęstio. de legitima filiorum, quæ vno repudiante vel aliter excluso, agetur per ius accrescendi. vt per Bal. loco. s. alleg. de qua quidem cōiunctione legali vel legis pulchrè tractat Bar. in d.l. re cōiuncti. in 4.q. principali, cōiunctio verò hominis seu testatoris plures hæredes instituentis, vel legato honorātis diuiditur in tres species. quidá enim sunt qui re coniuncti appellantur, quidam verbis, alij re & verbis. ita declarat. Pau. iurisc̄ó. in d.l. re coniuncti. de l. 3. & in l. triplici. ff. de verbo: signi. Re coniuncti dicuntur quibus separatim res eadem relinquitur. veluti quū quis dixit titio stichū do lego: seio stichum do lego. d.l. re coniuncti. siue eundem expresserit siue non tex. est apertus & rotundus in §. si eadem res duobus institu. de leg. disiuncti si quidem quantum ad verba prædicti appellantur, vt ibidem dicitur, coniuncti quantum ad rem, ad quam vocati simul sunt, & per concursum partes prædictæ rei sibi faciunt. l. coniunctim. ff. de lega. 3. §. interdum. l. prima. ff. de vsufru. accres.

Verbis coniuncti dicūtur non re vt quum dico titio & seio fundum ęquis partibus do lego. d.l. re coniuncti. & l. męuio in princip. cum gl. ff. de leg. 2. & notat similiter gl. in d. §. si eadem res. sunt enim verbis tantum copulati & coniuncti sed re ipsa & etiam per expressam partitionē diuisi & disiuncti. Re & verbis coniuncti vno structu verborum connexi & coniuncti appellātur, & qui fundo relicto cōiunguntur hoc modo, ticio & seio fundum lego. & consequenter est mixta coniunctio, & hi ab initio per cōcursum partes sibi faciunt. d.l. re coniuncti & d.l. triplici, de verb. sig. vbi iurisc̄ōs. multa & pulchra exempla ponit. & coniunctus re verbisq;, & sic triplici vinculo nexus præfertur in legato & hęreditate vno tantum modo coniuncto iuribus præalleg. de materia verò iuris accrescendi me remitto ad Bar. & scribentes in locis prçalle.

Glo. 1. diuidit & subdiuiditur vt hic per Rimi. & Ias. & est magis inepta, & infrascata quā difficilis, si bene videatur, diligenterq; ponderetur: pro declaratione, & intelligentia omnium quæ dicuntur per ipsam. gl. & docto. de pluribus videndum est. in primis discutiendi sunt intellectus, qui per gl. & scriben. ad hanc gl. accommodantur, & videndum quis sit verus intellectus & sensus nostræ. l. & circa tertium intellectum tractabo an, & quando ex verbis facti narratiuis sumi possit in lege validum argumentum. super quinto intellectu qui ascribitur Ro. discutiam pulchrè an sit dare ius accrescen. reuocabile, & irreuocabile. super vltimo intellectu enucleabimus, an & quando ius accrescendi excludat successorium edictum illudque cessare faciat.

Secundò vidēdum an sicuti agnoscens. bo. pos. de iure prætorio, cum etiam de iu. ciui. venire posset hæres efficitur de iure ciui. ita ille qui tam de iure ciui. quàm de iure prętc. ad successionem venire potest, vni ex dictis iuribus renunciādo agnoscendi puta, de iure pręto. censeatur ét alteri, & sic iuri adeūdi de iu. ciui. renūciare, & ècōtrariò.

Tertiò an iuri se immiscendi in hæreditate suis competenti, præscribatur spatio triginta annorum, & quid de iure suitatis, & similiter de iure adeundi.

Quartò an beneficium abstinendi suis concessum sit de iure prætorio vel ciuili

Quintò nunquid ius substitutionis fortius, & potētius sit, quàm ius accrescendi illudque impediat.

Circa primum quatuor dantur intellectus ad hunc tex. per accres. quos plenius tangit Bar. nihil aliud hic faciens ratio est, quia materiam hanc iuris accrescēdi & coniunctionis plenè & vltra vires humanas tractauit ipse. Barto. in l. re coniuncti. Bal. tn̄ hic philosophicè subtiliter p aera volādo plura in hac materia tetigit pro declaratione tex. Bar. formauit vnam oppo. de ablatiuis absolutis qui resoluuntur in conditionem, vt hic per eum, ex quo sequeretur ius accres. nō habere locum de iure ciuili. seu in ciuili successione, quod est falsum & contra omnia iura. Bart. non soluit suam oppo. quæ leuis fuit quia alius est sensus l. vt hic per Pau. de Cast. in fi. l. & Alex. col. 1. ac per alios & dicebam aliàs ꝙ verba illa ces. lega. suc. sunt verba narratiua facti propositi ex quibus non licet arguere modo aliquo, vt infra dicam quæ sol. morderi potest, quia vt. j. dicam licet Imperator ad interrogata respondeat, tamen non dicit nec apparet ꝙ quæ in prima parte. l. referuntur essent omnia narratiua facti à parte proposita, ideo sol. Pau. Ale. & aliorum ad hanc. l. in illis verbis cess. leg. suc. interpretantium & declarantium bona est & realis.

t8 Quando aūt ablatiui absoluti resoluātur in cōdi. latè tradunt Ias. & alij in rub. sol. mat. & doc. in varijs cōsilijs.

Redeundo ergo ad intellectus positos hic per accresc. primus fuit ꝙ lex nostra intelligatur in successione linęę maternæ, nō autem paternæ ꝙ quibusdam liberis quibus delata fuit bonorum poss. illam omittentibus agnoscere, cum nulla alia via ad successionem ipsam venire possint. sicque penitus exclusi sint portionibus sibi delatis accrescunt illis, qui partes suas agnouerunt.

Mouetur gloss. quia in successione lineæ paternæ filius ab vno capite exclusus, ex alijs ad hue venire potest. §. sed videndum. l. 1. ff. de suc. edic. & l. pen. ff. quis ordo in bon. possess. serue. & consequenter illius portio penitus, & ex toto non defecisset. secus in successione lineæ maternę in qua non competunt dicta capita intelligit tamē gloss. ꝙ dixit de filijs, qui possunt ex alijs capitibus venire ad successionem lineæ paternæ, licet exclusi à quibusdam præcedentibus, quando alij liberi in remotioribus gradibus essent, aliàs autem existentes in priori gradu ipsos excluderent, quod in terminis istius legis parum saperet si exēplificaremus in successione lineæ paternæ. nam sicuti ét hic vult Barto. loquitur hæc lex, in liberis quibus bono. possess. vniformiter delata erat, sicq; omnes in primo gradu erant, vt hic etiam per Corne. Rimin. Deci. & alios. Ab ista impugnatione rem alio modo considerando, hic

primus intellectus defendi potest, etiam intelligendo q omnes liberi in primo gradu essent, quia & si vno capite repudiato, ex alijs capitibus venire nequeant existentibus in eodem gradu alijs liberis, qui repudiantibus pręferuntur, & alios vincunt, attento iure prętorio, bene tamē possunt ad eandem hęreditatem de iure ciuili cum alijs in dicto primo gradu existentibus venire, cū ab illa non excludantur, anno aut repudiatione limitate facta à iure prętorio videlicet, vt post Fulg. & Pau. de Ca. volunt hic Alc. & Rim. ita q à vero alienum est q cesset legitima successio.

Subiungit etiam hic Alc. post Cyn. & antiquos q licet in hæreditate matris nequeat hęc prima lectura procedere ratione assignata per Bal. Alex. & alios, saluari tamen potest, intelligēdo aliam non in hæreditate matris, sed in successione aui materni, vel auiæ materne de qua successione senatus consult. orfici. non loquebatur, sed hoc modo intelligendo [19] † diuinat in primis interpretari q loquatur in successione lineæ maternæ.

Secundò magis diuinat, & .s. modum restringit legem hanc intelligēdo prout oporteret secundum exemplum gl. non in successione ipsius matris, sed aui aut auiæ maternæ, de quibus non loquebatur orfic. quia ad successionem matris venire potuisset etiam de iure ciuili, ita q nō cessaret legitima successio iuxta tex. l. nostræ.

Tertiò refragantur verba istius. l. loquentis de liberis quorum appellatione in ista materia non continentur liberi, nisi respectu hæreditatis lineæ iłe paternæ vt patet ex tit. ff. vnde lib. vt hic per Rimi. Deci. & Cur.

Quartò & vlti. quia non conuenit nec quadrat verbis l. nostræ ibi quibusdam omittentibus, quod vt. j. ostendā cum mysterio in plurali est dictum & positum, & ibi his solis qui agnouerunt.

Ex dictis tamen per gl. in ista prima lectura conclusionē colligimus, q exclusus à successione ex vno capite ad eādem ex alio diuerso capite in præiudicium alterius qui sibi æqualis in primo capite erat venire nō potest, quod est not. secundum Are. ad intelligentiam, & limitationē. §. sed videndum. sequuntur Soz. in consi. 63 col. 3. lib. 1. & Deci. hic. col. 3. & 4. de quo casus vt mihi videtur est insti. de bon. pos. §. pen. ibi eiusdem gradus personis accrescit, ergo ab eo capite exclusus ex alio id non consequitur. cū igitur in primo gradu existentes eum præcedant, mirum non est, si in eorum præiudicium ad alteram successionē venire non potest ex capite à quo exclusus reperitur, nec etiam ex remotiori propter obicem, & obstaculum præcedentis eum in gradu, iuribus præallegatis. [20] hinc † etiam notanter dixit hic Bal. in 2. col. q ad caput cui quis renūciat nunquam reuertitur siue in eo capite habeat cohęredes siue non vt probari dicit in d. §. sed videndum & in §. admonendi. institu. de hęr. quę ab intestato. ad quod vide etiam Deci. in l. si emancipati. col. 5. & seq. ff. de colla. quando tamē filius ex. c. agnatorum venit excludit alios agnatos, etiam quādo venit ex c. cognatorum cognatos vt hic [21] per Deci. col. 3. & 4. † & hoc est quia tanquam suus semper venit, & propter originalem naturam filiationis. existentem in illo. l. de bonis. §. huic autem edicto. ff. de carb. edic. & latius vidimus in l. 1. quia admitti, & dum conclu[22]dit † q pariter nepos qui est in secūdo gradu à capite vnde liberi exclusus. si veniat ex secundo vnde legitimi, cum fratre carnali defuncti illum excludet cum in locum patris succedat, & ex persona patris veniat. §. cum filius inst. de hęr. quę ab intestato deferuntur, ideò quemadmodū pater eum exclusisset vt dictum est: ita nepos ipse prædicti fratris filius, licet Seue. de hoc dubitauerit, & sequitur hic Simpliciter Curt. in 4. col. faciunt plura quæ ad tex. d. §. cum filius scribunt Alex. in consi. 204. considera lib. 2. Sozi. consi. 101. vol. 2. Dec. in consi. 1. in consi. 284. 527. 551. & 658. & Ias. in consi. 159. vol. 4. Sunt etiam qui dicant filium à capite vnde liberi exclusum posse per caput vnde legitimi cum existentibus in primo gradu cōcurrere, quia vt diximus de iure ciuili succedere potest. ergo habebit vnde legitimi. l. 2. in fin. ff. vnde legi. & ad text. in §. admonendi instit. de heredi. quę ab inte. respondetur debere intelligi quando succedentes per vnde legitimi sui non sunt quod est contra generalitatem illius tex. & contra. §. pen. instit. de bon. possess. item quia, vt patet ex titulis vnde liberi, & vnde legitimi, tā in C. quàm in ff. caput liberorum tanquàm primum & pręcedens excludit semper caput legitimorum, prout etiam hic voluit Bart.

[23] Et signandum est. † q circa hanc primam lecturam dixit hic Saly. q repudians bonorum posses. vnde cognati, videtur etiam repudiare bono. posses. vnde legitimi, quæ prius defertur, renunciando igitur consequenti, videtur voluisse renunciare etiam antecedenti ex necessitate. l. illud de acqui. hære. sequitur hanc decisionem hic Alex. in 2. col. reputans notandum. Idem. facit Cor. in 1. col. quāuis subijciat vrgenti ratione non probari, q bonorū possessio vnde legitimi ex capite generali, præferatur bonorum possessioni vnde cognati in eadem persona, vel inter succedentes eodem gradu, sed satis probatur ex generalitate. l. primæ. ff. quis ordo, & d. §. admonendi cum pluribus similibus in quibus caput vnde legitimi semper præponitur capiti vnde cognati. & pro decisione Sal. videtur tex. in l. nec ijs in §. 1. ff. de acquir. hæredi. & ibi not. Ias. in prima col. Sed fortius cōtra decisionem Saly. obstat. tex. l. primę. §. decretalis. ff. de successo. edic. vbi repudians decretalem bonorum posses. non intelligitur repudiare edictalem, quę prius defertur, & tamen erat necessarium antecedens, ad hoc vt renunciatio subsisteret, vt ibi dicitur, ergo & in materia ista dici potest non videri quenquam repudiare vltra, & plusquam in expressa repudiatione cōtineatur etiam q sit antecedens necessarium ad validitatem expressi, maximè cum hæ renunciationes sint strictè intelligendæ vulga. l. si domus. ff. de ser. vrba. prædio. Sed respōdeo terminos diuersos esse. nam in §. decretalis nec esse nec dici poterat decretalis nisi per Prætorem interposito decreto à quo vt ibi dicitur denominationē capit, sicq; repudiatio decretalis in potestate partis non erat incipiendo ab illa quæ de futuro erat. ideò nimirum si per dictam renunciationem nō tollitur. l. si ita scriptum in §. si sub conditione. ff. de legatis secundo, cum latè accumulatis per scriben. in l. j. supra de pactis, sed in terminis decisionis Saly. in manu & potestate partis erat facere q omnes illæ bonorum possessiones præsentaneæ essent, & de præsenti vna post alteram competeret, ideò nimirum si tolluntur omnes per talem renūciationem, quę & si multanea respectu temporis videatur eum eodem momento prædicta iura tollat. d. l. illud ratione tamē ordinis & intellectus successiua dicit daturq; prius & posterius, quia primò repudiatum censetur ius primò competens, deinde secundo loco. d. l. illud vbi est casus cum not. ibi per Are. ideò nimirum si in quæstio. Saly. censetur secundum ordinem intellectus renunciatum primò bono. possess. vnde legit. postea vnde cognati, vt actus qui geritur subsistat & valeat. Secundus intellectus glossatoris est, vt intelligatur ista lex in liberis emācipatis in quibus legitima successio cessat, quia à lege duodecim tabula. & à iure ciuili non cognoscebantur. §. emancipati insti. de hæred. quæ ab intest. verificanturq; in eis verba illa cessante legitima successione, hunc intellectum vt cōmunem, planum, verumq; post Odofr. Ci. Albe. & antiquos tenet Pau. de Ca. Alex. Riminal. Deci. & alij Moder. hic. & miratur Pau. de Cast. q Bar. hunc intellectum nō approbauerit, Ias. tamē hic in a. col. & in 2. parte istius glo. in principio & in fi. dicit, q & si intellectus iste in se verus sit, exemplificarique possit in emancipatis in quibus de plano semp procedit absque repudiatione expressa vel tacita, ex quo à lege ciuili non cognoscebantur, ad eas tamen tantum restringi non debet, cum intelligi possit etiam in filis in potestate existentibus ac in alijs, qui expressa vel tacita repudiatione à iure ciuili exclusi sunt, & sic in quibus cessat legitima successio, vt per eum cuius exemplis refragantur verba

tur verba istius legis quæ de liberis loquitur, non autem de alijs personis, de quibus per Iaso. ita quod eius exempla verbis nostrę legis non conueniunt, melius igitur exẽplificauit gl. in emancipa. † in suis verò cur intelligi non posit locumq; sibi hæc lex vendicare ponit hic Deci. & Cur. sed contra prædicta opponitur quòd emancipati secundum iura ciuilia cogniti sint, patet quia ab eis debentur parentibus alimenta. † & similiter ècontrariò lege legatum. ff. de cap. diminuti. item & dos. l. eos. C. eod. titu. ergo & legitima quæ loco alimẽtorum succedit. l. sancim⁹. C. de nuptij, cum ibi not. quam consequentiam fallam hic dicit Bald. in 3. columna. vt patet in fratre qui alimentari debet, & tamen regulariter nulla ei debetur legitima. lege qui filius. ff. vbi pupil. educa. deb. iuncto. §. 1. in authen. de hæredi. & fal. & dictis latè per Alexan. & alios in l. 1. ff. solu. matr. patet similiter in ipsis emancipatis, quibus nulla debetur legitima, quæ tantum debita est descẽdentibus, qui futuri essent hæredes, si defunctus ab intestato decessisset. l. parentibus. ff. de inoffi. test. not. Alexan. in l. si emancipati colum secunda infra. de collatio. ꝙ in emancipatis verificari non põt. d. §. emancipati, ideò &c. & per consequens, emancipati respectu successionis ab intestato, de qua tractamus, à iure ciuili cogniti non erant. Dixit insuper hic Salyce. istud procedere di iure ciuili antiquo, hodie verò sublata differentia emancipationis & patriæ potestatis per iura nouissima vt in authen. de hęredi. ab intesta. venien. in §. nulla, dicendum erit non cessare legitimam successionem in emancipatis, quamuis igitur bono. posses. de iure prætorio exclusi essent perpetuò, de iure ciuili admitterentur, ita ꝙ hodie secundum hunc intellectum præsens lex corrigeretur quod absonũ videtur, cum legum correctio inquantum fieri potest euitanda sit. l. prima supra. de inoffi. don. c. cum expediat de elect. in 6. cum similibus. præterea dicendum non est iuri accrescendi locum non esse nisi etiam de iure ciuili exclusus quis sit, cum saltem reuocabiliter secundum Baldum vendicet sibi locum ipsum accrescendis ius. de quo tamen infra dicam.

Hic secundus intellectus quicqnid præfati scribentes dicant tenendus non est, primò quia diuinationem continet apertam. secundò, quia hanc generalem dispositionẽ supra modum restringit ad emancipatos tantum. tertiò, quia hęc lex hodie correcta esset, quum de iure ciuili nouissimo emancipati cogniti sint. quarto, quia non est cõsentaneus verbis ibi quibusdam omittentibus & ibi his solis qui agnouerunt, quæ vt infra ostendam dicta sunt cum mysterio. sed secundum intellectum gloss. quod hic deciditur procedere etiam in vno, beneficium edicti prætoris omittente, & vis non esset in agnitione contra verba. l. nostræ.

Tertius intellectus gl. est. ꝙ verba illa cessante vltima successione, sint verba narratiua facti, quod de facto sic contigerat. quia cessabat legitima successio, idem tamen & si non cessaret. Bar. Alex. & alij Mod. ab hoc intellectu recedunt, quia Imperator hic quæsitu non respondet, sed venit tradendo regulam generalẽ, quod non videtur procedere, quia vt ex suprascriptione legis apparet, Imperator hic respondet precibus & consultationi cuiusdã Martanę. † prout etiam ferè omnes leges. C. paucis demptis respondendo ad preces & interrogata factę apparent prout notant Ias & alij infra in rub. de cõtratab. & in rub. de testamen. mili. Et in prima parte nostræ. l. factum propositum in secunda decisio. ponitur. Nisi dicas, ꝙ licet Imperator respondeat quæstioni sibi propositæ non tamen apparet de relatione facti formaliter hic facta, sed de decisione generali & sic vt præfati scriben. dicebant qđ no.

Iste tamen intellectus cõmuniter à scribentibus reijcitur, vt hic in 10. col. Ias. tradit, hocq; apparet, quia secundum amplectuntur, vt retuli supra nec iste videtur posse procedere quum hic Imperator retento themate facti propositi respõdeat: quo casu sumi potest argumentum ex verbis narratiuis facti. vt infra dicam, sed hoc falsum est. ꝙ data potentia succedendi, de iure ciuili, non habet locũ ius accres. vt hic per Iaso. in 9. col. & dicemus statim. Præterea vana fuisset dubitatio vtrum in bon. pos. haberet locum ius accrescendi si nihil aliud ad dubitandum concurrisset. quum id esset iam apertè decisum: Icirco per compilatores verisimiliter nõ fuisset factus & positus hic tit. iste noster solum propter talem casum iam manifestè decisum. Refragantur q; verba illa quibusdam omittentibus in plurali prolata cum mysterio iuris vt infra dicam. Et secundum hanc tertiam lecturam procederet ét hæc decisio in vno omittente, quia non esset differentia, an vnus vel plures omitterent. Quod est verum in se & in materia iuris accresc. sed non in terminis istius leg. vt. j. ostendam. quartò cõfunditur per verba. l. nostræ ibi his solis qui agnouerunt ex quibus patet, ꝙ tota vis erat & stabat in agnitione, ergo non in alio.

Colligunt tamen ex hac glo. dicto. quòd ex verbis legislatoris narratiuis facti argui non potest † corroborando, ampliando, & restringendo vt hic per Rimina. Iaso. Deci. & alios allegantes alias gl. & iura pro hac opinione, quamuis per nonnullos soleret hæc gl. ad istud propositum pro singulari allegari de qua materia vide Fely. in c. 1. col. 4 & sequen. de constitutio. & in c. ex literis post gl. ibi de fide instrumen. Barb. in repe. rubricæ qui admitti fol. 7. col. 3. Alex. in l. secunda col. 2. infra de successo. edi. Ias. in rubr. insti. de actio. in secũda col. & in §. quadrupli. in 4. colum. & in l. 1. col. 7. in 4 fallentia. ff. de offi. eius. vbi Aquei. col. 5. & certè vbi verba sunt merè relatiua facti. nec legislator quicquam disponit, nihil est quod ad obseruantiam astringat: vel propter quid ex talibus verbis argui posit ad decisionem alicuius casus, cum factũ proponẽs non habeat potestatem legis condendæ, & ligandi etiam quod vellet. quid igitur mirum si ex talibus verbis narratiuis facti argui non posit?

Limita primò nisi legislator se fundaret super illis verbis facti narratiuis vt hic per Ias. & Deci. & per Decium in c. 2. col. fina. de offi. de leg. Felyn. in locis præallegatis. & Alex. pulchrè in cõsi. 15. lib. 5. Sed aduerte quia limitatio mihi non videtur bona, & si dictum in se verum sit. non enim arguitur tunc à verbis narratiuis facti, sed à verbis dispositiuis legislatoris.

Secunda limitatio Ias. & Barb. in loco pręalleg. cum nõ sit de regula non est bona iuxta. l. nam quod liquidè. ff. de pe. lega. imò dictum videtur fatum, quia si in clementinis omnia verba decisiua & dispositiua sunt, non facti narratiua, quomodò potest hoc conuenire ad limitationem præscriptæ conclusionis?

Tertiò limita vt per Dec. post Imo. in ca. cum accessissent col. 4. de const. videlicet vbi facti narratio à legislatore reprobata non esset. quia approbata censeretur & ex ea argui posset. Sed hæc limitatio eadem cum prima esse videtur. & ideò dicendum est vt circa illam diximus.

Quartò limitat Iaso. secundum aliquos in lege prima col. sexta in prima lectura supra de sacrosan. eccles. quando verba narratiua geminata essent, quod à vero alienum est, nam & si geminata forent, sæpiusq; repetita deesset tñ auctoritas & potestas vt prædiximus, ideò &c. Præterea hoc ibi non dicit Ias. sed solum ꝙ verba nunciatiua legislatoris geminata probant. de quo latius per eundem in l. qui se patris col. 15. j. vnde liberi & per omnes scriben. in l. Balista. ff. ad Trebel.

Quartus est intellectus gloss. quòd illa verba cessante legitima successione in fin. legis debeant poni & legi. & sic velit dicere. text. quòd reiectis agnatis portio liberorum omittentium agnoscere accrescat alijs liberis agnoscentibus portiones suas. Hic intellectus tanquàm verus & planus approbatur per Barto. Bald. Alexand. Deci. & Corne. dicentem approbari. & quod in se verus sit adduco text. apertum & clarum insti. de bon. poss. in §. pen. incipiente & si iutra.

Sed Rimi.Ias.Cur. & alij ad hunc tex. intellectum istũ vt ineptum & literæ non conuenientem reijciunt & dãnant, imò seriem & ordinem ipsius dispositionis & scriptnrę destruit, volens ꝙ verba illa cessante leg. suc.in principio posita in fine legi debeant, transportatis verbis de vno loco ad alium, imò de principio ad finẽ. l. quod fieri non debet vt hic per Rimi.2.qnia secundum hanc intelligentiam idem esset vno omittente ꝙ pluribus, & tamen lex nostra verè facit in pluribus ibi quibusdam &c. item contra hunc intellectum quicquid studio cõtradicendi dicat. Deci. vrgent rationes hic per Iasonem adductæ. Nam prima responsio Decij & saluatio est contra verba ipsius. gl. ibi legitimam successionem loquitur de agnatis.& non exemplificatinè, vt Deci. volebat, & verba debent intelligi per prius & non per posterius, & in potentiori significatu, ac generaliter iuribus vulg. ergo non de agnatis solum.sed propriè de leg.succe.quæ locum habet in pluribus alijs & maxi. ac per prius in liberis primi gradus.secunda eiusdem responsio ad rationem de indubitabili oppositionem nõ tollit, quia ex quo liberi primi gradus adsunt vanum est dubitare vtrum portio omittentiũ transeat potius ad remotiores in gradu quàm ad alios liberos primi gradus, qui portiones suas agnouerunt. præterea fatuum esse diceret ꝙ propter casum hunc clarissimum & indnbitatum compilatores ti.istum hic in C.fecissent. vt in eo hanc legem ponerent, quæ casum iam decisum decideret: postremò talis intelligentia iniuriam faceret elegantiæ & candido sermoni legislatoris hic. absonumq; est dicere ꝙ dicta verba cess.leg.suc.in princi. legis posuisset si in fine constituenda legendaque fuissent. Ex ipsa tamen.4.lectura not.Bald.Alexan.& alij ꝙ ius accrescendi excludit successorium edictum, de quo latius dicam.ĵ.circa nouum intel.huic.l.dandum.

Quintus fuit intelle. Roma. ꝙ lex ista veniat ad restrictionem antiquarum.ll.volentium ꝙ vno repudiante bono.possess.accrescat alijs, vt solum procedant quando in portione repudiara ex toto legitima cessabat successio, sicq; quando de iure ciuili succeddi non poterat. Sed vt hic dicit Ias. in 11.col.iste intellectus non differt ab intellectu gl.in prima & secunda parte, & præterea dicunt Ias. Deci.& alij fuisse prius intellectum Saly. hic. etiam dixit Bal.hic in 1.col.super illis verbis cessante legitima successione, ꝙ si legitima subesset quamuis prętoris remedium omissum esset non accresceret, quia quod non deficit nõ accrescit lege.2.§. si pars hæredita. peta. vnde subijcit nõ prius accrescere quàm exploratum sit neutro iure quem 28 successurum: quia in iure retinendo sufficit ꝙ † ex pluribus remedijs vnũ sit efficax.l. si domus. supra. de ser. vrb. præd. Attamen intellectus iste Roma.generalior est præcedẽtibus intellectibus glossatoris, non enim se restringit ad successionem lineæ maternæ vel ad emancipatos, vt intellectus glossatoris, verum generaliter procedit vbicũque cessat legitima successio & non aliter, quod ita non explicabatur in præcedentibus intellectibus, & per consequens si in portionibus deficientium legitima cesset successio, vel quia non possunt succedere de iure ciuili, aut quia tacitè vel expressè renunciant vt hic per Corne.in 2. 29 col.† Deci.hic in vltima col. sequendo Bald. hunc intellectum reprobat, volens ꝙ licet exclusus à portione sua de iure ciuili venire possit ac locum habeat ius accres. reuocabiliter tamen vt hic per Baldum, quia ius ciuile interim non suspendit edictum prætoris: aliàs prætor & creditores annos triginta expectare deberent, quod absurdum est, adducit tex.in lege prima.§.quibus.ff.de succes.edic.& §. cum igitur versic. liberis. instituti. de bon. possessio. vbi simpliciter dicitur quòd portio successionis non agnitę cęteris eiusdem gradus personis accrescit, nec consonat quòd iura illa restringantur casu quo exclusus à iure prętorio non admitteretur etiam de iure ciuili, 30 quia hoc manifestam continet diuinationem, † propter eà vt iura prędicta concordentur affirmat distinguendũ esse inter ius accrescendi reuocabile, & irreuocabile, quòd quidem ius accrescendi reuocabile locum sibi vendicet in successione prætoria, quamuis exclusus de iure ciuili venire possit per dict. §. quibus & §. cum igitur, non tñ irreuocabiliter, quia exclusus de iure prætorio poterit de iure ciui. venire.l.suum.infra. de iur. delib. cum ibi scrip. quo adeunte portio quæ accrescit reuocabitur, interim verò adiministrabitur successio per eum cui accreuit, 31 lucroque suo cedent fructus † argu.tex.not.in lege si impubes in.§.quæsitum.de car. edic.vt hic per Alexand.col. penulti. & fina. Hanc igitur opinionem quòd ius accrescendi locum habeat reuocabiliter tamen, tenet Bald.hic colum.septima Riminal.penul. Ias. antepenulti. & Dec. vlt. & nonnulli alij recentiores adducentes text. in lege secunda in §.si duo.ff.de secundum tabu.ponderando alternatiuam ibi si noluerit substitutus hæreditatem vel bono.posses.petere, ergo nolente substituto bono.posses. petere licet possit adire locum, habet ius accrescendi reuocabiliter, scilicet per prædicta. Nec obstat si dicat esse alternatiuam legis quæ in copulam resoluitur iuxta not. per Barto.in l.si is qui ducenta in §.vtrum, in quarta oppositione. ff. de reb. dubi. quia regula illa vt ibi declarat Barto. procedit quando circa idem factum lex plura alternatiue determinat, militat enim tunc ratio, quòd nisi resolueretur in copulam, de legis decisione incerti relinqueremur. exempli gratia, si lex concedat filio in hæreditate matris bono.posses. vnde legitimi, vel vnde cognati, alternatiua illa, vel, exponitur pro, &, aliàs incertos nos dimitteret, quæ nam bono.posses. data esset, secus vbi lex circa plura facta alternatiue mentionata vnum determinat, exempli gratia in lege prima. supra. de infamibus, tunc alternatiua naturam suam retinet vt in vtroque de per se verificetur, & sic etiam omnibus concurrentibus procedat, vt ibi in ijs terminis loquitur dictus. §. si duo, dum ait si noluerit hęreditatem adire, vel bono. possessi. petere, ecce plura facta alternatiuè posita, portio vnius accrescit alteri. ecce vnam legis dispositionem quamuis vtroque concurrente locum habet dispositio ipsa, tamen habet etiam locum vno concurrente & per consequens si repudiauerit bonor.posses. locus erit iuri accrescendi, licet de iure ciuili adire possit. Sed non est recedendum ab opin.gloss.& Barto.hic Salyc. ac Roma.& Corn.in secunda colum.aliorumque. est enim co. crebriorque sententia, vt hic attestantur Ias.Corn. & Ioan. Crotus in dicta lege re coniuncti colum.53.in versi.5.quæritur Curt. hic in octaua colum. Pro qua opin.vltra ea quæ citantur hic per Ias.in antepenulti.colum.cum sequenti facit, quia quod non deficit nón accrescit lege secunda.ff.si pars hęredi.pet. Bal.supra.in prima colum.si igitur ex toto portio illa non deficit, ergo non accrescit. prætereà hoc probatur in lege nostra in versicu.cessante legitima successione iuncta decisione Imperatoris super ipsa facti narratione posita, ac iunctis his quæ diximus supra in tertio intellectu glossatoris. Nam vult quòd ita demum accrescat portio exclusi.à bon. posses. si legitima successio deficiat, ergo si de iure ciuili succedi potest, vult ꝙ ius accrescendi locum non habeat. corroboratur huiuscemodi com: opinio alio fortissimo argu.ius accres.locum solum modò habet in partibus deficientium. l. quæ ex duobus in fi.ff.de acqui.hæred.& hic in l.nostra tam in rubro quàm in nigro & in l.prima in §.in his ibi euacuatum, item ibi euanescat, & ibi deficiat &c.infra.de caduci.tollen. verba autem intelligẽda sunt in potentiori significatu lege prima.§.qui in perpetuum.ff.si ager.vec.vel emphyt. pet. cũ multis accumulatis p Barb.in cons.27.col. 7. lib. primo. Aret.in consi.58 .colu. quinta, Pau.de Cast.in consi.241. & 245.in antiquis, Sozin. in consi.25. columna. fina. lib. tertio & in lege in conditionibus in §. si patronatus ad finem. ff. de conditio.& demon. ergo intelligi debet de iure accrescendi irreuocabili, ac de parte penitus, & omni iure deficiente, & sic in potentiori significatu. Postremò probatur

mò probatur hæc pars in dicto.§. quibus, & in d.§. cum igitur dum volunt quòd portio deficiens ad alios vadat & accrescat, perinde ac si qui præcedebat ex eo numero nō fuisset.ergo irreuocabiliter,& sic quamuis Dec.pro se adducat illa iura; tamen subtiliter ponderando probant oppositum, prout etiam volunt Curt. hic in octaua col. & Ioan. crotus in loco præal.Mihi magis placet intelligere quòd iura illa intelligantur in vocatis ad bonor.posses. solum de iure prætorio.aliàs de iure ciuili incogniti,ideò nimirum si pars deficiens accrescit irreuocabiliter agnoscentibus portiones suas.nec veritate subnixum est quod hic inquit Deci.quòd sit diuinare,quod cessaret ibi legitima successio, cum magis diuinationem contineret contraria sententia. per ius enim nouissimum auctenticorū videlicet agnationis, & cognationis emancipationis, & patriæ potestatis sublata fuit differentia. §. nullam in auctenti.de hæredi.ab intestat. venien. igitur de iure illo & tempore dispositionis eorundem iurium vocati ibi per prætorem de iure ciuili non succedebant,ideo rectè ibidem dicitur portionem deficientium ex toto scilicet, & irreuocabiliter accrescere agnoscentibus portiones suas, perinde ac si is qui præcedebat ex eo numero non fuisset, & per consequens vt dicebat Deci.non est restringere illa iura immò generaliter intelliguntur secundum tempora quibus condita fuerunt.

Ad motiuū ac obicem de interesse creditorum & mora quæ illis fieret nisi reuocabiliter diceremus accrescere prout deduxit Ias. respoude vt per Curti. hic col. quinta Ioan.crot.in loco præallegato,& latius per Dec.in ru.infra de successio.edicto. ad §.quæsitum cum gl.s. allegat. respondeo quod licet ibi concedatur, ac tribuatur administrario bonorum hæredi scripto interim & donec ꝓteritus de iur.ciuil,testamentum nullum dicat,nihil facit in materia nostra in iur.accre.quinimmò pupillus,& scripti hæredes diuersis vijs diuersoque iure ibi ad bona hæreditaria veniebant, ita vt iuri accrescendi locus esse non posset vt hic per Cur.in octaua col.& latius per Cor.post Bald.infra de suis & leg.vbi ad illum text.ꝙ quædam iura quæ pro contraria opinione per nonnullos allegantur respondet.§.si duo.potius facit pro hac sententia,quod si tertius substitutus dixit nolle adire vel bono.possessio.petere,accrescer primo.& sic nō sunt verba legislatoris, sed illius substituti per iurison. relata. Qod si dixerit videlicet, se nolle adire vel agnoscere locus sit iuri accrescendi in bonorum possessione sicuti in hęreditate,ergo probat cōtrarium ius ad quod allegabatur, quod nisi tertius ille etiam hæreditatem repudiasset, sicque viam veniendi de iure ciuili ius accrescendi locum non habuisset.Habetis itaque defensatam cōmunem conclusionem, & receptā à doct.sententiam quod non sit locus iu.acre.reuocabiliter nec irreuocabiliter, nisi portio penitus & omni iure, etiam ciuili deficiat.quam opinionē reperio tenuisse Bal. sibimet contrarium hic in prima col.Intellectus verò Roma.hic in fi. approbatus per Cors. in secunda col. nō quadrat literæ, nec bonus est ad text. vt hic per Curtium in octaua col.propter dicta verba his solis quę stant exclusiuè & necessariò præsupponūt quod alij aduenïat quibus accrescit, si enim intelligeremus per illa verba excludi tātum repudiantes, vana esset decisio text. Sed respondent aliqui ea verba exclusiuè stare respectu venientium ex secundo gradu, quæ consideratio in effectu fuit Decij hic in penult col.in versi.nec obstat quod videatur.in alio tamen proposito, dum soluendo oppositionem de indubitabili factam per Ias.contra vltimam lecturam glo. dicebat habere probabilem dubitationem in parte deuoluta per ius accrescendi, de quo loquitur lex ista, non aliæ leges quæ loquuntur simpliciter respectu hæreditatis vel successionis.& latius hoc tradunt nonnulli Taurinen.hic

Sed hæ considerationes confunduntur per l. nostram quæ etiam in iure accrescendi, & sic in partibus deficientibus & accrescentibus, respectum tantum habet ad plures liberos,quibus delata erat bono.posse.quorum alij omiserant,alij agnouerunt, quid fieret de partibus deficiētibus: & non habet consideratione̅ modo aliquo ad agnatos, aut venientes ex secundo gradu, vt prædicti volunt: ideo lex hęc in princip.dicit quoties pluribus liberis &c. & eundem casum de liberis propositum semper prosequitur persona alterius non considerata,vt etiam.j.dicet.

Non est ergo tenendus intell. Rom. quia confunditur per ea quæ in præcedētibus contra aliorū intellectus diximus.& ponderando quod secundum hunc intellectum decideretur hic casus indubitatus,& sępe iam decisus, ꝙ in bon.possessio.locum habet ius accrescen. si portio illa euacūata sit, & penitus deficiat,nonne hoc decisum erat per infinita iura?certe sic lege tertia.§.fin. cum.ll.sequen: ff.de bonorum possessione,lege 2.§.si duo. ff. de secundū tabulas,lege qui ex duabus §.fin.ff.de acquirenda hæreditate.l.vnica.§.in his infra de caducis tollend.non est ergo verisimile,quod hic tactus fuerit iste tit. solum vt decideret pręd.cta vt est clarum & iam decisum:præterea verba. l.nostræ prædictæ intelligentiæ manifestè refragantur dum cum mysterio in plurali dicit quibusdam omittentibus, nam secundum intelle. Rom. non esset vis an vnus vel plures omitterent, apparet ergo alium esse sensum & intelle.& item dū subijcit his solis accrescere qui portiones suas agnouerunt, quæ indicant totam vim legis stare in agnitione,per quam omittentes indistinctè ab omnibus portionibus omittentium excluduntur & agnoscentibus acquiritur,non autem vt intelligebant scriben.punctum consistere in cessatione legitimæ successionis quæ tamen vt in iuribus.s.all.habetur,necessaria est ad hoc vt portio deficiat seu vacet & iuri accre.locus sit.

Sextus intellectus Saly. hic relatus per Decium in nouis additionibus ad fin.intelligentis textum in filijs emancipatis, vt tamen dicamus quod vno repudiante, portio eius accrescat alijs emancipatis. qui eodem iure veniunt, non autem illis qui adiuerunt de iure ciuili. cessante igitur legitima successione, i. vera, remota & legitima successione secundum Salycetum & conuenit dictis verbis his solis,cessatque argumentum supra factum de indubitabili cū quo itellectu transit ibi Decius & in effectu iste est intellectus quē vti nouum per multa verba ponit hic Curtius, quem Recentiores quidam Papienses per plura reprobare nituntur, & certè repugnant verba legis ibi c ssante legitima successione, quæ pariformiter ad omnes liberos referuntur,& pariformiter determināt, & sic loquitur hęc lex solummodo de pluribus liberis eiusdem qualitatis,in quibus videlicet legitima cessabat successio, quorum aliqui omiserunt quidam verò agnouerunt, vt ipsius legis verba manifestè præseferunt, ita quòd sensus prædictus nullo modo huic legi conuenit.

Septimus intellectus Iasonis in penul.col.in versicu, & per ista considera.pessimus est & contra leges, vt hic per Dec. in vltima col. & per Corn. in secunda vbi dicit fuisse intellectum Angeli licet Ias. sibi ascribat & illum aliquibus medijs reprobat Cur. & miror quod Deci.non viderit & Ias. pariter de furto non accusauerit.Item confunditur prædictus intellectus,quia dicta verba cessante legitima successione vt supra dictum fuit,non sunt dispositiua aut decisiua legis,sed narratiua facti propositi,& Angel. Iason. ex his arguunt, vt ex verbis decisiuis legis, ergo male.

Pleriq; Moderniores Taurinenses alium & sic octauū intellectum tradiderunt, exponētes dicta verba concessa legitima successione,idest successione ab intestato iux.§. de illo.l. 4. pro socio.vt sit sensus quod ius accrescēdi impedit succ. edictum. Nec obst. quod lex de indubitabili foret quia respōdet bene decisum inueniri per l. 2. infra. vnde liberi stantibus discendētibus alium succedere non posse,sed non erat decisum quid iuris vbi descendētes illi in primo gradu existentes iure successionis non veniunt. Sed ꝑ ius accrescendi, an alios ab intestato venieṫes excludant,

dant, quod dicēdum videbatur, quia ab intestato succedētes ex tacita voluntate defuncti venire dicuntur. l. conficiuntur. ff. de iure codicill. Sed venientes ex iure accrescēdi immediatè & principaliter vt ff. de vulgari. & pupillari ad finem legis quintæ. propterea videbatur quòd venientes ab intestato qui defuncti voluntatem habent excluderent venientes per ius accrescendi, cum prouisio hominis cessare faciat prouisionem legis, vt supra de pactis cōuen. l. fi. Contrarium tamen deciditur. Nam illud quòd venientes ab intestato ex tacita voluntate defuncti venire dicantur procedit in tenentibus primum locum in alijs non. gl. in lege iustam infra ad trebellianum, nimirum igitur si ab intestato venientes qui hoc casu non tenent primum gradum, & per consequens tacitam voluntatem defuncti non habent excluduntur per ius accrescendi.

Sed & iste intellectus ex illis est qui nihil valent. reincidit enim quasi in idem cum præcedenti Romani, & dicta contra illum huic pariter obstant: eisdemque fundamētis & rationibus quibus præcedens reprobari potest. item quia gl. in dicta lege non iustam, super qua fundatur male loquitur vt in superioribus dixi, † & venientes ab intestato per ius accrescendi quicquid isti dicant ita habent tacitam voluntatem defuncti sicut venientes ab intestato lege si titio in §. iulian. de legatis secundo immo magis a lege fomentatam, quàm simpliciter ab intestato venientes prom in principio Rubricæ demonstrauimus, indagādo quæ fuerit causa iuris accrescendi inductiua.

53

Recentiores quidam Papienses dicunt aliter, & sic nono loco hunc textum posse intelligi, vt dicamus quoties defertur bono. possess. liberis pluribus. portio repudiantis his solis qui agnouerunt accrescit, cessante legitima successione, idest si non absint nepotes subintrantes locum patris §. cum filius insti. de hæred. quæ ab intestato. deferuntur. quia non accrescit tunc solis liberis, vt est text. in lege ex duobus. ff. de contratab. Nepotes igitur subintrantes locum patris, & ex propria persona succedentes iuxta legem secundam cum ibi notatis per Bar. infra de liberis præteritis impedient ius accrescendi. Nec obstat quod ius accrescēdi excludat successorium edictum, quia hoc procedere dicunt inter succedentes ex disparibus gradibus. secus in nepotibus, qui cum patruis concurrunt iuxta not. in authen. præterea infra vnde vir & vxor.

Iste intellectus peior est cæteris, verba enim illa cessante legitima successione ad omnes liberos æqualiter referuntur. & secundum prædictum intellectum requireretur quod ex omnibus liberis legitima successio cessaret, & sic nepotes. sed quid facit ad propositum si non adsint nepotes agnoscentium liberorum hæredes? nihil. dicendum est igitur illa verba cessante legitima successione aliud significare. Secundo non tantum in dictis nepotibus, sed in pluribus alijs personis vt superius dictum est legitima dicitur esse successio, ergo referre dicta verba ad nepotes tantum absurdum est.

Tertio verum nō est quòd hoc casu successorium edictum ius accrescendi impediat † immo ius accrescendi facit maximè hoc casu successorium edictum cessare, vt hic per Curtium in 8. col. Dec. in consi. 181. col. penulti. & in lege pactum quod dotali col. fi. in limitatione, de collatio. nihilq; facit dicta lex si quis ex duobus, quia admissi ibi fuerunt nepotes simul cum patruis. nos verò loquimur quando pater nepotum prius admittebatur & repudiauit aut tempore exclusus est. Hunc igitur intellectum tanquam restrictiuum text. nostri, & diuinatiuum, literæque minimè conuenientem, nec consentaneum immo repugnantem reijcio.

34

35 † Postremo viso & cognito nullum ex intellectibus per scribentes hactenus ad hanc nostram legem datis esse literæ consentaneum, defendiue posse, diuino accedēte adiutorio verū sensum & intellectum ego vobis aperiam demonstrando hanc famigeratam legem sine spiritu, & peregrino sensu non esse. Et pro intelligentia ac declaratione præmitto quód Imperator hic in reassumptione propositi Thematis cum magno mysterio loquitur in plurali numero, de quibusdam liberis omittentibus portiones suas agnoscere potius, quam de vno omittente, item quod accrescit his solis qui portiones suas agnouerunt, quasi dicat non alijs qui nō agnouerunt, licet non repudiauerint illas quas consequi nunc vellent. hic est secretum nostræ legis, hic iacet lepus quem scribentes ante oculos se quotidie offerentem non viderunt, neque prehēdere potuerunt. Et hoc modo intelligēdo casum dubium bellissime determinabit hæc famosa lex. Et difficultas non erit in dictis verbis cess. leg. successu. vt docto. arbitrati sunt, quo casu lex poneret decisionem casus iam pluries, & clarissimè decisi. sed oīs dubitatio legis nostræ fuit in agnitione & omissione partis suæ, an omnes hi liberi qui portiones suas omiserunt agnoscere ab illis exclusi essent. itaque vnus ex omittentibus, puta ad partes aliorum omittētium vnà cum his qui portiones suas agnouerunt venire posset, simulq; cum ipsis agnoscentibus in dictis partibus succedere. de portione. n. sua ipsius, scilicet qui omisit de qua intellexerant omnes scribentes dubium non erat, cum iam esset ab illa exclusus, & remittentibus suum non detur regressus lege quæritur. ff. de ædil. edic. cum alijs adductis super prima lectura glo. sed dubitatio fuit, vt dixi vtrum vnus prædictorum omittentium agnoscere pariter posset cum agnoscentibus ad portiones aliorum, qui non agnouerunt ab intestato venire, & in successione prędicta secum concurrere, quod prima fronte fieri posse videbatur cum vocati omnes de liberis primi gradus essent & sanguine coniuncti, quę quidem naturalis coniunctio, etsi ad ius accrescendi respectu prælationis coniunctorū coniunctione legali nihil operetur secundum Bald. hic in sexta col. septima questio. operatur tamē quantum ad inducendum legitimam coniunctionē eorum, quia plures vocati simul sunt quod ex sanguinis cōiunctione processit. §. cum filius insti. de hæred. quę ab intestato, & maximè operatur quantum ad inducendum successionem vicissitudinariam inter eos §. reliquum in authen. de hær. ab intesta. venien. propterea videbatur, quod omittentes partes eorum possent cum alijs fratribus suis ad portiones fratrum qui non agnouerunt venire, & simul succedere cum eis, in prædictis portionibus per alios omissis, & per volentem succedere non repudiatis. sunt enim bona patris, & successio patris, & non repudiata per illum qui vult cum alijs in illis succedere: ideò videbatur quod possint simul cum alijs venire, cum sint in pari gradu, & pari passu ambulent.

Oppositum tamē hic deciditur, quod totum his solis accrescit qui partes suas agnouerunt, à quibus omittētes exclusi fuere. Nam etiam cognoscētes coniuncti sunt sanguine & coniunctione legali propter ius accrescendi per legem inuētum. l ideo duplici iure coniunctus vno tantum iure coniuncto præfertur lege si ex duobus. la. 1. ff. de contra tab. d. l. re cōiuncti. vbi Bar. in 5. q. 2. par. vtq; seruetur voluntas defuncti, quæ in proposito totum facit, & quæ censetur fuisse vt qui partem hęreditatis acceptauit & cōsecutus est etiam alias partes habeat, vt successio in eodē gradu vnita conseruetur, iuxta legem 1. & 2. ff. de aquir. hær. & l. 1. ij. de cad. tol. propterea dixit hic imperator his solis accrescere qui portiones suas agnouerunt qn legitima cessat successio, intelligēdo vt statim declarabimus, posuitq; prædicta verba his solis taxatiua sapientia, vt includeret omnes agnoscētes, & excluderet omnes omittētes agnoscere, non tantum à portionibus per eos omissis, quātum à portionibus aliorum omittētium: quia nullus eorum potest cum agnoscētibus venire ad partem alicuius ex prædictis omittētibus Quoties igitur inquit Imperator pluribus. liberis bonorū possessio defertur, cessante legitima successione hoc est quia de iure ciuili succedi non possit, vt in emancipatis, exempli gratia, à iure ciuili secundum hæc tempora, & iura incognitis. §. emancipati insti

36

ti inst. de hær.quæ ab intestato, vel quia legitimæ successioni expressè, vel tacitè renunciatum fuerit, quibus casibus vt hic in 2. col.ponit Corn. legitima successio cesset omittentibus quibusdā ipsorum partes sibi delatas agnoscere, id totum his solis accrescit qui portiones suas agnouerunt, ita φ ad portiones deficiētes nemo omittentium suam agnoscere, potest cum alijs agnoscentibus venire: quamuis omnes sint de liberis & sanguine, coniuncti, sed accrescunt agnoscentibus portiones suas tātum, quia cū sint eiusdem gradus, & sanguine coniuncti prædictæque successionis partem habeant, & portio accrescat portioni velut alluuio ipsis solis, quod alij omiserunt accrescit quia portionem habent cui deficiētes partes possunt accrescere, sicq; propter ius accrescendi excludunt successorium edictum, & coniunctos sola ratione sanguinis repellunt, similis tex.quem ego solus noto in successione ciuili loquens est in §.fin.instit.de S.C.orfi.qui similiter dicit quod si ex pluribus legitimis hæredi.qui omiserint hęreditatem alij adierint portiones omittentium accrescunt reliquis qui adierunt. Audistis dilectissimi auditores huius difficilis, & famosæ legis elegantem peregrinū & pulcherrimum intellectum, possumusque cum Hieron. dicere hoc doctus Plato nesciuit, Demosthenes ignorauit.

37 † Sæpenumero Deus reuelauit minimo quod abscondit maioribus, iuxta textum qui reputatur aureis literis scribendus in lege prima col. secunda versiculo sed neque ex multitudine. C. de veter. iure enucleando, cui tamen est consimilis in capit. esto subiectus nonagesima quinta distinctione, de quibus iuribus festū facientes hoc tradunt, Barbatias in consi.primo ad finem, in secundo volumine, & in tertio volumine, col.29.cum sequen.& in c.1.col.20. de consti. ac Cors.in singu. suis in verbo opinio legis vltimæ, nō defuerunt quidam Moderniculi qui tacito autore non erubuerunt hunc meum intellectum sibi appropriare quamuis ignorantia ducti rem apprime intelligere & decurrere nesciuerint, vt ex prima lectura mea, & illorum chartis videri potest.

Ius igitur accrescendi etiam in liberis primi gradus pariterque sanguine coniunctis, excludit successorium edictum, illudq; vincit etiam in causa intestati hoc vult iste, textus modo prædicto declaratus, non autem secundum quartam lecturam glossæ prout super ea notabant Bald. Alex.& alij, quia intellectus ille quartus literam destruit, & tanquam de indubitabili in terminis suis illum reprobatum supra vidimus.

38 Quid sit successorium edictum † patet ex legibus titulorum quæ de hac materia loquuntur. & ponit Decius. ĵ.de successorio edicto, & in l.qui se patris char.pen.ĵ.vnde liberi † tractans etiam an in suis locum habeat.

39 Quod autem regulariter fortius & potentius sit ius accrescendi quam ius edicti succes. probatur in lege meminimus in versicu. successionis videlicet iure, vbi Baldus Fulgosius & Corsetus not.ĵ. de legitimis hæredibus in §. pen.instit.de bonorum possessio. Et in lege nostra secundum intellectum meum, etiam quod exclusi p repudiationem essent de liberis primi gradus. Ratio autē est quia facilius aliquid accrescit, quā deuoluatur. cum in habentibus symbolum facilior sit trāsitus, quia illud facilius inducitur in quo minor digressio reperit, similitudo.n.generationis causa est, dissimilitudo causa contrarij secundum Bal.in commento nostræ legis in quarta col.quę ra-

40 tiones philosophicæ sunt, legales † verò, & palpabiles assignari possunt, quia veniens p ius accrescendi tacite substitutus dicitur, & tacitam propterea defuncti voluntatē habere, dicta lege, si Titio in §. Iulia. ff. de legatis secundo, lege prima & secunda. ff. de acqrenda hæreditate. veniens autem per successorium edictum cum ex inferiori gradu accedat, talem defuncti voluntatem non habet iuxta gl. legis nō iustam. ĵ.ad trebellianum quam tamen in sui generalitate reprobauimus.supra. rursus in iure accrescendi portio accrescit portioni lege si titio in fi. ff. de vsufructu, lege si totam ff. de acquirenda hæreditate ille qui venit per successorium edictum nullam portionem habet ergo deficiens portio ad eum transire non potest, sed præfertur portionem habens, maximè cum ius accrescendi gradum non mutet sitque eiusdem naturæ, & qualitatis, cuius est portio, cui vnitur secundum Baldum. has rationes assignant in varijs locis scriben. vt per Deci. infra col. fin.& Cur.septima.

Limitat prædicta notabiliter Bald. hic in 5. colu.in 2. q.quando ille qui vult venire per successorium edictum concurreret in parte repudiata cū illo cui deberet accrescere per text. cum glo. fin. ad finem in authen. pręterea. infra. vnde vir & vxor, vbi repudiantibus descendētibus, & ascendentibus si transuersales ex successorio edicto venientes accepient, obstant iuri accrescendi inopis coniugis, & hoc casu success. caput iuri accrescendi obstat, idē enim operatur aliquid non esse vel reduci ad non esse, sed si à principio non extarent asceadentes & descendentes coniugē tamen inopē coarctarēt trāsuersales, ergo idē in liberis, & parentibus repudiantibus vel alio mō exclusis, si autem coniungi obicē non haber, idest concurrētem, tūc totum ei accrescit. hoc igitur casu non est mirum successorium edictum excludere ius accrescendi: quia quodlibet caput facit partem Alexan. & Ias. supra in quarto intellectu glossatoris Deci. in vltima. col. Cur. in septima & octaua & alij Mod. prælatióue omnes in dicta authentica præterea, limitationem Bald. communiter sequuntur, dicitq; ibidem Cur. in pen. col. quod absque dubio, si aliqui trāsuersales admissi repudiant, quidam nō, portio repudiata non accrescit vxori sed alijs transuersalibus quia dummodo eorum aliquis sit, vxor non habet nisi quar-

41 tam † ideo in successione limitata nō haberet locum ius accrescendi arg. legis in agri. ff. de acqui. re. do si verò omnes repudiarunt in totum admittitur vxor ex persona propria, vel per ius accrescendi, vt ibi per eum quicquid dicat Ioan. crotus in d. lege. re coniuncti in vltim. charta. in 25. quæstio.

Prędicta limitatio Bald. primafacie obstare intellectui meo videtur: quia videtur quòd liberi qui portionem suā agnoscere omisserunt in portionibus p alios repudiatis, concurrūt cum illis qui suam agnouerunt, cum sint in eodem gradu, & quodlibet caput partem facit, ergo ius accrescendi non debet hoc casu pręterri per dictam decisionem Bald. à doctoribus cōmuniter receptam. sed respondetur quòd in dicta authen. pręterea, portio repudiata nō vacat cū transuersales ex dispositione legis primę eiusdem tituli vnde vir & vxor.& in dodrātem succedant statim, ideo nimirum si nō accrescit, quia vt supra diximus quod non deficit non accrescit. ita bene intuenti voluit idem Bald. in d. l. auth. præterea col. 1. sed in terminis nostræ legis portio omissa per vnum ex dictis liberis deficit,

42 & vacat, ideo &c. † contra tamen prædictam limitationē Bald. obstat cōmunis doctorum decisio de filia quæ mediante dote, paternę renunciauit hęreditati inde mortua est relictis filijs, vtrum filij per successorium edictum ad portionē matris admittātur exclusis auunculis, & matris fratribus, qui per ius accrescendi venire possent, vel excludātur per dictos fratres matris cum quibus in locum matris succedēdo poterant concurrere? scribētes infra relati duos casus faciunt, primum pro indubitato habent quādo viuo patre decessit filia, quod filij non excluduntur, nisi filia dotem habuisset, seque illa contentam dixisset & renunciasset, secundus est, quādo filia renuncians post mortem patris obijt, & concludunt quod nepotes excluduntur per fratres matris iuri accrescēdi innitentes ob renūciationem filię, vt per Alexan.& alios in lege pactū quod dotali infra de collationibus. Decius hic in vlti. col. & super dicta lege pactum in penulti. col. & in cōsi. 181. & sic Curtius hic in septima. col. reprobat solutionē Decij aliter, soluens. sequuntur etiam Moderniores in repetione, legis pater filium charta decimatertia col. fin. ff. de inofficioso

muniter præfati scrib. abstinendi benificium non annale, sed perpetuum esse per regulam l. purè in fin. ff. de exce. doli. Cur. hoc tenet quod sit annale & quod si filius patia 50 tur annum labi quod non abstineat, nec voluntatem eius declaret, amplius abstinere non poterit † quia regu. d. le. purè non procedit quando exceptio talis est quæ ad excipientis libitum ad actum deduci potest, vt à cessante ratione text. ille probat, & ponit Bar. in l. 2. ff. de except. & Alex. in l. nam & postea in princip. ff. de iureiur. cum ergo in facultate filij sit abstinere, consequens est abstinendi beneficium annale esse. respódebam aliàs quod etsi in potestate filij sit abstinere, post quàm tamé abstinuit in manu ac potestate sua non est abstinendi beneficium opponere, nisi conueniatur. Sed non tollit difficultatem, cum sit in potestate filij abstinédi voluntaté declarare, quod si non faciat elapso tempore nó videtur facere posse, & per consequens nec posteà contra creditores eum conuenientes abstinendi beneficium opponere. Pro solutione vide Soz. in d. l. si filius qui patri in 2. no. nam quod dicit Curt. procederet in expressa abstensione, sed in tacita quæ sine alia declaratione voluntatis fit secus est, cum tutus sit filius absque alia declaratione. Ideo semper dictum abstinendi beneficium poterit opponere cum se nó immiscédo abstinuisse censeatur vt ibi per Sozin. Circa vltimum,

51 † an ius substitutionis potentius sit quam ius accrescédi illudque impediat & excludat doct. communiter concludunt quod sic, iura hoc probantia plura sunt in §. si duo. l. 2. ff. de secundum tab. in l. pen. ff. de iniusto rupto in leg. ff. j. de hæred. insti. cum not. ibi per Ias. in 7. no. hicque, & latius in d. l. re coniuncti co. 37. cum seq. in 3. questio. Bar. vbi etiam per alios Mod. & per Dec. in l. testamenta. ff. de impube. & alijs substitutio. & latius per Bolognin. in 52 consi. 66. rationem cóclusionis assignant, † quia substitutus ex expresso iudicio testatoris venit, propterea ius accrescendi quod ex tacito, vt dictum est procedit, cessare facit, cum expressum tacitum cessare faciat lege cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. ista ratio confunditur per tex. in d. l. fi. cum not. per Ias. ibi & in alijs locis præallegat. quia si substitutio tacita ius accrescendi cessare facit, vt ibi oportet dicere aliam fuisse rationem in substitutione quæ faciat cessare ius accrescendi, quia ea attenta, tacita substitutio ius accrescendi cessare non faceret, propterea Lancel. pol. in tractatu substitutionum fol. 23. col. 4. in 3. effectu, & in dicta l. re coniuncti. sub titu. an & quando coniun-

53 cti præferatur substituto, † dicit ius accrescédi esse quoddam ius & remedium subsidiarium quod cæteris deficiétibus competit, & remedium subsidiarium alia remedia, quæ priora sunt expectat, lege in rem. ff. mádati, ideo &c. & quod sit remedium subsidiarium voluit etiá Deci. in dicta l. testamento. prædictam rationem alio modo deducendo, & pariter Rip. in d. l. re coniuncti col. 4. in 3. q. Bar. quia ius accrescendi non competit nisi portio penitus deficiat. Sed veniente substituto non deficit penitus: ergo quod non satisfaciat, cum portio, quátum sit ad ipsum institutum respectu ipsius non adeuntis vel non agnoscétis penitus satis deficere videtur, & iura solum considerant exclusionem ipsius heredis, vt portio sua deficere dicatur alijsque accrescere vt in l. nostra & in l. 3. §. fi. cum ll. seq. ff. de bono poss. & in l. qui ex duabus ad fi. ff. de acqui. hære. cum simi. † propterea in expressa substitutione ratio 3

54 scribé. assignata quia expressum facit cessare tacitum, bona videtur, cum id verum sit, nec possit negari. In tacita verò substitutione illud contingere potest dici vt testatoris voluntas seruetur, quia ex quo substitutú dedit voluntatis suę fuisse videtur vt ad eú transiret portio illa, nó aũ tem penes coheredes remaneret, ideo seruandum esse l. in conditionibus. ff. de cond. & demon. l. cum auus co. tit. cum similibus, dicamque hoc casu non esse in iure accrescendi testatoris tacitum iudicium. Sed in substitutione tm̃, aliàs enim vnum tacitum aliud pariter tacitum cessare non faceret, cum par in parem nó habeat potestatem

l. ille à quo. §. intempestiuum. ff. ad trebellia. Ex quo colligi potest solutio ad eaque scribit Rui. in repe. §. & quid si tantum legis gallus in 39. col. cum sequen. de liberis & posthu. vbi contrarium attentauit quod veniens per ius accrescendi substitutum tacitè excludat, respondendo ad præallegatam legem fin. vt ibi per eum. Ad corroborationem prædictorum facit optimè tex. cum ibi not. per Are. in l. toties. ff. de acquir. hæredi. & statim dicam.

Restringitur tamen ampliatio prædicta de tacita substitutione vt per Ias. & Rip. in locis præallega.

55 Ampliatur secundo conclusio prædicta † vt procedat etiam in insubstitutione inualida per l. pe. ff. de iniusto ru. vt notat Iason. & alij in d. lege. fina. in quinto. notabili. Declarando tamen latius, vt per Poli. & Ripam in locis, supra allegatis

Limitatur prædicta conclusio vt procedat, quádo substitutus alius est à coniuncto, aliàs simul stant in eodem subiecto Bal. hic. col. 7. in 10. quęstione per dictam legem testamento, vbi idem, Bal. rationem ponit, quia substitutio fit ad augendum, ideò non minuit, ad idé. tex. notab. in lege quidam eulogio infra de iure deliberan. vbi Cor. post Bal. colligit not. quod potentius est ius accrescend. qđ competit eo ipso quod quis sibi ipsi datus sit cohęres, quàm illud quod competit dato alio cohærede, quia excludit ius accrescendi in persona alterius propter duplex ius institutionis. & iuris accrescend. quod est in persona eiusdem circa eandem personam vt ibi. & quis Decius in dicta lege testamento teneat quod immo in casu istius limitatio. cessat ius accrescendi, & hæres veniat virtute substitutionis, quamuis portionem illam in qua substitutus est reculare nó posset per textum in lege si quis heres institutus in principio. ff. de acquirenda hereditate vbi Are. de quo Dec. non facit mentionem hoc tradit. Idem etiá volens in lege. toties ad finem illo eodem titulo.

Sed communis est ad oppo. vt per omnes in dicta lege testamento, vbi Curtius respondet cuidam subtili Argumento Acc. in locis præallegatis facto. Mihi etiam videtur quod textus dictæ legis si quis heres dicat cótrarium eius ad quod citatur per Decium in assignatione rationis ibi quoniam inuito accrescit, ergo venit ibi hæres non iure substitutionis, sed per ius accrescendi, restringe tamen hãc limitat. vt ibi per Pau. Alex. & Cur. licet Cor. ibi reprehendat, Paul. de Cast.

Limitatur etiam conclusio pluribus modis vt per Ias. & Modernio. in d. l. re coniuncti in 3. q. Bar. & Lanc. politum in locis præallega.

56 Vltimo stringe respectu transmissionis, † quia potentius est ius accrescendi quantum ad transmissionem quá ius substitutionis l. si ex pluribus. ff. de suis & legit. ampliádo & restringẽdo vt in euidentialibus dixi vbi rationem conclusionis posui.

57 Iuxta prædicta † cadit hic notabilis articulus nunquid faciens alicui partem, ius accrescendi excludat? Bald. hic in 5. col. in 2. quæstione dicit quod omnis q alteri parté facit ius accrescendi excludit in persona illius, & ratio assignari potest, quia portio ex toto non deficit, prout natura iu. accrescend. exigit quemadmodum in superioribus diximus & in terminis declarat Pau. de Cast. in l. plane in §. si cóiuncti. ff. de leg. primo, secus in eo qui nó facit partem, vult dicere Bal. quod non admittitur ad partem, propterea non impedit ius accrescendi, sed intellige nec admitti speratur iure aliquo agendi, vel retinendi de rigore, aut ex æquitate vt infra. post Pau. de Cast. dicam, aliàs secus vt per Ripam in d. l. re coniuncti colu. 33. ponentem quatuor casus in quibus qui nó admittitur ad partem, facit tamen partem, & ius accrescendi impedit, sunt enim duę regulę quas voluit Bald. tangere. quę valde notabiles, sunt, vna est quod ille qui admittitur ad partem, facit alteri partem dicta lege planè §. si duobus in verticulo planè, qui verò nó admittitur ad partem nec admitti speratur, iure aliquo agendi vel retinendi de rigore vel æquitate li-

cuti

cuti non admittitur ad partem ita non facit alteri partẽ, aliàs secus tex. est in l. qui repugnãtis. ff. de inoffi. testa. & in d. §. si duobus, & vtrobique no. Pau. de Ca. Hoc autem est dicere partem facere eum qui admittitur ad partem, idest reficere coniunctum partiarium & ne plus sua parte recipiat: & econtrario non facere partem eũ qui non ad mittitur ad partem, idest non impedire locium: quin totũ accipiat, licq; eum partiarium nõ facere. hæc materia longa est, & vtilis ad plures quæstiones, An quomodo, & qñ ille qui ad partem nõ admittitur alteri partem faciat, de qua videre poteris Are. & alios scribẽtes in §. coniuncti, & in §. si duobus præallegatis. Bar. & repetentes in l. pater filium ff. de inofficio. testa. Pau. de Ca. in consi. 252. cum sequen. in antiquis, Ful. in consil. 55. Raph. comen. in consi. 35. Cor. in consi. 197. lib. 1. & 48. in 2. & 198. in 3. Gui. papæ. in quæstio. 295. Soz. in d. l. si filius qui patri col. 10. & in consil. 97. lib. 3. Ias. in consil. 65. lib. 1. Decium in consi. 607. Io. crotum in dicta lege re coniuncti fol. 12. late Modern. astenses in tractatu exclusiuo fœminarum stantibus agnatis articulo decimotertio, quæstione tertia, Zasium Germanum oratoriè magis, & literaliter quàm legaliter declarantem in suis intellectibus char. 56. & Modernum Ale. in con. 56. & 122.

Glossa fina. diuiditur in quatuor, vel quinque partes vt hic per Rimin. & Ias. estq; clara, & quamuis Bal. Paulus, & Riminaldus eam puerilem esse dicant, Ale. tamen eius doctrinam communiter approbatam tradit quod à veritate alienum esse statim demonstrabo, eumque in pluribus errore labi, & corrigi per scribentes.

58 Ex prima parte colligite primo † quòd pars deficiens alijs ipso iure accrescit absque alia petitione de quo diximus. 9. euidentiali, & in secundo notabili ampliando & limitando, propterea plures notabiles resultãt effectus, vt ex ibi dictis apparet quod nõ requiritur aliud decretum prætoris, nec præsentia iudicis. Item quod tempus non currit, vt faceret si noua agnitione opus esset, currere. n. tempus centum dierum extraneis, & liberis anni iuxta legem secundam & legem emancipata titulo primo, & legem primam supra de successo. edict. faciunt quæ hic Riminaldus scribit.

59 Secundo ex hac gl. colligitur † quòd inter succedentes diuerso iure portio accrescit mediante noua agnitione lege sed cum patrono in princip. ff. de bonorum posse. quod verum non est: quia vt statim dicam inter succedentes diuerso iure non est locus iuri accrescendi, ita vult Iurisconsul. ibi proposuit enim thema in patrono præterito cui prætor dat bonorum possessionem contra tabulas liberti pro tertia parte, & hæredi descripto, cui secundum tabulas reliquum competit, Subiungit nõ habere locum in dicto casu ius accrescẽdi ex quo postea per dictionem igitur, quæ regulariter illationem ex præcedentibus facit lege diuus cum similibus. ff. de custo. reorum, infert quòd omittente scripto hærede bonorum possessionem secundum tabulas patrono pollicetur ptor nominatim bonorum possessionem alterius partis, cum cæteri quibus accrescendi ius est semel deberent agnoscere. vult ergo manifestè quod inter patronum, & hæredem scriptum ius

60 accrescendi eo casu nõ sit † & aduerte quod non aperit ille tex. quæ & qualis sit illa possessio quam prætor patrono polliciter scripto hærede omittente Cor. hic col. secũda post Rapha. ait quod ibi portio deficiens non per ius accrescendi, sed iure substitionis deuoluitur: facit lex si solus in principi. ff. de acquirenda hæreditate secundum verum intellectum de quo in secundo euidẽtiali dictũ fuit, & secundum Bar. in dicta lege sed cum patrono cõsequitur ibi patronus totam liberti successionem per bonorũ possessionem vnde legitimi, per legẽ secundam supra vnde legimi, & §. cumque ante institu. de bono. posses. & illa bonorum possess. contra. tab. primò data scripto omittente in bonorum posses. vnde legitimi conuertitur vt ibi per Barto. ita quod eodẽ iure totam successionem liberti defuncti patronus cõsequitur. faciunt quæ diximus in superioribus indagantes causam introductam iuris accrescendi citando legem eũ qui ædes. ff. de vsuca. & in proposito dicemus etiam statim. probatur igitur in dicta lege, sed cum patrono quod inter succedentes diuerso iure accrescendi ius locum non habet, ad quod secundum Cor. hic in secunda col. doct. communiter illam legẽ allegãt,

61 † adde etiam Are. in l. si totã in fi. & in l. qui patri. col. 3. ff. de acqui. hæredi. & Fulg. in consi. 55. col. 2. dicentes quod pariter ius collationis delatum est his qui ex eodem capite nõ ex diuerso à iure vocantur. l. paterfamilias cum. l. sequen. ff. de coll. dotis & l. contra filium in §. videamus. ff. de bono. poss. & quamuis. d. l. sed cum patrono per doct. pro sing. ad prædictam conclu. allegari soleat. adest tamen alius not. tex. & clarus ad idẽ in l. fine in §. ex duobus. ff. de iur. pa. quem Bar. ibi tanquam sin. no. quod habẽti portionem iure institutionis portio eius qui per cõtratab. venit non accrescit, secus dicit si ambo per contratab. venirent: quia eodem niterentur iure. sunt tamen diuersi casus prædictarum. ll. quia in terminis legis, sed cum patrono veniebat præteritus patronus per contratab cessante iure accres. vt dictũ est, sed in §. ex duobus institutus erat altero præterito, & tamen eodem modo dicitur non esse iuri accrescendi locum, quia diuerso iure veniunt.

Et secundum Saly. hic in 1. quæstio. eodem iure succedere aliqui dicuntur quando omnes ex testamento, vel omnes ab intestato succedũt, aut omnes de iure ciuili, vel omnes de iure prætorio, seu oẽs per secũdum tabulas, seu omnes per contratabulas. vt. ff. de bonorum possess. l. 3. §. fi. cum duabus. ll. sequentibus. iure verò diuerso cũ quidam ex testamento, quidam ab intestato alij per s.m, cæteri per contratabulas veniunt, vt in dicta lege sed cum patrono vel alij de iure ciuili quidam de iure prætorio, vt ibi no. & est ratio: quia eadem res, & eadem acquisitio diuerso iure censere non debet argu. d. l. eum qui ædes, & l. Papin. exuli. ff. de min. & l. fin. ff. de cal. & sequitur Ias. in d. l. re coniuncti. col. 47. versic. 10. inter succedentes diuerso iure, & alij scrib. & prius hoc voluit Bar. in §. fi. d. l. tertiæ, Ful. tamen hic contrariam opinionem tenuit tanquam meliorem, sequuntur plerique moderni, & Pol. in d. l. re coniuncti sub titulo, quando habeat locum ius accrescendi col. fi. & Mod. li. 4. paradoxorum, licet de prædictis non faciat mentionem.

Et pro ista conclusione multa adducuntur, in primis tex. in l. si certam §. primo supra de mil. testam, vbi licet vnus iure militari successerit alter paganico & cõmuni, locus est iuri accrescendi prout vult tex. in illis verbis totam hæreditatem defendere, secundo per tex. in §. fin. l. filium. ff. de leg. præstan. vbi portio illius qui de iure communi debeat succedere, ei qui de iure speciali successit accrescit. per quẽ tex. dicunt Bar. Pau. & Sozi. in l. mulieri col. fi. ff. de condi. & demonstra. quod si legatarius ætate minor legati partem suam repudiet posteaque in integrum restituatur alterius portio sibi accrescit quãuis speciali iure succedat. tertio adducuntur notat. in l. quoties infra de hæredibus instituẽdis vbi portio vniuersaliter instituti accrescit in re certa instituto, qui tamen loco legatarij habetur. quarto allegatur textus legis primæ in §. hoc edictum iuncto. §. si quis ex nepotibus. ff. de coniũgen. cũ emacipa. liberis eius, vbi portio liberorum in potestate, existentium qui de iure ciuili succedunt accrescit patri emancipato venienti de iure prætorio ipsis liberis portionem suam omittentibus. quinto per legem quidam cum filio. ff. de iure delibera. vbi pupillaris substitutio illi qui ex testamẽto paterno venit accrescit. sexto quia in hæreditatibus, & successionibus accrescit inuito, quia in illis diuisio fieri non debet vt supra visum est, ergo ratio prædictorum scribent. pro hac parte potius faciet.

Ad legem sed cum patrono respõdent aliqui intentasse ibi patronum bonorum possess. contrabulas respectu portionis sibi debitæ tantum, iuxta legem primam infra

de bo.

de bo.pos.contratab. lib. ideò scripto hærede postmodũ repudiante necesse esset nouam bonõ possess. petere. Quæ responsio nihil valet, quia etiam quando in vna hæreditate plures instituti sunt portionem sibi spectantem quisq; petit, & tamen alijs repudiantibus, accrescit illis qui portionem suam agnouerunt. vt in hac lege, & in §. in his legis primæ de cad.tol. Subtilius responderi potest secundũ Pau. & Mod. mediola. in locis præallegatis quia cessat omne absurdum in superioribus consideratum, patronus.n. hæredi nullo modo coniungitur, non quidem ex dispositione testatoris cum vnus ab eo institutus sit, alter præteritus; nec ex coniunctione legis cum hæres ex institutione vocetur, at patrono dodrans tit. institutionis minimè debitus sit. §. si debita lege etiam. ff. de bonis libertorum, sicque non potest resultare inconueniens, vt idem testatus intestatusque decedat. sed si poneremus in eodem casu defecisse patronum, non autem scriptum hæredẽ, dicendum esset contrarium quòd portio patroni accresceret hæredi scripto, alioqui resultaret inconueniens per dictam legem ius nostrum cõsideratum, quòd libertus pro parte testatus &c. vel clarius dici potest mirum non esse si in casu dictæ legis, sed cum patrono, non habeat locum ius accrescendi: quia remedia contraria penitus erant cõtra tab. videlicet & secundum tabulas: quæ quidem directo contraria simul in eodem subiecto stare non possunt lege prima cum ibi no. C. de furtis. vt latè dixi in lege repugnãtia. ff. de reg.iur. propterea nimirum si iurisconsul. ibi dicit ius accres. cessare. faciunt rationes quas ad comprobationem cõis conclusionis statim adducam.

Sed à præcedenti conclusione communiter à docto. recepta recedendum non est, nam ius accrescendi effectus est cõiunctionis. vt in tertio euidentiali dixi. propterea in diuersis successionibus, & ex diuersis testamentis ius accrescendi locum non habet vt in vltimis euidẽtialibus visum fuit. facile enim vt inquit Cicero similia coniunguntur, dissimilia difficillimè. dispares enim mores disparia studia sequuntur. quorum dissimilitudo amicitias, & coniunctiones dissociat. vt in libro de amicitia Cicero testatur: item quia sicuti in habẽtibus symbolum facilior est transitus. ita in habentibus diuersitatem difficilior. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vendic. cum alijs per Rip. allegatis in lege centurio. col. 11. cum seqnẽtibus. ff. de vulga. præterea recte dixit hic Bal. in quarta colum. de quo in superioribus etiam mentionẽ feci, quod similitudo est causa generationis & augmenti, dissimilitudo causa contrarij, propterea mirum non est, si ius accrescendi, & coniunctionis inter diuerso iure succedentes locum sibi non vendicat: † & quamuis lege deficeremus ipsa ratione naturali id probare sufficeret lege scire oportet in §. sufficit ibi cuius fidem sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia. ff. de excusa. tuto. & lege vnica. §. primo ibi naturali ratione subnixum C. de cad. tollen. cum alijs plene accumulatis per Barb. in cōsil. 2. col. fi. li. 2. Ias. in lege dedi. §. si libertus col. 2. ff. de conditione causa data, Decium in cap. secundo requiris in tertio notabili de appella. & Corsetum in singularibus suis super litera o, in 10. opini. 2. incip. vbi dicto.

62

Non obstant adducta in oppositum, nam ad §. primũ legis si certarum, responde non tractari ibi de iure accrescendi: quia accresceret inuito. vt supra dictum est, quod ibi non fit, quia cogitur hæres, vt dicitur ibi aut totam defendere hæreditatem, aut totum creditoribus soluere, idque contingit ne priuilegium militum in præiudicium creditorũ, & alterius cedat vt ibi per gl. ad §. h. legis filiũ respondet hic Curtius in tertia col. & prius Sozi. in dicta lege mulieri col. penult. ad quartum responde quod illi liberi in potestate extantes admittuntur pariter, de iure prætorio, vt vult ibi tex. & sic eodem iure cætera resoluẽtur in limitationibus j. dandis.

Limitatur ergo primo prędicta conclusio secundum Cur. hic col. 3. vt quamuis ius accrescendi locum non habeat, possit tamen ille in cuius persona accreuisset si eodẽ iure successisset portionem repudiatã petere de nouo & consequi, dicta lege sed patrono. quæ limitatio nõ est bona, vt enim tex. ibi in duobus locis euidenter vult, & supra dixi non consequitur patronus totam hæreditatem instituti per ius accrescendi, sed per ius successionis ad eũ postea deuolutæ, quia illa bono. posse. contra tabulas quę sibi competebat omittente scripto hærede, adire, conuertitur in bonorum possessionem vnde legitimi, & ab intestato succedit in totum, vt post Bar. supra dictum est. habet igitur patronus ille omne patrimonium defuncti liberti iure successionis non autem per ius accrescendi. Secundo limita vt conclusio prædicta non procedat qñ ille qui diuerso iure succedit in locum eius, qui eodẽ iure venit subrogatur. nam pp vim & naturã subrogationis vbi aliàs repelleretur ad ius accrescendi admittitur, ita Areti. per illum tex. in lege si totam in li. ff. de acqui. hæ. faciens de hoc sestum, sequuntur simpliciter Ias. loco præallegato vbi Rip. in octauo casu, & Lancel. poli. sub titulo. an & quando ius accrescendi transeat in successorem col. fina. dicens regulam legis sed cum patrono procedere quando illi succedunt diuerso iure principaliter, siue ex persona propria, secus quando subrogantur in locum hæredis vendẽtis, sequitur etiam Cur. hic in tertia col. ita quod venit ex iure illius de quo vide Bar. in dicta l. sed cum patrono, sed Alcia. de prędictis verbum non faciens in locis supra allegatis reprehendit Are. per legem. i. de bono. liber. sed non respondet legi & argumento Aretin. contra quem nihil facit dicta lex prima. ibi enim non est aliqua subrogatio: sed ad imaginẽ, & similitudinem eius quod societatis nomine libertus huius præstabat introducta fuit illa bono. poss. patrono post mortem liberti danda, annihilata, & annullata societate ibidem relata.

Sed ex alio limitatio bona non videtur, quia quãdo fit subrogatio in locum eius qui eodem iure succedit, nõ dicitur esse ius accrescendi inter diuerso iure succedentes, sed inter succedentes eodem iure, cum talis propter subrogationem censeatur eodem iure succedere. cum subrogatus sapiat naturam eius in cuius locum subrogatur iuribus vulga. & consequenter quamuis dictum in se verũ sit, limitatio tamen ad conclusionem prædictam non est bona cum non sit de regula.

Tertio limitatur secũdum Bal. in authen. præterea ad fin. i. col. j. vnde vir, & vxor, vt solum procedat conclusio prædicta in successione prætoria, secus autem in ciuili per tex. singularem in dicta lege quidã eulogio infra de iure deli. sequuntur simpliciter Ias. Rip. loco præalleg. & Mod rep. in d. l. pater filium in tertia col. nouæ chartę, sed hęc limitatio non placet Cur. quia non datur ratio diuersitatis inter prætoriam, & ciuilem, & militat ratio ad conclusionem superius assignata. in d. l. quidam eulogio, dici potest secundum Cur. qđ eodem iure succedebatur quia pupillaris substitutio dicitur testamentum patris & filij, vt est vtilius pupillo. l. patris & filij. ff. de vulg. & quia pupillo magis expedit in hæreditate paterna institutum habere pupillarẽ substitutionem, quia sustinetur hoc modo pupillaris substitutio quæ in fauorem pupilli inuenta fuit. §. qua ratione instit. de vulga. & pup. ideo talis substitutio patris testamẽtum appellatur: nec ob. quod negari nequeat quin institutus in re patris non succedat diuerso iure in bonis pupilli, cum ius institutionis & substitutionis diuersa sint. nam propter vnitatem testamenti non diuerso: sed eodem iure succedere videtur. aliàs eadem res diuerso iure censeretur. item aduerte quia licet Curt. dicat docto. non tangere limitationem Bal. quia imò Are. illam tãgit & reprobat bona ratione in l. qui patri. col. 3. ff. de acquirenda hæred. rursus aduerte quia in lege quidãm eulogio non tractatur propriè de iure accrescendi, patet quia pars pupillo spectans adita fuerat, ius verò accrescendi, vt supra dictum est, locum non habet vbi portio semel agnita fuit. ideo &c.

Quartò

Quarto limitatur prædicta communis concluſio quãdo ſequeretur incõueniens quod teſtator pro parte teſtatus,& pro parte inteſtatus decederet,quia tunc locus eſt iuri accreſcendi,etiam inter ſuccedentes iure diuerſo per tex cum ibi no.in lege quotiens infra. de legit.hæred. ſequuntur Cur.hic in 4.col.Rip.loco. præal.& Mod.repẽten.d.l. pater filium loco prædicto & ideò in caſu dictæ legis.ſed cum patrono,diximus ſupra locum ius accreſcẽdi habuiſſet, vbi ſcriptus hæres adiuiſſet, & patronus repudiaſſet,ne ſequeretur abſurdum de quo in lege ius noſtrum,& tangit etiam in ſpecie Corn.in dicta auctentica prætereà col.fi.tamen vt in euidentialibus dixi non eſt in d.l.quoties proprium ius accreſcendi, ſed improprium rurſus in d.l.ſed cum patrono qñ repudiaſſet patronus,& adiuiſſet hæres,pars patroni accreſceret hæredi, ea ratione, ne libertus pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decederet.& ſumpto argumento à ceſſante ratione coniunctionis oppoſitorum,& contrariorum.tunc enim hæres non ſuccederet in locum patroni repudiantis, vt veniret iure illius:ſed iure ſuo,& ex perſona ſua, vt colligitur ex dictis ibi per Bart. ideo diceretur eodem iure totam hæreditatem habere.

Quinto, & vltimò limitatur prædicta concluſio ſecundum Barto.in d.l.re coiuncti.in 11. col. vt inter diuerſo iure ſuccedentes non ſit locus iu.accreſcendi ,vbi adſunt ſuccedentes eodem iure,ſecus vbi non ad ſunt. vult enim tũc Bar. locum eſſe iuri accreſcendi. vt etiam per gl. in d. l.ſed cũ patrono vltimo exemplo, ſequuntur ſimpliciter Mod.repen.in d.l.pater filium loco præalleg.& Rip.loco prędicto reputantes notandum, & magnam reſtrictionẽ ad communem concluſionem ſcriben. Sed obſtant rationes in ſuperioribus aſsignatæ quod contraria nõ copulẽtur nec coniunguntur, neque bene morantur in eodem ſubiecto:& in dicta lege, ſed cum patrono,ſecundum vltimum exemplum portio deficiens non iure accreſcendi; ſed iure ſucceſsionis ad patronum deuoluitur, vt in ſuperioribus demonſtraui. concurrunt tamen in diuerſis perſonis bon.poſſ.contratab.& bon. poſſ. ſecundum ta.in l. ſed cum patrono, quia prima nõ reducit rem ad cauſam inteſtati: ſed ad legitimam portionem ipſi patrono tantum modo debitam competit præall. §. ſi debita.& tradunt Bar.& ſcri.in l.poſthu.j.de bono.poſſ.contratab.

63 † Ex prædictis etiam habetis quod inter ſuccedentes p contratab. & ſic contra voluntatem defuncti titulo hæreditario vniuerſali,ius accreſcendi locum habet,& eſt tex. in l.1.§.ſi quis ex nepotibus.ff.de coniũg.cum emancipa. li.eius † ad cuius quidem tituli declarationem poteris videre Pau.de Caſt.in l.ſi.proponas ſupra. de inoffi.teſta. & Lancellotum galli. in l.gallus.in §.& quid ſi tantũ numero.48.cum ſequen.ff. de lib.& poſthu.tex. vero dicti. §. ſi quis ex nepotibus valde notabilẽ in hac materia dixit ibi, Bar.eſt etiam alius tex.in l.ſi ex duobus le.1.ff.de contratabu. † vbi Bart. notanter colligit coniunctionem legalem fieri duobus modis primo, quando plures vocantur ad idem ex eadem diſpoſitione diuerſa tamen ratione,ſecundo quando vocantur ad idem ex eadem diſpoſitione, & eadem ratione.quando ergo portio vna deficit ille qui ex eadem diſpoſitione, & ratione vocatur,potentius habet accreſcẽdi ius, quàm ille qui vocatur ex eadem diſpoſitione, diuerſa tamẽ ratione quaſi magis. fortiusque cõiunctus, vt ibi, nepotes enim ibidem inuicem vocantur cum fratribus patris, & eorum patruis ex eadem diſpoſitione:ſed nepotes inuicem vna ratione vocantur, & alia fratres.ideò portiones nepotum inuicẽ accreſcunt, non autem accreſcunt fratribus. & ratio iuris accreſcendi in dictis iuribus eſt de qua ſupra diximus, ne quis decedat pro parte teſtatus,&c.vt declarat Bar.in d.l.re coniuncti, col.11.verſi.ſed contra prędicta Soz.in l.mulieri,col.fin. ff.de cond. & demon. & Mod.Aſtenſes in dicto tractatu excluſio fœminarum ſtantibus agnatis in 10. quæſtione noni arti.& quamuis Ioan. cro. in l. re coniuncti col. 25. verſicu.5.eſt concluſio.prædictam rationem videatur impugnare, eo quod in caſu prædictorum iurium non concludat qũia ſi iuri accreſcendi locus ibi non eſſet, portio contratabulantis expugnato teſtamento per contratabulantem ad ſequentem in gradu ſpectaret,ſicq; ſucceſsioni ab inteſtato ex toto locus eſſet, tamen reſpondere ad cauſam inteſtati non reduci niſi quando inſtituti non adirent verum hęreditatem repudiarẽt, & tunc ſuccedentes ab inteſtato non contra voluntatem defuncti : ſed ſecundum eius voluntatem venire dicerentur, prout in ſecundo euidentiali declarauimus.

Et iſtud accreſcendi ius hoc caſu ſecundum diſpoſitionem legis ſimpliciter iudicatur & à teſtatore dici non po66 teſt ſecundum Deci.in rub. ſupra eod. in 2.col.†. eſt pariter ius accreſcendi in querela contra voluntatem defuncti lege qui repudiantis,lege ſi proponas ſupra de inoffic. teſta. & hæc eſt propria materia dictæ legis pater filium 67 † at inter ſuccedentes ſpeciali quodã iure, particulariq; titulo contra voluntatem defuncti ius accreſcendi ceſſat, tex.eſt ſingularis in l.mulieri & titio.ff.de cond. & demõ. ibi enim conſequitur mulier partem vſusfructus legati ſpeciali quadam ratione reiecta in perſonã mulieris cõditione nõ nubendi, à teſtatore oppoſita, fauore publico 68 iuxta legem primam.ff.de ſoluto matri. † ideo ius accreſcendi locum non habet, Sozi. ibi ſubtilius excutiens intellectum illius legis mulieri & Titio probat totum contrarium velle, quòd immò mulier quæ ex ſpeciali quodã iure & ratione ad partem vſusfructus legati contra teſtatoris voluntatem ibi admiſſa fuit per ius accreſcendi deficientem portionem conſequitur.vt à contrario ſenſu cũ ius argu.fortiſsimum eſt probat ibi text.dum dicit quandiu titius & viuet & in eodem ſtatu erit. & Sozinum ſequũtur omnes Mod.in d.l.re coniuncti. vt ibi per Ioann. Crotum col.22.cum ſequenti in verſi.3.principaliter Pol. col.41.ſub.titu.quando locum habeat ius accreſcendi,& Rip.col.34.cum duabus ſeq.vbi tamen dicunt fuiſſe intellectum Pau.de Caſt.& Raph.comen.adde, & Ful.in conſi.55.aſsignat prædicti ſcrib.plures nota. rationes ad text. prædictæ legis mulieri & titio, & ita tenendum eſt quicquid dixerint Mod.lib.6.paradox.ca.8.quorum conſideratio cõfundi videtur per tex.ipſius legis mulieri ibi quãdiu titius & viuet,& in eodem ſtatu erit, non enim vult à contrario pertinere tunc vſumfructum ad proprietariũ, de quo nulla eſt ibi mentio , ſed ad mulierem de qua ibi totus eſt ſermo.comprobo,quia niſi ita diceremus, non tantum beneficio legis vt ibi in text. ſubiungitur mulieri conceſſum eſſet quantum ſi conditioni paruiſſet, nam ſi conditioni paruiſſet iuri accreſcendi locus eſſet, ergo & in caſu ipſius legis ſumpto argu.à contrario ſenſu, vt prædicti ſcrib. ibi voluerunt.

Saluari tamẽ aliqualiter poteſt Bar. in caſu expreſſo in dicta lege mulieri. vt ſaluat Lanc. pol.loco præallega.cuius declaratio ad illum tex.legis mulieri in fin.licet ſibi aſcribat fuit Ful. in conſi. 55. in penul.col.Rurſus aduerte quod docto.malè videntur illum tex.allegare modo quo adducunt,quòd inter ſuccedentes iure ſpeciali,cõtra voluntatem teſtatoris locũ non habeat ius accreſcẽdi, quia legatarij ibi non ſuccedunt,omnes,immò titius à ſucceſſione, & legato propter contrauentionem mulieris contra voluntatem defuncti nubentis repellitur: ideò correctius dicas prout ſupra retuli quòd mulier quæ iure quodam ſpeciali ad partem vſusfruc. legati contra teſtatoris voluntatem ibi admiſſa fuit,deficiẽtem portionem, titio viuente,& in eodem ſtatu permanente per ius accreſcendi nõ conſequitur:de quo tex. tandem vt ſemel finiam vide Fulg.in prælle.conſi.55. quem in alio propoſito ponderat Iaſ.in conſi.79.lib.3.

In eadem gloſſa ibi l.ſi ſolus §. fin. ad propoſitum non facit.vt hic per Alexan.Rimin. & Iaſ.& Cur. in penul.col. faciunt quæ circa intellectum ipſius legis ſcripſi in ſecundo euidentiali.

In eadem gloss.ibi l.prima infra.de impub.& alijs substitut. melius dicit,vt hic per Corne. & Iason.& dictum glo.melius probatur in l.prima, in §.sinuero quidam infra.de cod.tol.& de materia,d.l.j.vide Dec. in consil.186. & 504.& 599.

Extra gloss.quærunt hic Alexand. Corne.Iason. & alij post antiquos, de quibusdam quæstionibus in materia iuris accrescendi, nunquid locum habeat in legitima in feudo,in emphyteusi , & quibusdã alijs de quibus plenè per Ioan.Crot.& alios in d.l.re coniuncti in vltimis chartis.

69 † An dispositio legis nostræ locum babeat in feudo late scribit Curt.in tract.feu.in vlt.car.secundæ partis principalis,& Soz.in consi.66.lib.3.

De legitima vtrum in ea pariter locus sit iuri accrescẽdi vltra ea quæ Alex.& alij hic ponunt,& Mode.repeten. in d.l.pater filium,infinita accumulari possẽnt.de emphyteusi vide Corneum hic col.fi.Alexan.in l.si mihi,& titio col.3.ff.de verb.oblig.& in consi.89.col.fin.lib.4. Deci.in

70 consi.264.& 326.† Et ex dictis ibi per eos determinari potest pulchra,& vtilis quæstio,quam aliàs vidi in actu practico , vtrum portio rei emphyteuticæ paternæ vel auitæ pro se, & descendentibus suis receptæ deficiens in personam vnius ex descendentibus , accrescat alijs, seu rectius loquendo,virtute antiquæ inuestituræ seu repetitæ concessionis spectet,& debeatur,ita quòd de tali portione nequeat decedens disponere in præiudicium aliorum,puta vnus ex quatuor fratribus descendentibus per rectam lineam ab eo qui receperat ab ecclesia fundum emphyteuticum pro se, & descendentibus suis masculis dictum fundum pro quarta parte pro qua ipse successerat possidens vnum tantum ex dictis suis fratribus in omnibus bonis suis instituerat hæredem : dubitabatur an alij fratres essent exclusi à prædicta parte emphyteutica, dicendum videtur ꝙ non , quia cum partem illam dicantur habere à prædecessoribus suis virtute prædictæ inuestituræ seu repetitæ concessionis,non debuit esse in manu, & potestate illius disponentis dictum ius tollere, vni soli relinquendo emphyteusim,verum omnibus fratribus virtute antiquæ inuestituræ, & repetitæ concessionis potius,quã per ius accrescendi spectare pertinereque videtur per ea quæ scribunt Alex.& Deci.in consi.præallega.Ruin. in consil. 118.colum.3.lib.1. Parisius in consil.98. vol.2. & Gozad. Bonon. in consi.75.

Laus,& gloria sit Deo opt.Max.à quo est omnis scientia nostra,qui licet benedictione nostra nõ augeatur, nos tamen crescimus Augustino teste eum benedicentes.

Absoluta Paduæ. M D XL V. Ianuario mense.

SVMMARIVM.

Augmentum dotis factum à patre vxori vnius ex filijs,an in diuisione filiorum computari debeat in parte illius cuius contemplatione factum fuit,& sic in effectu ad onus dicti filij spectet, num.204.

Collatio quot modis sumatur,cur inuenta,an fauorabilis vel odiosa, & inter quas personas fieri debeat, num.15.42. si.vsque ad comment.

Consequentia an tollatur data instantia, nu.19.

Descriptio in quo differat à diffinitione, num.18.& 28.cum sequenti.

Donatio facta filio in potestate seu emancipato, an & quã do conferenda sit,nu.177.190.194.197.& seq.

Dotis lucrum,an & quando conferendum, nu 168.

Dispositio loquens de intestato an comprehendat pupillos,& intestabiles & quid si loquatur per aduerbium ab intestato,nu.162.cum seq.

Emancipati an & quæ conferre teneantur, numero 95. 157.& 161.

Filius an præsumatur esse in potestate patris.num.78.cum sequenti.

Intestatus,intestabilis,& ab intesta.de his, numero.62.& sequenti.

Intestatus an quis præsumatur vel probandum sit, numero 64.cum seq.

Leges sapiunt quum ponunt practicam,& an correcta ratione l.sit correcta l. sa lex,nu 2.& 172.cum seq.

Librorum fauor magnus est, nu.37.& 203.

Matrimonium legitimum an præsumatur, numero 81.cum sequenti.

Parentes æqualitatem inter filios seruare debent, nu.188.

Pendens quod vt ad prohibitum & ad permissum se habet, stat vt ad prohibitum, nu 86.

Præsumptio in his quæ facti sunt per l. non inducitur affirmatiuè,nec negatiuè,nu.79.

Ratio & causa quando præsumatur finalis, & liceat allegare rationem naturalem,nu.75.& 140.

Syllaba quæque debet esse cum mysterio aliquid operandi in iure,nu.105.

Testator in testamento ita potest disponere de rebus hæredis sicut de suis,num.193.

Testatus dicitur quis decessisse,licet ex post facto pro parte corruerit testamentum, num.147.

Testatus,intestatus,intestabilis,& ab intestato quomodo differant,nu 62.& 63.

Viuere vsque ad centum annos , an quis præsumatur, & ex præterito quomodo præsumatur in præsentia,nu.89 cum pluribus seq.

Vnionis ratione consequitur quis sæpe illud quod aliàs ex propria sua persona non consequeretur,num 103.

In Legem si emancipati.

1 QVEMADMODVM Bart. & scribentes testificantur † hæc lex clauis est totius materiæ collationis. Pulchra, & no.in text.in materia vtilis,& difficillima : coniuncta est igitur in hac materia cum subtilitate vtilitas,quo casu leges sapiunt : & tunc fructus ex arbore

2 colligitur.† Quare libet mihi in hac parte quod Liuius septimo libro habet vsurpare. Maius solito negotium meis impendere humeris cui maiora , & subtiliora dein-

3 ceps sint peruestiganda . † Condiderunt hanc legem (vt inscriptio eius indicat) Diocletianus , & Maximinianus

4 Imperatores mundana decorati prudentia.† sed verè pietatis,& Christianæ fidei vterque expers.Nam (vt Orosius refert) Diocletianus in Oriente,Maximianus Herculeius in Occidente vastari ecclesias, affligi,interficique Christianos decimo post Neronem loco præceperunt , quæ persecutio omnibus ferè anteactis diuturnior , atq; immanior fuit. nam per decem annos incẽdijs ecclesiarum, proscriptionibus innocentium,cędibus martyrum incessabiliter acta est,vtque per glo. scribitur in cap. nunc autem vigesimaprima distinct. Diocletianus Marcellinum

5 Pontificem maximum decapitari fecit . † Finem qualem merebantur sortiti sunt. nam Diocletianus duo de octoginta natus annos vt Eutropius, & alij scribũt necem dedecorosam suspectans vitam veneno finiuit . Maximianus dum Constantio genero insidias parat , imperium iam depositum affectans Massiliæ captus Constantij iussu necatur.

Dum vltimo anno mei studij præsentem repeterem

6 legem hunc † capiebam ordinem qui adhuc in præsentia non displicet . Primo enim quia præfationes ad lectionem propositæ materiæ nos libentius perducunt, & quum eo venimus euidentiorem præstant intellectum

l.j.in fi.ff.de orig.iuris. quædam pro intelligentia dicendorum præmittebam, & diffinitionem collationis enucleabam: quum omnis bona dispositio debeat à diffini-
7 tione proficisci † vt intelligatur quid est id de quo disputatur.iuxta præceptum Cic. in primo officiorum cui satis subscribit iureconsultus in l.j. ff. de dolo, & in l.j. ff. si cert.pet. Et fuit sententia Socra.apud Plat. in hæc verba. In omnibus rebus puer quum quæstio aliqua incidit, primum quid illud sit quod quæritur intelligendum, aliter quidẽ prorsus in errorem dilabi necesse est, fit enim vti, & qui audiunt quum rem ipsam quid significet ignorarint decipiantur, & qui docent postquam declaratum nihil principio fuit differant quæ nec sibi vllo modo constare possint, nec alijs. cognito igitur subiecto ex diffinitione fit quis & ad audiendum apparatior, & ad prosequendum multo diligentior.
8 † Secundò, quia partitio mentem legentis incitat, intelligentis præparat, & memoriam artificiose reformat iuxta no.Accur.in §.igitur in proœ. instit. quæ probatur ex fi.legis primæ.ff.de doli.except. & §. sed nec in primis instit.de lega.legem ipsam diuidebam.

Tertiò, vt rem quam explanaturus eram breuiter enarrarem iuxta tex.legis primæ.ff.de reg.iur.more maiorum
9 legem summabam quid intenderet breuiter exponẽdo.†
10 Verum, quia † compendium obscuritatem, & ipsi legum interpretationi maximum solet afferre discrimen. §.illud autem, in proœ.digestorum ꝙ strictè comprehensum erat passim.

Quartò loco suis leuibus terminis casum figurando
11 collocabam † vt inde facili° accederet grauioris sententiæ medulla vt in simili dicitur in §.j. instit. de iust.& iur.

Quintò ne lapsus errore viderer vnum pro alio exponendo casum, iuxta legem quartam.ff.de leg.j. recitatio-
12 nem legis casus narrationi subiungebam † vt casus politioni legis verba consonare viderentur.

Sextò ne incognita foret mens, & secreta legis inten-
13 tio † quam verbis præferendam nostri persæpe dixere maiores, vt in lege.3.j. de liber. præter.admonet imperator, & quam si incognitam asserimus simul & legem ipsam à nobis alienam non immeritò profitemur, iuxta legem scire leges. ff.de legi. & legem primam iuncta lege si filius in §.j.& lege sed Iulian §.mutui.ff.ad Macedo. notabilia colligebam ex quibus multa nostræ legis exponebatur vtilitas.

Postremo fortissima aduersus ipsam legem opposita, & quæsita in eius materia dubitatissima per recitationẽ, & declarationem glossematum subijciebam, iungendo insuper Bart.& docto.subtilissima dogmata addendo, & minuendo: secundum ꝙ iuri consonum mihi videbatur, salubri quodam medicamine cuncta in vnam redigens consonantiam pro mei ingenij paruitate clara, & aperta, omnia perficiebam. A præscripto igitur ordine non discedendo deueniens ad primum, quamuis Bar.ponat, & numeret septem diuersa iura in materia collationis, Bald.in rub.istius tituli octo.& Pau.de Cast.j.col.penult.nouem.
14 Nos clarius præmittimus. † quod tria in hac materia distincta tenemus iura. Primum fuit ius digestorũ duo habens capita. primum fuit ius prætorium quod disposuit liberos emancipatos per cõtratab.vel ab intestato succedentes patri, vel alijs ascendentibus ab eo cum alijs liberis in ptãte existentibus conferre debere oĩa quæ ante mortem defuncti quæsiuerunt, præter castrensia vel quasi.l.j. in prin.iuncto §.nec castrense.ff.de coll.bo.disposuit pariter fœminas licet in potestate manentes succedentes vt proxime quamuis cum emancipatis debere conferre dotem.l.j. ff.de collat.dot. dummodo eodem iure succedat vt ibi, & l.nec ipsa. ff.eod. & l.filium in § videamus.ff.de contratab. Secundum caput fuit ius Scæuolæ, & constitutiones diui Pij, qui tantum rationi inæqualitatis euitandæ hæserunt, vt idem voluerint esse in succedentibus diuerso iure, qui tamen eodem succedere possent. l.si filius.

ff.eo.& l.j.ff de colla.dot. Secundum principale ius codicis fuit, sex habens capita, primum in l. filiæ dotem ad finem, secundum in l.vt liberis, tertium in l.liberos, quartum in l.illam, quintum in l.illud, sextum in l.fin.huiusce tituli nostri. Tertium principale ius fuit authenticorum vnicum caput habens, in §.illud quoque in auth.de trien. & semisse, refertur supra in authen. ex testamento disponens ex testamento, & ab intestato ita demum cessare collationem si fuerit expressè prohibita: quæ singula iura quid disponant & quomodo processerint addẽdo, & corrigendo declarant hic Bar.Sal. sed penitus infra enuclea-
15 bimus. Præmitte secundò principaliter, † quòd terminus iste collatio diuersimode capitur, vt tradunt Ias.& Deci. s.ibi rub. Capitur etiam pro collatione quam diebus istis quadragesimalibus ieiunantes facimus, quæ si ad sustentationem naturæ magis, quàm ad delicias fiat, ieiunium non frangit, nec peccatum est, dummodo secũdum consuetudinem loci fiat, & temperatè, teltis Abba.in rubr.de obser.ieiun.summa tamen Ange.in verb.ieiunium. §.tertio multum illud restringit.

Tertiò principaliter ad materiam nostram proprius accedendo inuestigandum est quid sit collatio, de qua lo-
16 cuturi sumus † sm Accur.in rubr. ff.de eo. Bar. hic c.j.& latius in l.pater filium col.j.ff.de colla.dot.est rei propriæ in commune latio. rei propriæ dicitur: quia si communis esset vt quia patris non conferenda sed diuidenda veniret. l.filiæ licet.j.eo. Item quia aliena non conferuntur. l.ea demũ in fine cum sim.s.eo. Reprehendunt dillinitionem istam Bal.Sal.Corn.ambo Dec.& plerique alij, quia non est conuertibilis cum suo diffinito, ergo minus bona.l.j.in §.dolum cum no.ibi.ff.de dolo, plenè Ias.in rub. ff.sol.matr.col.5.in 1.lect.& Dec. in l omnis diffinitio.ff. de regul.iur.nam etiam inter socios verificatur hoc, quia societatem contrahendo, res proprias in cõmune ferunt. Est enim societas bonorum suorũ communicatio, & tamen non dicitur collatio. confirmo quia donãs rem propriam communi, puta huius vrbis, dicitur in commune rem propriam ponere, & tamen non est collatio de qua agimus, propterea supplendo diffinitionem addunt præfati docto.causa diuidendi pro portionibus hæreditarijs iuxta legem illam.§.fi.j.eo.hoc modo tollitur argumentum de societate in qua diuisio fit equaliter, vel secũdum conuentionem societatis vt per Decium.j.col.6. & s.in rub.& altera oppositio, quam faciebam de donante rem suam communi alicuius vrbis. Tertia diffinitio datur per Corn.hic in 7.col.qui dicit ꝙ est rei propriæ inter hæredes communicatio necessaria ratione successionis hæreditariæ, vel mandato testatoris. necessaria dicitur ad differentiam voluntariæ communicationis, puta societatis, ratione successionis hæreditariæ dicitur ad differentiam si quis promitteret communicare, quia tunc esset postea necessitas, & quia cessat collatio vbi cessat successio hæreditaria.l.a patre.infra eodem: vel mandato testatoris ponitur propter id quod dicitur in lege prima, in fine, & l. illud in fine hoc eodem titulo. Sed nulla prædictarum diffinitionum malleo subiecta poterit subsistere: quum non sint generales, nec conuertantur cum diffinito suo, probatur, quia fit plerunque collatio, licet res propria non ponatur in communi, vt quando fit liberando. lege secunda supra eodem. Vel quando ducenta habeo tibi conferenda si nolo ponere omnia illa in medio, & cum hæreditarijs bonis ex post diuidendis commiscere, vt dicitur in l. illam in fine possum conferre retinendo centum pro me, & alia centum tibi dando text.est in lege prima in §.portiones cum. §.sequenti. ff. eodem. & sic licet res propria non ponatur in communi fit collatio si pars debita tradatur: sed posset responderi, quòd satis dicitur cõmunicari ista pecunia, ex quo pars debita mihi datur,
17 quum non referat quid ex æquipollentibus fiat † quum idem sequitur effectus vt in proposito. lege si mater, cum ibi notat. C.de institutione, & substitutione, sed replica ꝙ non

ꝙ non sequltur propterea communicatio, ergo, non verificantur verba diffinitionis, quæ debent propriè intelligi. l. j. cum ibi no. ff. de testam. nisi dicas quòd imò communicatio secuta est, & tota illa summa communis facta dicit, cuius tu dimidium & ego reliquum habuimus, sed & hoc potest negari, quia non sequitur de hac re habeo dimidiam partem, & tu alterã dimidiam, ergo communis facta dicitur vt patet de se.

Tertiò contra prædictas diffinitiones adducimus tex. l. si soror supra eo. vbi licet hæreditas diuisa fuerit, tamen fit collatio si fuit omissa, ergo generalis non est communis diffinitio, ꝙ collatio fiat ex causa diuidendi hæreditatem, quum etiam post diuisam fiat.

Quartò in contrarium vrget tex. in l. j. in §. iubet autẽ prætor. ff. eo. vbi collatio fit re aut cautione, & sic potest esse collat. licet non fiat re sed cautione, ergo non sunt ge-18 nerales prædictæ diffinitiones. Posses forte resp. † ꝙ sufficit diffinitionem adaptari ad ea quæ communiter fiunt, licet non comprehendat casus speciales: vt post Abba. & Are. pulchrè declarat Deci. in rub. de iud. col. 3. sed cõiter & vt plurimum collatio fit per cõmunicationem rei propriæ: ergo confirmo per famosum Sal. dictum in lege pre-19 cibus col. 2. C. de impub. † appellantis miseros canonistas 20 qui volunt ad tollendam consequentiam † sufficere dare instantiam per gl. in c. sicut vrgeri. 1. q. j. quum per casum specialem à communi regula non sit recedendum, & nõ est reprehendendus quia locutus est secundum regulam vt plenè per Deci. in l. j. ff. de reg. iur. sed quamuis sentẽtia Deci. proximè relata ꝙ sufficiat diffinitionem ad regulã 21 adaptari sit communis † vt ibi per eum & Mod. in l. j. & in l. imperium. ff. de iuri. om. iu. si prædictis credimus plenè elegantem Alciatum lib. 6. paradoxo. c. 9. attamen ve-22 ra non est † & refragantur iura vt per Barb. & Mod. in d. rub. de iud. Alex. in rub. C. eo. Ias. in rub. ff. solu. mat. col. 5. in 1. lect. & Alciatum loco præalleg. quia diffinitio debet esse generalis, & omnes casus cõprehendere, & quia istud est difficillimum, ideò dicitur in lege omnis diffinitio. 23 ff. de reg. iur. † ꝙ in iure omnis diffinitio est periculosa, & parum est ꝙ subuerti non possit respectu præscripto secundum Ias. in rubr. ff. solu. matri. col. 5. in 1. lectu. & do. meum Parp. in rub. ff. de vulg. quamuis Dec. aliter. l. illam declarare ibi nitatur, & diffinitionem Seuerij Sulpitij, in dolo reprobat Vlpianus in l. 1. ff. de dolo quæ tametsi generaliter vera sit. (raro enim citra simulationem dolus inducitur) quia tamẽ etiam sine simulatione id agi posse Labeo ait, Labeonis diffinitionem magis veram probat, 24 propterea ait Arist. libro secundo Posteriorum † ꝙ omnis diffinitio debet esse vniuersalis, non enim diffinit medicus quid sit sanum in hoc oculo, sed in omni, nihilq; dixit esse relinquendum in diffinitione. Ideò dicit in sexto Topicorum ꝙ si quid amplius aut minus quàm oportet dicatur in diffinitione interimitur diffinitio. Ad dictum Sal. resp. ꝙ nõ procedit in diffinitione quæ debet esse plena & vniuersalis ad omnia per prædicta, & vltra quia regula canonistarum quam impugnat Salyc. est Aristote. 25 † ideo quomodo intelligatur vide Ias. in l. creditori. ff. de ope. no. nunc. & Decium pulchrè in c. translato. col. 2. in 2. lect. de consti. Et qui vult bene diffinire debet prius rei effectum cognoscere secundum Are. Anna. & Imo. in l. j. ff. de accept. dicentes rem quandoque diffiniri penes effectum: aliquando penes modum ineundi.

26 Nos sic aliàs finiebamus. † Collatio est rei propriæ vel debitæ inter hæredes facta participatio vel de participando cautio necessaria ratione successionis hęreditariæ: pręsens diffinitio cõstat ex genere, & cõstitutiuis differẽtijs: est generalis, & conuertibilis cum re diffinita: ergo bona, 27 † vt per Bar. & scribentes in l. 1. ff. de testa. & Deci. in d. l. omnis diffinitio, & in rub. de iud. & in rub. de proba. Participatio in diffinitione ponitur vt genus rei propriæ ponitur, quia communis vel aliena non confertur. vt supra diximus. Item quia rei appellatio generalis est l. j. ff. si certpet. ideò comprehendit liberationem & reliqua: ponitur in diffinitione vel rei debitę propter tex. in l. dotis. §. eo. & in l. j. in §. sed quum possit versi. sed & si tantum. ff. eo. vbi collatio fit tantominus accipiendo de bonis hæreditarijs sibi debitis, sed dimittendo in bonis hęreditarijs tantum, quantum habere debebat suus ex collatione, ponitur in diffinitione de participando, cautio. quia nõ solum re sed etiam cautione fit collatio vt prædiximus. necessariæ ponitur ad differentiam voluntariæ participationis, & communicationis, puta societatis, ratione successionis hęreditariæ, ponitur ad differentiam si quis promitteret participare, & communicare, esset enim tunc necessitas: sed nõ resurgeret rõne successionis hæreditariæ inter hæredes. Siue igitur pono rem meam in communi, siue partem tibi debitam dem, siue libero te ab obligatione qua tenebaris mihi, pro parte pro qua es hæres descriptus dicor te participem illius rei facere, illiusq; actionis quam habendam remittendo tibi partem, seu te pro parte liberando, item est quando tanto minus accipio de rebus mihi debitis, seu mihi spectantibus ex bonis hæreditarijs, quamuis non insubtiliter dici possit ꝙ dictis casibus quando tantominus capio vel tantundem dimitto in bonis hęreditarijs non sit propriè collatio: sed propter paritatẽ effectus rei pro collatione habetur, ita vt mihi significare visus fuisse iuris consultum in præalleg. ver. sed & si tantum ibi satis contulisse videri. Et si cõtra prædictam diffinitionem instares de text. proximè allegato vbi dicitur fieri collationem dando fundum, vel rem pro eo quod cõferri debebat, & in non est tunc participatio resp. ꝙ tunc non est propriè collatio: sed habetur pro collatione, ita vult ibi iurisconsultus ponderando: vt proximè feci. Et quemadmodum etiã ibi declarat Bart & Ias. in lege filiæ licet col. ff. §. eo. illud solum permittitur volente eo cui fieri debet collatio aliàs non, quum speciei ad speciem vel ad quantitatem non fiat compensatio. Et prædictas cõclusiones sustinuimus aliàs in publica disputatione. considerabis tamen quia verè omnis diffinitio est periculosa in iure, propterea minus captionis est ponere descriptionem quæ fa-28 cilius sustinetur quàm diffinitio † iuxta glo. not. in l. j. ff. de legibus. Et vt intelligas q communiter nostræ facultatis homines studiosi malè intelligũt, quum sermo ex his fuerit quæ rebus, (vt ita dicam) substantialiter inexistũt, vocabit diffinitio vti hic homo est animal rationale mor-29 tale. † Sin verò ex his quæ adueniunt descriptio, vt hic homo est animal, quod rectè incedit latos vngues habet, & manibus vtitur, adueniunt quidem hæc atque coincidũt in substantiam hominis. sed non componunt perfectè hominem, sicuti superiora. differt ergo diffinitio à descriptione quod diffinitio ex substantia rem ostendit, & debet esse generalis, & cõuertibilis, aliàs non est bona. vt supra dictum est no. Pau. de Cast. in d. l. j. ff. de leg. omnes in 30 l. j. ff. de test & in l. j. ff. de acquir. possess. † Descriptio rem ostendit ex accidentibus. & sic notat effectum nec semper insunt substantialia, nec concludit ex toto, nec corruit licet non conuertatur. vt per Paul. de Cast. & alios in locis prædictis per dictam legem primam. Dicta est au-31 tem descriptio † quasi vmbratilis pictura quã vulgò designationem vocant. vt enim quæ in tabulis fiunt vmbræ quid imago ipsa representet ostendunt, non tamen perfectè quemadmodum pictura. ita, & descriptio quid res sit docet non tamen perfectè quemadmodum diffinitio. Eritq; deffinitio simillima picturę expressę, descriptio verò adumbratili. Et quum diffinitionem quis nõ inuenit, 32 ad descriptionẽ confugit: semper enim † quas non possumus res diffinire describimus, est igitur descriptio oratio expositiua quę rem significatam ante oculos repręsentat. Prolixior quàm mea sit cõsuetudo in his fui: quia in quacunq; materia subseruient. Ex his quæ circa diffinitionẽ collationis dicuntur, ꝙ sit rei proprię communicatio, inuenimus quosdam Moder. Papien. in 1. q. Bar. determinationem nullibi secũdum eos decisæ dubitationis inserre.

33 † An qui conferre tenetur præcisè obligetur rem ipsam
conferre, an verò rei volens æstimationem conferre au-
diendus sit, plerunque.n. affectant homines rei data æsti-
matione penes se rem retinere. diffinitiones.n. prædictæ
arg sunt ꝙ præcisè debeat rem cõferre. quum sit rei pro-
priæ cõicatio. facit lex dotis. š. eo. vbi quando debens con
ferre non habet rem penes se admittitur vt tantominus
de hæreditate accipiat, ergo tacitè innuit secus esse q̃ñ rẽ
conferendi potestatem haberet. Sed in contrarium videt
tex. in l. 16. sed cum possint ver. sed & si tm̃. ff. eo. per quẽ
Ro. in auth. ex testõ. š. eod. tenet satis esse in quacunq; re
conferenda æstimationem conferre, quam opin. sequi-
tur Dec. in l. si donatione ad fin. š. eo. assignando rationẽ:
quia collatio inducta est pp æquitatem & equalitatem. l.
1. in prin. ff. eo. & l. illud. j̃. hoc eo. tit. cum æquitati & quali-
34 tati consultum vr̃ per æstimationem: quia † omnia pe-
cunia æstimari possunt. l. 2. ff. de const. pecu. & l. si ita fide-
35 iussorem accepero. ff. de fideiu. facit, quia † petẽs æstima-
tionẽ in libello rem ipsam petere vr̃ ſm Io. An. vt refert,
& sequitur Soz. in l. 2. §. 1. col. 2. ff. si cer. pet. & consequen
ter dando æstimationem satis rem propriam dare, & cõi-
36 care vr̃. Sed quidquid dicant Ro. & Dec. d. nõ est receden
dum à præcedenti opinione, ꝙ precisè debeat quis rem
conferre nec audiatur ęstimationem offerendo per dicta
in diffinitione, & per text. l. j. in princ. ff. eo. cum similibus
ibi sua bona in medium conferant quia appetunt aliena,
& ibidem in §. quamuis dum ait aut re, aut cautione fa-
cienda est collatio. nõ dicit æstimatione: nec negare pos
sumus quin aliud sit res propria, aliud ęstimatio quę ęsti
stimat rem, & ista communis opinio doctorum præter-
37 quàm in liberis priuileg. scientiæ † vt post Bal. Sal. & Alc.
ibi relatos tenet Ias. in l. filiæ licet. col. fi. š. eod. vbi resp. ad
versi. sed & si tantum. vt ibi facit Bart. ex quo secunda ha-
betur limitatio quando id procederet de voluntate illius
cui collatio facienda est, sequitur prædicta etiam Cor. in
auth. ex testõ circa fi. š. eo. sicuti igitur qui tenẽtur ad col-
lationem appetunt aliena bona nõ æstimationem: ita eo
rum propria non æstimationem conferant, & sic ratio
æquitatis, & æqualitatis à Deci. supra considerata potest
in oppositum retorqueri per prædicta. quæstio hæc ple-
nè sit discussa. Et vides quo pede ambulent pręsati Mod.
quæstionem asserentes nouam, nec intelligas quem præci
sè cogi ad collat. ita vt bona omni modo in medium po-
38 nere cogatur: quia liberatur præstando interesse † vt per
Dec. in l. posthumo. j̃. eod. sed pro tanto dr̃ præcisè: quia
non auditur volendo æstimationem soluere. Præmitte
quartò principaliter ꝙ licet dicatur in præalle. authen. ex
testamento ita demum hodie collationem cessare si pa-
39 rens hoc designat expressim, † tamen non requiritur spe
cialis expressio sed sufficit generalis vel etiam ꝙ ex conie
40 cturis cõstet de voluntate testatoris. † vt per Deci. in l. j. š.
eo. pulchrè contra Ang. Soz. in consil. 127. in 7. dub. vol. 3.
Quintò principaliter pro intelligentia totius materiæ
41 inuestigandum esset † propter quid fuerit inuenta colla-
tio de quo per Pau. Cast. Ias. & Decium in rubrica istius
tituli, latius prosequar in secunda quæstione Bartol.

Sextò scias ꝙ ille qui cõferre tenetur nunquam in mo
42 ra constituitur, nisi interpelletur † l. si quis filium. §. sti-
pulatio. ff. eo. quem tex. valde no. Alex. in cons. 111. incip.
circa primũ col. 2. vol. 3. & Dec. in l. si soror in 3. no. š. eod.
Item quod ius conferendi transit ad hæredem actiuè, &
43 passiuè. l. si maritus vbi Dec. & alij. j̃. eo. † Item ꝙ ista ma
teria collationis est odiosa secundum Rimin. j. in 5. col.
per l. illam. j̃. eo. vbi id ꝙ non reperitur expressè dispoli-
tum ꝙ conferatur non confertur, & tamen eo tempore
etiam ratio æqualitatis erat inuenta in materia collatio-
nis. l. vt liberis hoc eo. tit. quæ præcedit. l. illam, plus mihi
semper placuit opi. Ro. j̃. quem improbat Rimin. ꝙ imò
sit fauorabilis, quum fundata sit in æquitate, & æqualita-
te vt infra dixi quomodo ergo potest esse odiosa š nõ ob-
stat. l. illam, quia non solum in materia collationis; sed
generaliter istud procedit in omni materia ꝙ lege pro-
bandum est, quod dicitur, & petitur vt per Dec. in d. l. illã
in 2. no. per regulam. l. actor. C. de probat. non est ergo ex
44 eo quod materia sit odiosa: bene fateor † esse exorbitan
tem à regulis communibus vt hic in 1. col. Alex. declarat.

45 Septimò præmitte † ꝙ collatio fit quatuor modis se-
cundum Bar. in l. j. in §. filiam. ff. de collat. dot. vbi eos enu
merat: adde quintum quando nolo rem conferendam in
medium ponere, possum conferre retinendo pro me di-
midiam, & tibi dando alteram dimidiam. l. j. in §. portio-
nes cum §. seq. ff. de col. bon. Item adde alium per §. iubet
autem prætor. d. l. j. vbi fit col. etiam cauendo, & tenetur
postmodum communicare, aliàs tenetur ad interesse vt
46 in superioribus diximus. Item fit collatio † dando fundũ
vel rem pro eo quod conferri debebat. d. l. j. §. sed cũ pos-
sint vers. sed & si tantum: sed vt supra dixi illud procedit
tantum volente eo cui conferendum est, & satis tunc cõ-
tulisse videtur, idest habetur perinde ac si contulerit non
tamen est propriè collatio.

47 Octauò præmitte † ꝙ ad collationem cogi quis põt of
ficio iudicis, q̃ñ iam facta esset diuisio collatione omissa.
l. si soror. š. eo. alius est modus compellendi quem ad col-
lationem, quando non possidet per denegationem actio
num hæreditariarum. l. posthumo. l. filiæ licet, & l. filiam
hoc eo. tit. propterea dicit tex. in l. prætor. §. j. ff. eod. ꝙ eo
casu quo filius emancipatus non confert, tota hæreditas
remanet penes filium in potestate. Ex quibus infertur
48 † ꝙ si obligatus conferre agere nolit nõ compelletur ad
collationem, & hoc nisi promisisset collationem facere:
49 quia tunc tenetur ad interesse † si interpellatus non con-
ferat lege si quis filium. §. fi. ff. de coll. bon. secundum De-
ci. in d. l. posthumo in 2. no. & latius. j̃. declarabitur. Et ex
eo quod supra dictum est non conferenti actiones dene-
50 gari hæreditarias inferebat Bal. † ꝙ illa exceptio tu non
contulisti, põt opponi ad processum, & litis contestatio-
nem impediet: vt quia dicet reus iudicem procedere nõ
posse, vel actorem non habere actionem: sed contra Bal.
& sequaces tenent Aret. Ias. & Dec. in præall. lege posthu-
mo quia in proposito nostro actiones prius competebãt
l. prætor in princ. ff. eo. ideò ipso iure non tollunt: sed ope
exceptionis. ideò non est talis exceptio quę impediat litis
ingressum. vt per eos, & talem exceptionem potest etiam
51 tertius cuius interest opponere † & sic debitor conuen-
tus ſm Bal. in d. l. posthumo quem conatur defendere ibi
Corn. Rim. Postremò plures regulas in materia collatio-
nis videbis per Bal. in l. quoniam nouella. C. de inoffi. test.
52 † & vnam cautelam pro euitãdo collationẽ ponit Barth.
Veronen. in cautel. 186. incipiente si fratre vbi tamen di-
cit ꝙ si constaret de fraude non prodesset. Ego dico ꝙ li-
cet constare non posset de fraude (si tamen subesset) ca-
uendum esset ab ea tanquàm ab igne, cum sit contra con
53 sciẽtiam † vt per Bar. in l. 2. §. j. ff. eo. & Dec. in lege ea de-
mum. š. eo. His præmissis, quoniã in omnibus rebus quæ-
ri solet in quot partes diuidantur necessarium quidẽ est,
& nos hoc loco de ipsius legis diuisione dicamus. Et pri-
54 mum scias † ꝙ diuisio principaliter quidẽ est integræ rei
incisio, sub diuisio autem diuisæ rei sectio. Diuiditur aũt
præsens lex in duas partes, prout duas ponit regulas, secũ
da est ibi si aũt. Emancipati emancipatus non conferunt
sed suis si ab intestato succedãt h. d. in summa. Casus ita-
55 q; figuratur † omissa figuratione Bal. relata hic per Pau.
Cast. & Ias. quæ licet sit sing. tñ ex sono verborũ. l. non col
ligitur nec comprehendit totum tex. quidam noĩe Dursi
nus Diocl. & Max. consuluit. An ad successionem cõis pa
rentis cum fratre veniens, teneatur quæ ante mortẽ cõis
patris quæsiuit conferre. cui distinguendo respondẽt Im-
peratores vel vtrique emãcipati fuistis, & cessat collatio,
aut frater tuus non fuit emancipatus, & illi conferre tene
ris, tribus concurrentibus. primum ꝙ pater collationem
non prohibuerit, alterum quòd te emancipatum fuisse
probetur, tertium quòd ab intestato decesserit pater.

Inuesti-

Inuestigandæ nunc sunt rationes dubitandi & decidēdi. 56 † quantum ad primam partem legis Ias. Deci. & alij hic in t.no.satis latè explicāt: labor & dolor est assignare dubium ad secundam partem legis. nam iste secundus casus q emancipatus conferat suo decisus erat in l. 1.& per totum titulum. ff. de collat. bono. & vbi est casus. l. ibi nulla dubitatio. l. ancillę supra de furtis. l. q Labeo. ff. de carbo. edic. & l. illā vbi Ias. in 1. no. j. eod. sicq; de indubitali hanc legem esse in secunda parte videtur. Idèm de prima dici potest, quia q inuicem emācipati conferrent per iura digestorum allegata hic per Dec. in j. no. iam decisum erat. Dici potest q Imperatores hic respondent non determinando nouum casum: sed secundum prætoris edictum ad quod se referūt, vt patet ibi forma perpetui edicti: deciditur itaque hic propositus casus secundum iura anti- 57 qua, ideò de indubitabili tunc cessat argu. † vt post Deci. scripsimus in l. Vnica supra quando non pet. partes, & in l. t. de contratab. supra. Sed tunc instare subtilis quispiam poterit, ergo illa lex est superflua, & nō posita in casu necessitatis prout esse debet, si quod hic scribitur iam satis 58 decisum erat, collige resp. † ex dictis Fel. in procē rex pacificus col. fi. diuersitas librorum tollit superfluitatis vitium de quo est tex. valde no. in l. 2. col. 8. versic. quia omnium babere memoriam ibi, aut enim ita lex necessaria erat, vt diuersis titulis propter rerum cognitionem applicari etiam oporteat. C. de vete. iur. enucl.

Per cognitionem præmissorum multo facilius. j. dicenda cognoscentur: bono igitur & forti animo estote dilectissimi auditores, præcipue vos iuuenes. plana omnia, & compendiosa traditione quæ sequuntur conficiam, sicq; vos non possunt deterrere tria illa quæ pigriores efficiunt 59 ac deterrent adolescentulos à scriptis aliorum † prolixitas operis, qualis olim in chrysipo, obscuritas qualis olim in Heraclito, & profunditas sententiarum qualis in Ti- 60 mæo. & Parmenide Plat. In tex. ibi emancipati † id est extra manum & patriam potestatem positi. vt in l. t. & toto ti. j. de emancip. lib. quamuis Cice. in Cato. pro dedito & veluti in mancipium adscripto vsurpet dum ait. Ita senectus nimis honesta est, non seipsam defendit: si ius suum retinet si nemini emancipata est, si vsq; ad vltimum spiritum dominatur in suos. alij latine loquētes dum id significari volunt alicui se emancipatos dicunt, idest deditos, & veluti in mancipium adscriptos, emancipatio verò ad 61 liberos pertinet, manumissio ad seruos † propriè loquendo. l. j. §. alienatio. ff. quando actio de pec. est anna. quamuis confundantur plerunq; in iure hæ appellationes. l. 2. cum gl. 2. ff. de offic. procon. & leg. & inst. qui. mo. ius pat. pot. sol. §. præterea cum seq. & plura in materia emancipationis ponit Bal. in l. post mortem. ff. de adoptio. & in l. 2. vbi etiam Pau. de Cast. supra si aduer. rem iud. Barb. cons. 34. lib. 2. Corn. cons. t77. lib. 1. & 238. & 259. lib. 3. Ias. in l. 2. col. t. ä. de contratab. & Deci. in cons. 55. 316. & 367. In eo. tex. ibi ab intestato. inuestigandum bic esset, quę nam sit differētia inter intestatum, intestabilem, & ab intestato decedētem, & nunquid dispositio vel statutum de intestato loquens comprehendat intestabilē, item quid iuris si loquatur per aduerbium ab intestato prout facit l. nostra. & statutum ciui. nostræ Vercel. an locū habeat in pupillo ac intestabili, articuli disputabiles sunt, & docto. multum varij & contrarij. cōis est concl. q intestatus dicatur propriè qui quum posset testari non fecit testm, vel ex cuius testō non est adita hæreditas. l. t. in prin. j. de suis & legit. l. intestatus. j. de verb. sig. intestabilis qui non habet testamenti factionem actiuè nec passiuè lege cum lege & ibi no. j. de testa. pupillus, furiosus, & cui interdictū est bonis intestabiles propriè nuncupantur. An aūt intestati dici possint ac comprehendi in stat. loquente de intestato iura multa sunt quæ tales intestatos appellant, vt in l. 2. C. de impuberum. l. in testamento. C. de test. mili. etiam in conditione quæ debet propriè impleri. l. credentium. §. si vero. ff. de pe. tu. cum multis alijs alleg. per Cor. in l. cum antiquioribus col. fi. j. de iu. delibe. tm̄ istud nō est ex propria significatione vocabuli: sed ex cōi vsu loquendi per leges approbato, & sic aliter non probando, vt per Bar. in d. l. j. j. de suis & legit. Corn. in d. l. cum antiquioribus col. fi. latissime Alber. Bru. in tract. exclusio. fem. stan. agna. fol. 35. & seq. q. 12. per totam, & Mod. in d. l. intestatus de verb. sign. licet Soz. in consil. 81. col. pen. lib. 4. hunc art. tanquàm dubium noluerit decidere: sed vt dicāt præfati alijq; per eos allegat. 4. quàm allegandi, communis est contra Bar. in d. l. j. q talis communis vsus loquendi, & accipiendi intestatos etiam pro intestabilibus esset probandus, quum tales pro intestatis accipiantur, vt dicit iuris consult. in d. l. j. ergo non sunt propriè intestati sed fictè, & impropriè, & secundū largam significationem, vt post Imo. tradit Alex. in cons. 79. col. fi. lib. 6. & ita potest resp. ad omnia alia iura appellantia intestatos qui intestabiles propriè sunt vt intelligantur impropriè, & largo modo ita q suadetur: quia propriè id esse non potest. d. l. ergo necesse est dicere q intelligantur impropriè, & largo modo, & sic non comprehenduntur in dispositione statuti limitando multis modis, vt per Bru. loco præall. & Mod. de Ripa in l. Centurio. nu. 92. ff. de vulg. & pupillar.

Quando verò statutum loqueretur per aduerbium ab intestato adhuc multi tenent non comprehēdi pupillos nec intestabiles vt per Bru. & alios præall. Dec. in cōs. 563. & 617. & Curt. Seniorem. in cons. 134. & consuluit plenè Gozadi. Bon. in cons. suo 35. sed licet prælati intestabiles propriè intestati non dicantur ab intesta. tm̄ propriè decedere dici possunt s'm cōit. scrib. vt per Brunum & præall. stat. loquens de decedente ab intestato comprehendere etiam pupillum, cum verè propriéque loquendo duobus modis tantum succedatur ex testamento, & ab intesta. §. fi. inst. per quas personas nob. acqui. qui secundus modus verè proprieq; pupillum comprehendit. & ne sim nimis prolixus vide Bar. in cons. 138. & t41. Bal. in d. l. cum antiquioribus col. 5. in 7. q. in c. 1. col. 3. de succ. feu. [illegible] in consi. 342. quæritur. lib. j. cons. 53. opinio, & 377. præmitti lib. 2. & 98. quędam vol. 3. & 239. opi. cōis vol. 4. Ang. cons. 26. statutum & consi. t00. Cald. consil. 6. Rom. cons. 4. & 32. Anch. consi. t77. Pau. de Cast. consil. 286. in antiquis, & in l. 2. j. de impub. & ali. sub. Fulg. consi. 165. in q. Im. & Barb. latè in c. si nbi in vlt. char. de test. Barb. cons. 17. lib. 3. Alc. & alios in l. generaliter. j. de instit. & substit. eundem Alc. in consi. tt5. lib. 2. & in consi. 79. & t04. lib. 6. Cor. consil. 336. col. vol. 1. Deci. in testō. in 5. no. j. de test. mil. & in cōsi. præal. Mod. in d. l. intestatus in fi. Ias. in l potest in 4. no. ff. de vulgar. Fel. in proœ. decre. col. 3. Io. Crot. in rep. l. oēs pop. sol. pe. ff. de inst. & iure. Soz. cons. 35. lib. 3. & cons. 81. col. pe. lib. 4. Parisium in consi. 22. lib. 2. Ruinum in cons. 50. lib. 3. & Sozi. Iunior. cons. t0. in prima parte in quibus locis cōsuluerunt prælati Excellentissimi Mod. pro dicta cōi opi. q pupillus dicaē decedere ab intest. & cōprehendaē in statuto faciente mentionē de decedente ab intest. 62 In tex. ibi forma edicti perpetui † quid sit istud edictum ppetuū declarauimus ad fi. l. 2. ff. de ori. iur. Nota primò 63 inter emancipatos cessare collationem: cōcordantes ampliationes, & rōnem videbis hic per Rim. & Dec. post Alc. & Pau. nūquid ēt hodie indistincte istud procedat declarabitur in processu. Secundò ponderare Ro. banc. Linuenio illis verbis nec vllum testamentum iunctis verbis probatum fuit ad hoc q dicens quem intestatum decessisse 64 probare tenetur † & licet secundum eum q̄nque aliquid 65 probari dicatur eo ipso q contrarium non probaē † l. 2. §. qui testa. fa. poss. & l. super seruis. j. qui manu. pos. hoc secundum eum procedit quando præsumptio est pro allegante aliàs secus, hic pro eo non est præsumptio, vt patet per hunc text. aliàs dicit Ro. esset hæc. l. verbis non rebus imposita contra. l. 2. j. communia delegat. sequitur Bru. in trac. exclusi. fœm. col. fi. tm̄ Ro. opinionem cōiter damna- 66 tam inuenies † vt per Alex. Corn. Rim. Ias. & omnes ferè Moder. bic, ea præcipue ratione, q decessisse quem intestatum

statum negatiua sit improbabilis.l.actor.C.de prob.Dec. 67 hic in 2.no.studio contra dicendi maximè Ias.† opi.Ro. veriorem asserere non dubitat, ea ratione: quia quando negatiua est fundamentum alicuius semper ille eam probare tenetur per doct.Bar. cōiter approbatam in l.in illa. 68 ff.de verb.obl. † vbi practicam probandi negatiuam ponit,& respondet quibusdam adductis per Ias.vt hic etiam per Rim.In hoc loco ponderabis duas cōes opi.doc.contrarias † volunt Bar.Alex.Arct.Ial.& alij in d.l.in illa. ne- 69 gatiuam ēt non coarctatam, qn̄ fundamentum est alicuius per illum probandam esse,hic reprobando Rom.contrarium cōiter scribentes volunt. vt diximus, vnde licet doc.in d.l.in illa generaliter loquantur,tn̄ restrictio quædam,& distinctio quam pro cōcordia opi.Bar. cōiter approbatæ,& opi.Ancb.Imo.& Ro.qui contrarium ibi voluere ponit ibi in vlt.col.Aquen.vera mihi vr̄,temperat.n. doct.illā Bar.non procedere qn̄ ageretur de probando factum aliquod momentaneum,vt contractum,testm̄,& similia. negans.n.talia probare nō tenetur † vt ibi pulchrè 70 per eum,stringit optimè cōis opi.doct.hic contra Ro.& allego ēt gl.not.in l.2.ad fi.de prob.prædicto igitur ordine,& modo ad cōcordiam reducentur præfatæ cōes opi. quæ contrariæ videbantur, & prostrata remanebit opin. Ro.Punctus est resp.ad hunc tex. quo Ro.mouet.Respōdent Ias.& Corn.ꝙ illa verba nec vllum testm̄ referantur ad verbum est.s.positum non ad verbum probatum fuit, somnium est,quum nō sit verbum illud est in tex. vt hic per Dec.qui Ias.nec somniare patitur, nec dormire: † & 71 post antiquiorem Deci.resp.ea verba nō determinari per verbum probatum fuit.j. positum: sed per verbū fuerit. s.scriptum, vt sit sensus ꝙ si nullum testm̄ vel nouissimū iudicium cōis patris relictum fuerat collatio cessat. Hæc ratio non est bona ꝑꝑ punctum qui fit post verbū fuerat ꝙ has clausulas separat,sicq; designant verbum fuerat ad superius dicta, non ad inferius dicenda referri vt hic per Cor. col.2. imò per illud verbū fuerat, si volumus sanum intueri sensum determinari nō pōt, est.n.præteritum abnegatiuū pn̄is † iuxta gl.l.certū. §.j. in verbo confessus.ff. 72 de confes.& sic non conuenit in proposito nostro.vt eīā de præsenti nullum esse relictum testm̄ dr̄. Dum multis annis iam lapsis hanc repeteremus.l.aliter respōdebamus nouum accommodando intellectum, † dicebamus velle 73 hunc tex.ꝙ si emancipatus patrem testatū fuisse non probet conferre tenebitur,& sic probat ꝙ dicens quempiam testatum id probare habet, non aūt probat dictum Ro. ꝙ asserens intestatū aliquem probare id teneatur, & hoc modo ordinanda est verborum series.si te emancipatum probatum fuit,nec fuit probatum vllum testm̄.i.aliquod testm̄ edictum ad collationem te prouocat. errore.n. labuntur scribentes qui putant dictionem nec iungi dictioni vllū,sicq; nec vllum.i. nullum exponi, quinimò dictio nec determinatur per sequentia verba probatum fuit, & verbum vllū testm̄ affirmatiuè stat, i.aliquod testm̄, † vt 74 in c.2.de præb.ibi vllo ep̄o.i.alicui ep̄o non licet,ad idem tex.inst.per quas personas,no.acqui.in prin.vult itaq; hic Imperator ꝙ si in patria existens ptāte fratrem emācipatum probauerit,& emancipatus testm̄ à cōi parent: conditum nō probauerit ad collationem teneatur. Taceo ꝙ pleriq; Mod.Pap.dn̄t verba illa nec vllum testm̄ stare negatiuè,& per verbum fuit subdeterminari.facereq; cōtra Ro.sensus.n.est secundum eos,ꝙ si nullum testm̄ probetur,locum habet collatio, quæ de isto iure codicis solum ab intestato procedit,vt hic,& l.1.s.eo. ille ergo qui collationem petit fundatam intētionem habet, nisi probetur testm̄.quod alia ratione nulla procedit,nisi,quia præsumptionem habet pro se,ꝙ nō probato testō intestatus præsumatur: quæ declaratio licet applaudere videatur,& cōformare se effectualiter cum nostro intellectu, tn̄ nō placet,ꝙ ea verba negatiuè legantur, quia sic posset pertinaciter instari ꝙ pro Rom.facit, ꝙ velit emancipatum ad collationem teneri si fuerit probatum per existentem in potestate eum emācipatum fuisse, & fuerit pariter probatum nullum testm̄ relictum, & sic cōem parentē intestatū decessisse vt dicebat Ro.noster igit̄ intellectus planior est.Non omitto ēt ꝙ non esset peccatum in Spiritum sanctum subaudire verbū,est ad terminum relictū vt plerunque sit in iure, & oīa essent tunc plana quo ad hunc text.

Retenta communi conclusione ꝙ allegāti quem decessisse intestatum probandi incumbat onus:limitant alij qui non procedere, † quando consuetum esset homines 75 condere testamenta: quia vulgata illa regula quòd facta non præsumantur nisi probentur limitatur non procedere in factis solitis Bal.in rub.de fid.instr.col.5.quam limi. reprobant quidam Mod.Pap. quia vt ibi dicit Bald.istud solum procedit qn̄ de facto principali constat puta de testō, sed dubitatur de facto accessorio, puta an notarius rogatus sit: sed quando de facto principali non constat puta de testamento de quo nos agimus Bald.ibi vult non præsumi licet sit solitum. Tu nō recedas ab ista lim.quia verum non est id velle ibi Bal. tantum se fundat in solito 76 † ꝙ solita præsumuntur quæ ratio sic militat in principali solito vt in accessorio solito, ideò dictum Bal. generaliter sequitur Ial.in l.sciendum.in prin.ff.de verbor.obli.& Mod.altenses in tract.de forma.fol.78.col.3.versi.rō aūt.

Tertiò no.ibi, teque emancipatum probatum fuit al- 77 leganti emancipationem incumbere onus probādi † est enim emancipatio quid facti.ideò eam allegans habet iuris præsumptionem contra se: quia facta non præsumuntur.l.in bello.§.factæ. ff.de captiuis.

Ex quo infertur ꝙ in dubio filius præsumitur esse in potestate patris. Ad oppositum hic insurgit Dec.conclu- 78 dens ꝙ dicenti † filiumf.onus probandi incumbit.& pariter dicenti patremfa.quum istud sit fundamentum suæ intentionis,& ita intelligitur hic text.vbi filius dicebatur emancipatus ad istum finem, vt ad collationem teneret. vnde qui allegabat emancipationē probare tenebat:quia fundamentum erat suę intentionis,& fuit resolutio Cor. 79 hic col.j.post Ro.qui dicit ꝙ † in factis non præsumitur affirmatiua nec negatiua.l.hoc iure cum no.per Bar.ff.de verb.obl & per Inn. in c.super his de accusat.tradit Alex. in apostil.ad Bar.in l.2.§.si dubitetur.ff.quemad.test.ape. & ideò dicenti filiumfa.vel patremf. incumbit onus probandi.Tu aduerte ꝙ si constet quem natum esse ex legitimo matrimonio, & patrem viuere proculdubio filiusfa. 80 præsumitur,† nisi probet emancipatio.aut constet quem ex legitimo procreatum matrimonio,& patrem mortuū præsumitur paterfa.licet præsumatur fuisse filiusf. tpe vitæ patris ut hic. & istis duobus casibus loquuntur Alex. & Ias.qui per Dec.reprehendi non meruerunt secundum insignem Doc.Lan.Galiaulam in rub.ff.de verb.obl. col. 34.versic.tu sequendo communes, & inuenio Alex.sic se declarare,& intelligere in l.is potest. col.3. ff.de acq.hær. Obstat tamen multum prædictis: quia communiter nascuntur homines ex legitimo matrimo.vbi est patria potestas,& in materia probationis procedit arg. à commu- 81 niter accidentibus † vt per glo.& doct.in l.neque natales supra de prob. ergo præsumitur matri. legitimum: absq; alia probatione facit quod diximus in limitatione præcedentis not. quod factum præsumitur qn̄ est consuetum.

Quid possit resp.non video, nisi dicatur ꝙ licet multi matrimonium contrahant, plurimi tamen more bestiali viuunt, & ex coitu illegitimo naturales tantū suscipiunt. & illegitimos filios,vt experientia docet & ostendit ita ꝙ illa probatio à cōiter accidentibus non concludit nec at- 82 tēditur: † quia non quandoq;,sed multoties oppositum videmus: ideò alleganti patriā potestatē incumbit onus probandi. Limita prædictum not. quando filius esset in 83 quasi possessione existentiæ sui iuris, † ut quia sic agebat, sic contrahebat ac si esset paterfam. per l.3. ff.ad Maced. nec requiritur decennium quicquid hic dicat Iason, sed sufficit quòd publicè se pro tali gesserit, etiam minori tempore faciendo actus prædictos, ut hic per Decium,

facit

facit l.Barbarius.ff.de offi.præt. & istud procederet quantum ad validitatem gestorũ per filium: sed si ex tali quesi possessione vellet filius contra patrem aut fratres se emancipatom dicere & defendere, † tũc requireretur possessio titulata cum spatio decem annorũ aut viginti sine tit. vt declarat Bal. in l.post mortẽ ad fi.ff.de adoptio. Barb.consi.35.col.6.in 2.vol.melius Bar.& Pau.Cast.in l.2.C.si adver.rem iudi.vbi Bal.declarat qualiter deponere debeant testes in probando quem se pro patrefam.gessisse.

85 Restringe tamen prædictam limi. † respectu validitatis testamẽti conditi à tali filiosa. reputato sui iuris propter existentiam quasi poss sui iuris: quia nõ valet. vt per Ale. in l.1.in vlt.no.ʒ.de testa.facit quod consuluit, Cor.consi. 68.col.fin.vol.1. ꝙ condens testamentum debet esse certus de morte patris, & si dubius sit non valeat testamen-

86 tum. licet reuera pater mortuus esset: † ꝙ ratione comprobari potest: quia quando aliquid potest se habere, vt ad pmissum, & vt ad prohibitũ, stat vt ad prohibitum l.j. in §.si pendeat. ff.ad maced.& l.nec nos. ʒ.de post lim.re-

87 uers.per quem tex.dicimus. † ꝙ in tractando de hæreditate alicuius paria sunt illum viuere, vel mortuum esse & dubitari an viuat. vt per Aquens.post alios in l.1. col.3. ʒ. de pac. ex quo dicebam semel in quadam causa multum ardua in qua cessa & donata fuerat cuidã hæreditas pro-

88 pinqui de cuius vita vel morte dubitabatur quòd † cessio, & donatio talis nullius erat momenti tanquàm reprobatã à l.scripsi in l.fin. colum.6. ʒ.de pact.

89 Extra causam testandi quando constat quem esse natũ ex legitimo matrimonio, sed viuat pater an mortuus sit non constat, an quis præsumatur in patria potestate, & sic filiusfa. aliqua est dubitatio Accurs. in l.sed & si de sua in prin.ff.de acq.hær. videtur præsupponere ꝙ præsumatur in dubio esse in potestate: quia pater præsumitur viuere vsque ad centum annos, si mortuum esse non fuerit probatum l.fi.ʒ.de sacrosf.eccl. ponit, gl.& Bal.in l.a.in §. si dubitetur. ff.quemadmod.testa.aper. ergo durante tali tempore præsumetur quis filiusfa. sequuntur Ang.Im.& Rom. à quorum auctoritate durum esset & minimè salutiferum in decisiuis recedere secundum Cor. in cons.68. col.fin.volum.1.& consil.204.col.1. volum.3.

90 † Sed verius est & ita tenendum ꝙ si fundamẽtum alicuius est, ꝙ pater sit mortuus debeat probare, si verò est fundamentum intentionis alicuius ꝙ viuat etiam probare debet, vt hic per Dec.in 3.no.per Lãc.Galiau.loco preall.Ale.in apostillis ad Bar.in d.§.si dubitetur.& in consi. 175.col.fi.vol.5.Cor.cons.195.vol.3. facit quod dicimus

91 de fundante se in ætate maiori vel minori, † ꝙ illam probare tenetur, vt plenè per Dec.in c.in præsentia in glo.super verbo secundæ de prob.& per Ang.Are.insti.ad Tertullia.circa fin.tit. Non obstat ꝙ quis præsumatur viuere vsq; ad centum annos, quia resp.Dec.hic hoc verum non

92 esse. † nam licet possit quis viuere vsq; ad centum annos, & istud sit tempus longissimum vitæ hominis. vt dicitur in d.l.fi.ʒ.de sac.sanct.eccl.& in l.an vsusfructus.ff.de vsufr.leg.nõ tamen per hoc infertur ꝙ ita præsumatur, quia licet possibile sit, non est verisimile nec præsumitur, & contrarium à cõiter accidentibus contingit vt per experientiam patet, & fuerunt dicta Corn.hic licet Deci. sibi ascribat allegantis pro eius sententia tex. in l.hæreditatũ. ff.ad l.Fal.latius tradit idem Cor.in cons.208.col.2.vol.3. & pulchrè etiam. Aret.in l.sed & si de sua col.3. ff.de acq. hære.illud etiam voluit Soz.in l.si inter col.fi. ff.de rebus dub.vbi tamen quodam modo declarando saluat gl.in d. §.si dubitetur ad quod ẽt vide Alex. cõs.175. col.fi.vol.5.

Inuenio tamẽ ꝙ illud commune, & vulgatum dictum ꝙ præsumatur quis viuere vsque ad annos centum sequitur consulendo idem Corn.in cons.204. & cons.243.col. 2.in 3.vol.quicquid legendo in hac l.tenuerit, dicit ibi ad legem hæreditatem respon. posse ita ꝙ licet quis præsumatur viuere annos centum: tamen quia non est certum deuenitur ad illam imaginationem, & concludit ꝙ Falc. est res odiosa, ideò de facili deuenitur ad interpretationem contra eam. quum detrahatur cõtra voluntatem testatoris, vt habetur in l. Titia, eo.tit.nec est fundata illa dispositio in naturali & viua ratione. patet inter cetera, quia tantum præsumitur viuere non agenarius, quantum sexagenarius, & pro hac opin.glo.& sequacium adducit, quia quod semel fuit præsumitur hodie esse l. siue possidetis cum ibi no. C.de prob. vnde qui semel fuit in vita præsumitur hodie esse, & durare donec potest esse & durare, & sic vsque ad annos centum.

Sed no.resp.Cor.ad motiua supra in contrarium facta maximè. Aret.in d.l.sed & si de sua ideò non est à præcedenti.opi. recedendum, ꝙ licet possit quis viuere vsq; ad centum annos nõ tamen præsumatur: maximè quia hoc est de raro contingentibus, & frequentius contingit contrarium, & à communiter accidentibus validum est ar.l. certi conditio.in §.quoniam ff.si cert.pet.& duratio vitæ quum per tot accidentia possit abbreuiari, & abbreuiet, non habet violentã præsumptionem pro se. vnde est adagij vice celebrata Terentiana sententia. homo bulla est, eoq; magis senex. nã vt verissimè inquit Lucius à tenuissimo filo pendẽmus omnes, quod citius dicto dirumpitur & hoc est secundum Aret. quod voluit dicere iurisc. in l. Spadonem in §.qui absolutus.ff.de excus.tut. ꝙ non omnino potest quis se fundare ex dispositionibus præteritis. ac si diceret præsumptio est, ꝙ qui olim vixit nunc viuat, non tamen talis vt faciat plenam probationem, ideò fundãs se in vita vel in morte probare debet, & sic licet constet hominem semel fuisse, & possit aliquando durare usque ad annos cẽtum, & illud quod semel fuit durare præsumatur: tamen illud non procedit in homine ꝙ præsumatur viuere vsq; ad centũm annos: quia est de rarissimè cõtingentibus, & propter pericula, & fragilitatem humanæ vitæ nõ fit talis præsumptio, quæ esset contra id quod singulis diebus oculis proprijs videmus. Aret.tñ in c.causam quæ col.fi.de testi. per quasdam rationes tenet ꝙ probata vita resultet præsumptiua probatio ꝙ talis adhuc viuat nisi excederet metam centũ annorum: sed repugnãt prædicta, ꝙ licet possit quis viuere.c.annos, nõn tñ præsumitur, Dec.ad fi.legis secundæ.C.de edendo tenet ex præexistentia vitæ præsumitur talis adhuc viuere secundum distinctionem temporum.l.hæreditatum.ff.ad l.Fal.facit quia præsumptiones legum dicuntur liquidissimæ probationes. l.licet Imperator de leg.j. cum alijs de quibus per Deci.in cons.222. col.3.sed illa præsumptio, & distinctio solum locum habet in ratione leg.Falc.non in alijs. vt ibi per Pau.Ale.& Mod,Perus.& Cor. in cons.243. col.2.lib. 3.ergo &c. durum est ꝙ aliæ res quæ difficile perduntur præsumantur durare vt per Are.loco præall.& secus dicamus in homine. Repugnaretq; ratio naturalis quã solam sufficit allegare, ꝙ si probarem te viuũ fuisse hoc anno puta non sufficeret ad proban. te esse nunc viuũ sed probanda esset vita in præsentia. Ea propter dicerẽ ꝙ quum præsumatur quis viuere, & durare, decisum tamen non sit vsque ad quod tempus præter quàm in casu. d.l. hæreditatum, arbitrium istud esse per regulã legis.i.cum simil. ff. de iure delibe.& no. ꝙ ex modico interuallo non præsumitur ex præterito in præsenti Ro.in cons.83.col.4.in fi. cum alijs quæ citabo in l.2. ʒ.de rescind.vendit.& ista est subtilior consideratio quàm illa cui adhærent Mod.Medio.in tract.præsump.in 44.præsumpt.primæ re. Ex præ-

93 dictis † inferri põt ꝙ cautela Ange.hic per Ias.relata non subsistit nec de iure procedit, eãq; damnãt ex alijs Mod. Bono.latè in l.si quis ne qõ.col.9. cum seq ff.de qõnibus.

Et pro complemento prædictæ materiæ quando non

94 constat † quem natum ex legitimo matrimonio, vel nõ an tunc præsumatur legitimus. vide Lanc.Galiaulã. in d. rub.ff.de verb.obl. col.35.& ista no. quia nullibi sic declarata inuenies. Glo.primam potes diuidere vt hic per Ias. illatio gl.in prin.sic probatur secũdum Rom. quia si emãcipatus propter quem prætor edictum de collatio.ad in-

uenit l.1.in princ.ff.eod.emancipato non confert,multo minus suus confert emancipato, quum propter suũ non sit inuenta materia collationũ,& sic procedit arg. à multo magis auc.multoma. š.de sac.lanc.& c.cum in cunctis de ele.sed illatio hæc est falsa per legem filię dotem supra eo.& est diuersa rõ ſm Dec.vt statim videbimus,ideò nõ procedit prædictum arg.igitur circa contrarium formatum in gl.de ipsa lege filiæ dotem reprobata solu.gl.cõiter tenetur sol.Bar.hic ꝙ † emancipati inuicem nõ con- 95 ferant ſm tp̃s istius legis.sed suus bene confert emancipato profectitia,vt ibi,& pondera legem illam fuisse Gord. Imperatoris qui præcessit Diocl.& Max. auctores. l. nostræ, quæ propterea post illam ponitur. & sic apparet inter emancipatos cessare collationem secundum tp̃s illius le. quæ istam præcessit, & istius quæ post illam condita est. Sed ardua insurgit difficultas quare secundum. d.l.filiæ dotem, filia in potestate existens dotem aduentitiam 96 emancipato sibi omnia conferenti non conferat,† variæ assignãtur à doc. rationes nec mirum quum variæ etiam inter ipsos iureconsultos in hoc artic.fuerint opiniones, vt ad fi.legis dicitur, Iac.Butr.& Pau.de Cast.ibi circa fi. commenti rationem esse affirmant, quia propter emancipatum principaliter fuit inuenta collatio.l.1.ff.eo.ideò maior ratio conferendi est in suo quàm emancipato,cõfirma rationem hanc per tex. legis illud in §.fi.j.eo.iunctis no.per Bar. in §.nec castrense col.pe. vbi assignando rationem ad tex.illum quare sit, ꝙ ibi disponatur donationem à matre factam filio conferri: in duobus tãtum casibus de quibus ibi, quum indistinctè cõferri deberet, ex quo ab initio valet. vt cõiter tenetur per doct.in auth. ex testã.š.eo.dum volunt donationem validam ab initio regulariter conferri debere,ea ratione secundum Barto. quia collatio principaliter inuenta non est propter tales successores,qui nõ sunt sui nec esse possũt, ideo satis lex fecit illos grauando illis duobus casibus. ergo & in casu nostro satis lex fecit,filiam grauando profectitiam conferre dotem, non autem aduentitiam. Ista ratio sic confirmata non subsistit, & per legem illam filiæ dotem confunditur, vbi filia in potestate existens propter quã principaliter non fuit inuenta collatio de iure illo dotem cõferre tenetur, non solum profectitiam sed etiam aduentitiam fratribus qui in potestate fuerũt,ergo pariter,& fortius emancipatis,qui omnia sibi cõferebant conferre debebat: nisi dicatur emancipatum ad successionem cum existente in potestate à prætore vocatum, illum iniuria damnoq; afficere: quæ ratio cessat ex contrario: quia existen.in potestate nulla iniuria afficiebat emancipatum ideò nimirum si in conferendo minus grauabatur & fuit hæc secunda ratio. š. assignata per Odof.& Alber. quam ibi in 2.col. Ias. sequitur asserens meliorem non posse assignari, quæ tamen ratio non satisfacit vt ibi per Deci.in 2.not. & hoc confirmo: quia licet qui in vno alleuiatur 97 † in alio grauari possit.l.eum qui in prin.ff.de iureiur.ta- 98 men duplici onere quis grauari non debet, † l.pen. ff.de dot.præal.& l.priuatæ.C.de excu.mu.lib.10.propterea dicendum non est emancipato non conferri dotem aduentitiam rõne prædicta, quia sic duplici grauaretur onere, grauaretur enim primò onere conferendi sua oĩa.secundò ne aduentitia dos sibi conferatur.Deci. hic aliam assi 99 gnat rationem quæ minus valet quàm præcedentes, † dicere enim est speciale refugium est miserorum iuxta gl. legis filium quem habentem. C.fam.ercis.præterea sicuti profectitia ita aduẽtitia dos proprium est patrimonium filiæ,cui & non patri pleno iure quęrebatur.l.Caius.ff.solu.matr.latè tradit Bald.nouellus in tract.dotiũ sol.19.in 33.speciali cum multis sequẽtib.ergo pariformiter collationi subijci debebat.vbi.n.eadem est ratio,ibi iuris eadẽ debet esse dispositio.l.illud cum vulg. ff.ad legem Aquil.

100 Potest igitur dici † vt pleriq; dixere,ꝙ ex quo dispositio illa bona rõne fundata non erat, meritò per leges nouas sublata fuit,quę in aduentitijs hinc inde cessare collationem disposuerunt.l.fin.cum ibi no.infra eod.considera tamen quia pungitur Imperator etiam considerato tempore illius legis.

Circa contrariũ.§.pe.l.1.ff.de coniungen.cum emanc. 101 lib.eius † vbi patruus emancipatus confert nepoti emãcipato ex fratre prædefuncto: & sic emancipatus confert emancipato.contra tex.nostrum,terribilis est hic sermo & plures dantur sol.ad illum tex. prima solu.gl.nostræ reprobatur per Bar.Ale.Ias.& omnes,pro quibus facit,quia vltra quòd est sol.diuinatiua ad vtrũque tex. generaliter, & indiffinitè loquentes, est contra legem primam in fin. ff.eo. ibi inuicem nihil conferre,ergo nec profectitia.

Secunda sol.gl. quòd ibi nepos emancipatus fuit à patre suo non ab auo,propterea ei confertur; quia nec per se nec per auum factum est quominus sit in potestate aui communiter, & bonis reprobatur rationibus vt hic per Bartol.Bald.Ias.Deci.& alios.vltra quos facit:quia à quocunque facta sit emancipatio militat semper ratio,quòd inter emancipatos cessat iniuria à prætore facta filijs in potestate ob quam inuenta est collatio, ergo cessare debet,& dispositio.

Tertia sol.gl. ꝙ ibi fiat collatio nepoti emancipato ex iure in ipsum transmisso per patrem suum arg. l. si maritus j.eo.vbi ius conferendi sibi ad hæredes transmittitur, sicq; nepoti prædicto emancipato fit collatio virtute iuris per patrem suum ad eum transmissi,non eo quia emãcipato conferatur. & sic dici potest non tibi sed Petro, quamuis reprobetur à Bart.Bal. Pau.de Cast.Cor.Alex.& reliquis:tum quia non constat ꝙ ibi pater fuisset in potestate,& intelligi potest ꝙ emancipatus erat: tum quia pater prædecesserat auo, & sic nullum ius transmittẽdæ collationis ortum erat. Attamen sequendo Rayneri.Cin.& Saly.defendebam aliàs solu.istam, quia licet non constet expresè ꝙ fuerit in potestate,nec ꝙ pater decesserit post auum,& ius collationis potuerit transmittere, non tamẽ cõstat contrarium,ꝙ emancipatus fuerit,aut prædecessisse auum, ideò diuinare non est nec inconueniens ita dicere per regulam no.& iam vulgatam,ꝙ dum in l.de vno quæritur semper præsupponitur habilitas omni alio re- 102 spectu, † lege qui in testamento in prin. ff.de testa.c.cessante vbi Deci.tradit in 7.not. de appellat.facit lex 1.š.de sacrosanct.eccl.ideò dum ibi quęritur quantum patruus conferat istis nepotibus quorum alter in potestate erat alter emancipatus,præsupponendum est omni alio respectu concurrere habilia vt emancipato fiat collatio, sunt autem habilia ꝙ pater nepotis emancipati fuerit in potestate aui.& post auum decesserit,& sic trãsmiserit ius collationis faciendæ, quæ ipsi emancipato alio non concurrente minime fit vt hic,& inuenio hanc solu.vt communem non facta mentione de prædictis sequi Aret. in consil.163. colum.6. versic.pro ista conclusione, & Sozin.in consi.252.colum.6. cum seq.vol.2.

Sed nunc subsisto quia repugnare videntur expresè verba d.§. pen. ibi ex defuncto vnus in potestate nepos. alius emancipatus, si ex defuncto vnus erat in potestate nepos: ergo auus superuixit filio suo, & si dicas intelligo quòd erat in potestate patris nunc defuncti, respondeo esse contra illum text. dicentem quod vnus nepos erat in potestate,ergo intelligitur respectu aui,cuius respectu dicitur nepos.nam respectu patris dicitur filius.

Quarta sol.Bar.approbatur hic communiter per doc. vt per Rim.Ias.& Deci.post alios, & quòd ibi conferatur nepoti emancipato, non propter eum sed propter alium nepotem in potestate: quia representant vnum corpus, vt hic subtiliter per Corne. sicque capit emancipatus ex persona nepotis existentis in potestate, quod ex sua consequi non posset argumen.legis qui duos.ff.de lib.lega.& lege si communem. ff.quemadm.ser.amit. cum pluribus 103 similibus per Ias.accumulatis in quibus † ratione vnionis consequitur quis id quod ex sua persona consequi non posset,& fuere dicta Felyn.& Barba. vt hic admonet Deci.

Deci.plura alia addi possent de quibus per Barba. in c.significasti.col.11.cum seq.de fo.compet.Fely.in c.1.col.3. & seq.de præscript.in cap.2.de Iudæ. & in rubr. de offic. delegat.col.1.Aret.consil.25.Soz.consi.12.col.5.in 1.vol. Barb.consi.83.vol.3.Bologn.consi.34.col.3. & Mod.Bononien.in l.de minore.§.torméta.col.3.ff.de quæstionibus, & in not.suo 180.

Sed ista solu. stare non potest vt hic pulchrè per Deci. & Moder.Papien.& ante eos omnes per Aret.& Sozin.in 104 consi.præall.ex quorum dictis habes bene no.quod † regula dictæ legis si communem cum præalleg. locum habet in materia indiuidua nõ in materia diuidua, & ideò vt ipsi vniuersaliter dicunt post Speculat. quando plures fratres habent patrimonium commune & indiuisum, sit vnus immunis à collectis speciali aliquo priuilegio vel ratione, alij non habent immunitatem sed pro eorum rata 105 parte † quia materia est diuidua tenentur ad solutionem collectarum quod no. reputat Rimin.in leg. imperium col.3. ff.de iur.omn.iudic. & ita seruari vidi in practica.quod not.

Fulgosius posuit quintam sol. quam bonis rationibus hic Deci.improbat qui sextam addit, cui tamen non acquiescit,& rectè:quia nulla syllaba in iure debet esse sine 106 ministerio operandi † l.1.in prin.iuncta glo. ff.q. metus causa.c.si Papa de priui.in 6. Item quia non tantum quæritur in quantum patruus conferat: sed an conferat nepoti in potestate existenti, & emancipato, cui videbatur non esse conferendum, sed contrarium ibi deciditur.

Septima sol. Deci.quæ fuit Rimin.minus valet.quia licet non agatur de interesse emãcipati conferentis ex quo ita tantumq; vni contulisset, sicut quantumcunque duobus:tamen bene agitur interesse nepotis existentis in potestate cui soli conferendum erat, & non est ratio cur emancipato nepoti fiat collatio quæ introducta est in recompensationem iniuriæ de iure illo fiorum, vt dictum est supra quæ ratio cessat in emancipatis, quia prætor v- 107 num vocando alteri iniuriam non facit, † immo commodum quum excludantur de iure ciuili, ideo cessante iniuria cessare debet collatio ob eam introducta c.cũ cessante cum vulg.de appellatione & per ea quæ Aret. & Sozin.in præallegatis consilijs scribunt. Nulla igitur (proh. dolor.) ad illum terribilem.§.pe subsistit sol.tertia est minus periculosa quàm sint aliæ, licet non transeat sine violentia literæ, vt prædiximus, ex qua solutio. habes q̃ ius conferendi seu petendi collationem non est quid personale, sed reale ex quo egreditur personam eius cui competebat,& transit ad hæredes vt per Rimi. in l.si maritus. j.eo.illud tamen intelligas, quãdo pater se immiscuit hęreditati paternę, aliàs secus.quia illi ad quem ius adeundi 108 transmisit nõ est facienda collatio. † casus est à contrario sensu in d.l.si maritus, vt ibi ponderat solus Arist.mirabile reputans, sequitur Soz.in consil.116. col.7.vol.1.& sic transmissio non fit omnino cum eadem qualitate.

Ego contrarium arbitror esse verius per illum tex. d.l. si maritus, vult enim quod ille qui patri suo intestato hæres extitit, transmittat ad posthumum suum sibi succedẽtem ius petendi collationem, ista verba intelligi possent etiam quod se non immiscuerit hæreditati paternæ, casum tibi allego in l.apud hostes, infra de suis & legiti.ibi hæres extitit sua,& sic illa verba l.si maritus hæres extitit, non important quod se filius immiscuerit hæreditati paternæ, vt intellexit Arist. sic malè colligit suum prædictũ admirabile, & merito dubitabat ibi Aret. de eo loquendo conditionaliter si verum ait ipse.

Circa vltimam partem gl.colligitur ex ea conclusio, q̃ si cum extraneo sit institutus filius non fit inuicem col- 109 latio. † sequuntur communiter scribentes, vt per Alex. Cor.Dec.& alios, aliqui tamen dicunt faciliter disputando teneri posse, quod etiam extraneus filio conferat, quũ 110 sit hodie fundata collatio in sola equalitate seruáda † §. illud in auctent. de triente & semissæ. quæ ratio in l.scripta est, quo casu etiam in correctorijs licita est extẽsio.l. his solis versi.satis faciie cautum putamus.C.de reuo.do. & eo maxime quia præsumendum non est quod testator 111 velit melioris esse conditionis extraneos, quã filios † argum. l.quum acutissimi.j. de fideicom. & l.cum auus.ff. de cond.& demon.Ad tex.l.si.in versi.sin autem extranei. C.communia vtriusque tud.in glo.allegatum responderi potest quod non obstat: nam bene probat quod filius non conferat extraneo nec filia, sed habeant præcipuam vel dotem vel donationem propter nuptias etiam si esset ad patrem reuersa, quod extraneus si aliquid habuisset à patre non conferat text.non dicit.

Non est tamen à conclusione gl. & communi recedendum per aliam regulam quę vult in hac materia non esse 112 collationi locum, nisi inter descendentes † gl.fin.cõiter approbata in l.j.j.de leg.hæred.& statim latius dicetur.rationem quare cessat inter prædictos collatio assignant aliqui, quia filius non confert extraneo d.l.si. ideo nimirum si extraneus non confert sibi, quæ ratio manifeste est friuola, quia ea data pro bona duo emancipati hodie conferre non deberent, contra nos communiter per omnes in l.vt liberis.j.ep.& videbimus in materia, ideo aliter di- 113 cendum est † quòd inter filios & descendẽtes fuit adinuenta collatio ad tollẽdum discordias, quæ inter eos oriri solent, quando ex paternis bonis vnus reperitur habere plusquam alius, vt dicit tex.in l.quum oportet in princ.j. de bonis quæ liberis, ideo voluit inter eos lex æqualitatem seruare, de qua æqualitate inter extraneos minime 114 curaui quia solet frater † grauius ferre, quod alter habeat maiorem partem quam si haberet extraneus vt dicit text. in d.l. cum oportet quam rationem succinctè post quosdam Mode.Papien. explicauit hic Dec.qui de æqualitate seruanda inter filios plura scribit in consi.59.col.2. & ad præalle.l.his solis potest responderi non procedere in 115 hac materia collationis † vbi non fit extensio ex identitate vel maioritate rationis etiam in l.scripta, quum caueatur l.in hac materia non fieri collationem, nisi quatenus expressum est in l. allegatur in communi ad hoc tex. in l.illam, j.eod.& statim latius dicetur & probabitur.

Prædicta tamen ratio licet sit colorata non satisfacit, quũ immo sit grauius quod bona paterna ad extraneos 116 vadant quam ad fratres † vt docet experientia rerũ magistra.c.quam sit de elect.in 6. & text.in d.l.cum oportet loquitur de bonis acquisitis per ipsos filios, præterea dicit ille tex.quod grauius multis esse videtur, quasi innuat vere non esse grauius quamuis multis ita videatur. Item illa ratio ęqualitatis scripta est inter fratres non inter alios succedentes patri. vtcunque etiam sit sufficit non esse cautum.l.inter tales fieri collatio. ergo inter ipsos fratres 117 quibus est permixtus extraneus bene fiet collatio † vt hic per Deci. Iuxta prædicta pro habenda perfecta intelligentia istius materiæ, tres articuli discutiendi sunt. Pri- 118 mus † an inter transuersales locum habeat collatio, cõmunis est quòd non, vt hic post alios tradunt Ias.& Dec. qui tamen disputando oppositum defendit, sed resp. patet ex his quæ proxime diximus defendendo quod locũ habeat inter descendentes tantum.& quod ratio æqualitatis solum inter liberos scripta est & militat,& quod nõ fit collatio nisi lege cautum sit, neque extensio locum habeat in hac materia exorbitanti.faciunt quæ hic colum.j. Alex.aduersus Ang. scribit, & Soz.in repet. l.quum auus, col.1.ff.de cond.& demonstr.

119 Secundus articulus, † vtrum inter ascendentes succedentes descendentibus habeat locum collatio, communis est quod non, vt hic per Alexan.Corn.Rimin.& alios quamuis Ias.disputando contrarium doceat, cuius ratio- 120 nes pro parte Dec.more suo peculiari improbat † inducens postmodum fortiores contra cõem rationes: sed responde q̃ in hac materia collationis non attendimus paritatem nec maioritatem rationis ad inducendum collationem, sed lege cautũ expressè requiritur, vt in superioribus

121 ribus dictum fuit per l.illam. ✝eo.✝ sed Deci.post Alex. tamen admonet illam l. nō probare quia illud dicitur ibi in allegatione partis & non sunt verba imperatoris: qui cōtrarium vr postea determinasse & sic nihil facit,& malè in cōi allegatur illa l.sunt qui melius inducant. §.illud in auc.de trien.& semisse vbi postquam tex.correxit antiquas leges quę differentiam faciebant inter successionē ab intestato, & ex testamento propter casum præsentem subdit, quòd omnia alia quæ per antiquas leges sunt statuta in materia collationis debeant firma stare, sed nihil facit nō enim dicit per leges antiquas sed dicit omnibus quæ a nobis sancita sunt in sua virtute durantibus, & sic loquitur de ll. conditis ab ipso Iustiniano, quas incorrectas remanere voluit,& de extensione permissa vel prohibita in casu non disposito a lege nihil ibi dicitur. Sustinē

122 do cōem conclusionem doct.✝potest primo dici quòd imò d.l.illam bene allegatur secundū Dec.ibi col.1.quia ista est negatiua per quam intētio negantis fundatur, nisi contrarium probetur.l.actor.C.de prob.presertim.addas quia materia est exorbitans vt diximus, & licet ibi imperator decidat contrarium, statur decisioni imperatoris, quia ipse dicitur lex animata in terris & potestatem habet legis condendæ,sed per hoc non tollitur quin tale argum.erubescimus sine lege loqui,bene procedat nisi contrariū probetur,& alibi istud bene probatur, vt per Dec.

123 ibi. ✝Contingit aliquando doctissimo nostro Dec.Ias. præcipuò reprehensori: quod illis contigisse referunt qui studio cōtradicendi sanum perdiderunt intellectū ; nam quod ait Dec bene probatur rationibus suis sed non per dictam l.illam,vt post Alex.Ias.dixit : quia illa partis allegatio non probatur. ib quicquid sit vides quod illa lex probat in materia collationis requiri legē expressam ad hoc vt fieri debeat. Ideo aliter probo ꝙ in hàc materia non fiat extensio per nominem ex ratione æqualitatis,etiam in l.scripta, erat enim ista ratio ponderata & scripta in l.vt liberis.j.eo.& tamen licet militaret in don.simplici prout in dote& donatione propter nuptias,&ex testamento,sicut ab intestato,non trahebatur extra casum suum, & sic ad simplicem donationem, & ad successionem ex testamento, nisi imperator istud expresse dispofuisset in l.illud in §.fin.j.eod.& in §.illud quoque in auc, de trien. & semisse. Confirmamus communem opin. re-

124 torquendo fundamentum Decij contra eum, ✝ magis enim est debita hæreditas ascendentium descendentibus quàm econtra pulchrè per Sozin.in repe.leg. quum auus colum.5.ff.de condi.& demonstrat.igitur mirum si potius requiritur collatio quando descendentes succedunt ascendentibus quàm econtra,quia quum hæreditas ascēdentium sit plus debita descendētibus conuenit fieri collationem,vt vnusquisque habeat portionem suam de illa hæreditate & vitetur inuidia & discordia inter descendentes, quæ rationes non ita militant in ascendentibus succedentibus descendentibus. quum ergo non sint omnino equiparati in hac exorbitanti materia non debet fieri extensio, vt hic per Alexand.columna prima, & simili per Sozin.loco præallegat.

Ex præmissis quod leges non extendātur extra casum suum quando est aliqua lex generalis qua cauetur in tali materia nihil fieri nisi l.caueatur,inferunt aliqui ad statu-

125 tum, ✝ quod nullus corporaliter puniatur nisi statuto caueatur: si est aliud statutum quod hominem occidens decapitetur quod isto casu non comprehendatur mandans. qui de iure communi, ita debet puniri.l. non ideò minus.C.de accusat.& per Angel.Aret.in tracta.malefic. in verbo Sempronium mandatorem, ita Bal.in consi.52. volum.3.quod tamen non firmo,quia est extrauagans,esset recurrendum pro veritate ad dicta in leg. omnes populi.ff.de iustit.& iure.

126 Tertius articulus principalis ✝ postquam cōis conclusio doct.est, quod inter solos descendentes habet locum collatiō quot requirantur ad hoc vt inter ipsos collatio fiat Bal. hic tria exigit: primum quod liberi veniant ex primo capite vnde liberi, si autem essent exclusi à primo capite & ex secundo vnde agnati aut vnde cognati venissent, collatio cessaret sicuti locum non habet inter agnatos vel inter cognatos.quæ sententia communiter approbatur,vt per Alex.Rimin.& Dec. respondentem motiuis Ias.factis ad oppositum,& facit pro opi.Bal.quia si in modo succedendi & alios excludendi non reputantur vt liberi,sed tanquam agnati vel cognati, & propterea existentibus alijs liberis quibus competit bonorum possessio vnde lib. isti volētes admitti tanquam agnati & cognati excludētur: quia donec liberi extant agnati non admittuntur,vt habetur.in leg.j.in §.sed videndum. ff.de successor. edict.& in l.2.ff.vnde legit. multo minus reputabuntur liberi in conferendo, quia lex difficilius collationem indu-

127 cit ✝ quam successionem vt probatur in l.illam j.eo. & rationem assignat hic Bald. in quarto opposito, quia in successione de bonis alienis agitur: sicque de dando uel auferendo lucrum succedētibus.In collatione verò de bonis proprijs iam quæsitis agitur,& consequenter de damno euitando, ergo lex non ita de facili inducit arg.l.fina. infra de acquiren.possess. & eorum quæ traduntur in l.filius pacifcendo. C.de pact. quæ consideratio tollit quasi omnia argumenta facta in contrarium, scilicet quod filius annum habeat, quod sit suus hæres & reliqua,ista enim non concernunt damnum filij: quia agitur de successione acquirenda & non de quæsita auferenda: sed in materia collationis agitur de iure quæsito auferendo,nō est itaq; par ratio.l.fi.in §.si vero j.de iure delib. sed pro repetentibus hāc legem,articulus est pulcher.& ad vtranque partē in via disputatiua defensabilis prout aliàs nos defendimus.Et quod dixit Bald.de venientibus ex secundo capite, pari ratione procederet in excluso de iure ciuili per lapsum 30. annorum de hæreditate paterna volēnte postmodum ex alio capite legitimorum venire. j. alios triginta annos,sed quod vidimus in l.j. in glo.fin. supra qui admitti. tractaretur enim vt agnatus & inter agnatos vt dicit Bal.cessat collatio & de dicto Bal.in rubr. de præscript.allegato hic per Iason.& Doct.diximus plura post Doct. in d.glo.fin.

128 Eodem modo ✝ dici potest in filio matri succedente ex quo duplex habet caput, vnde legit. & vnde cognat.vt per Alex.in cons.89.col.2.vol.2.si exclusus à primo capite ex secundo veniat non sit ei facienda collatio,& ita singulariter debeat limitari dicta lex vt liberis.

Secundum requisitum quod tales descendentes sint in primo gradu, aut succedant loco primi, nec vllus eos præcedat, ita quod eis legitima debeatur ex quo infertur ad nota.quæstionem, vt hic per Bald.& Deci.respondentem motiuis Iason. qui dictum & illationem impugnabat,& fuere dicta quorundam Modern.Papien.licet Deci.sibi ascribat.

Tertium requisitum relatum per Iason in 10.col. indistinctè per Mode.approbatur. Vides itaque quantum sit

129 restricta materia collationis ✝ quia non fit collatio nisi inter descendentes, & illos solos qui primū locum in succedendo tenent, & qui præteriti vel exhæredati possunt testm̄ impugnare, item qui succedunt tanquam hæredes vniuersales & non particulares de quo etiam per Cor. in l.illud.col.fi.j.eo.& Rim.pulchrè in l.à patre s eo.Item requiritur ꝙ bona illa habeant ab eo de cuius hæreditate agitur. l.vt liberis.j.eo. Item quod non sint castrensia vel aduentitia sed profectitia tantum l.fin.j.eod. Item quod succedant vt potuerunt succedere eodem iure vt in glo.iudicium dicetur.Glo.super verbo testamentum diuiditur in duas partes in prima declarat text. in 2. colligit ex eo.not. & intelligas collationem non fieri condito testamento quando testamentum esset inexpugnabile,secus si fuisset per contratab.expugnatum.l. 1.in princip.ff.eo.hodie autem fit etiam condito testamento. inexpugnabili auctēn.ex testamento supra eo. In fi.dum vult glo. quòd

olim

olim ab inteſtato nõ haberet locum collatio ex prætoris edicto malè loquitur, vt hic ꝑ Alex. Deci. & Cor. plenius. Gl. in verbo iudicium in duas diuiditur partes prout ad tex. duas ponit declarationes, ſecunda ibi vel dic teſtamẽtum: aliter etiam ſi libeat Iaſ. adhærere, poteris diuidere, ſed dum vult glo. quod de iure iſto codicilli collatio-

131 nem non impedirent, † intellige quando de aliquibus bonis particulariter defunctus in eis diſpoſuit, ſecus ſi de toto patrimonio, quia militat tunc eadem ratio quæ militat teſtamento facto, nam vt de tota diſpoſuit hæreditate ita ſi voluiſſet collationẽ fieri diſpoſuiſſet, ſed quãdo ſolum fecit aliqua legata ſicuti non diſpoſuit de tota hęreditate, ita nec de collatione, & ita intelligi poteſt hic

132 text. in verbo nouiſſimum iudicium † quod conuenit codicillis. l. fin. C. de codicil. vt hic per Deci. & quoſdam Modern. Papien. qui vtranque ſolut. glo. improbant primam quia text. noſter æquiparat teſtamentum & aliud nouiſſimum iudicium, ideo non poteſt ſtare quod gl. dicit, quod quando eſt aliquod nouiſſimum iudicium requiratur ꝙ expreſſè ſit prohibita collatio, ſecus quando eſt factum teſtamentum: ſecundam improbant quia vltimum iudicium ita appellatur teſtamentum nuncupatiuum ſicut teſtamentum in ſcriptis: ideo tenendum ꝙ illa verba nouiſſimum iudicium capiantur pro codicillis in quibus de tota hæreditate diſponitur.

Nonnulli etiam volunt, quod tex. in illis verbis nouiſſimum iudicium, intelligatur pro qualibet alia voluntate patris diſponentis de tota hæreditate ſua, quia qualiſcunque ſit vim obtinet teſtamenti, l. fi. §. fam. erciſc. & ſic ceſſabit collatio ſi ſolenniter fuiſſet teſtatus.

Glo. fi. diuiditur in tres partes, vt hic per Iaſ. quam glo. Bart. diligenter & longo ſermone proſecutus eſt tractando materiam collationis. illius igitur ſequemur & calca-

133 bimus veſtigia quem omnes adorant, † nam poſſumus cum Florentino poeta cantare.

Queſt'è colui à cui tutti l'honor gli ſanno.

Prima quæſtio. Barto. de diffinitione collationis plenè tractata eſt, & expedita ſupra, in euidentialibus ideo inſiſtendum circa ſecundam quo iure fuerit inducta collatio, & varietatem ac multiplicitatem iſtorum iurium materiæ collationis, aliter quam Bar. & Doct. clarius declaraui ſupra in euidentialibus. Ex dictis tamen Bar. hic plura

134 notanda & diſcutienda ſunt, in primis † rationes inductæ collationis, quas duas fuiſſe propter quas prætor emãcipatos voluit ad collationem teneri Bart. aſſignat, vt hic per eum, & quod fuerint duæ non vna probari videtur in l. 1. in §. nec caſtren. ff. eo. Item aduertendum ꝙ prima ratio erat ſufficiens de per ſe, ſecunda vero non l. 1. in §. pater filium & §. toties. ff. eod. vbi probatur quòd ſi filius emancipatus non faceret iniuriam per ſucceſſionem filio in p̃tãte ceſſabat collatio, vt hic declarat Rimin. & iſtud non tollit declaratio Decij volentis ſuſtinere ſecundam rationem, contra quam etiam ſubtiliter hic arguit Rim. quoniam filius emancipatus tenebatur conferre poſthu-

135 mo, † qui etiam potentialiter neque actualiter fuiſſet patri acquiſiturus. l. poſthumos. ſupra eo. propter hoc tollitur quod dici poſſet Bar. intellexiſſe de acquiſitione potentiali: veruntamen poteſt reſpõderi quòd ratio quam Cyn. & Bart. adduxerunt procedit conſiderata æquitate, & æqualitate in genere reſpectu collationis faciendæ, & conſideratur eo reſpectu, quia ſi manſiſſet in poteſtate filius emancipatus omnia quæſiuiſſet patri, ideo conueniens eſt ſubijci collationi, vt hic per Decium & Bar. vere ſic ſentit & aliter hanc rationem, declarat hic Rimin.

Prædictæ rationes procedebant de iure antiquo. ho-

136 die ſolum conſideratur † ratio æqualitatis ſeruandæ, vt hic per Alex. col. vlt. Dec. §. eo. in rubr & in conſ. 59. col. 2. Item procedebant prædictæ rationes Bar. in emancipato filio, in filia verò in poteſtatem quæ dotem conferre te-

137 netur † ſola ratio fuit æqualitatis ſeruandæ etiã de iure antiquo, quoniam in ea ceſſabant aliæ rationes de quibus ſupra. ſecundum Rimin. hic col. fina. & reſtitue lecturam Bart. dum dicit l. 1. §. nec caſtrenſe & ff. eod. l. filiæ dicat §. nec caſtrenſe. ff. eod. l. filiæ. ij. eod.

Secundo collige ex dictis Bar. quod de iure antiquo in-

138 ter ſuccedentes iure diuerſo collatio ceſſabat † ſed Sceuola ex equitate induxit collationem dummodo poſſent eodem iure ſuccedere, & quia iſta eſt difficilior materia quæ in tractatu collationum habeatur diligenter eſt aduertendum, cum Barto. igitur quòd inter ſuccedentes diuerſo iure ſecundum prætoris edictum non haberet locum collatio tenent Bal. Corn. Dec. & Rim. hic & Iaſ. in l. vt liberis, colum. 6. infra eodem.

Iſta communis concluſio fundari primo videtur, per text. l. 1. in prin. ff. eo. iuncto. §. 1. dum ibi dicitur collationem locũ habere inter eos quibus data eſt bonorum poſſeſſio, ſicque loqui videtur quando pariter & ſimul datur bonorum poſſeſ. ergo ſi non datur ſimul ſed vnus ab inteſtato, alius per contratabulas vel alio diuerſo iure ſuccedant, non habebit locum collatio ſecundum illud ius. ſecundo videtur clarior tex in l. nec ipſa. ff. de coll dotis vbi expreſſè dicitur. quum diuerſo iure hęredes ſint non conferunt: tertio, per regulam quod inter diuerſo iure ſuccedentes non eſt locus iuri accreſcendi, l. ſed cum patrono. ff. de bon. poſſ. quia diuerſa non coniunguntur, ergo pariter in caſu noſtro: quarto pro iſta communi opi. allegant omnes tex. in l. filium. §. videamus. ff. de contratab. in ver. neque ex illa parte vbi inter exiſtentem in poteſtate ab inteſtato ſuccedentem & emancipatum per contratabulas ſuccedentem non habet locum collatio. quinto videtur tex. in l. ſi filius. ff. eo. vbi videtur probari eſſe iſtud ex æquitate inductum per Sceuolam: ergo non erat ſecundum prætoris ædictum, ſexto quòd non ſit attendẽdum quod poſſint eodem iure ſuccedere probari poteſt, quia magis eſt imputandum illi qui eodem poteſt iure ſuccedere, &

139 nõ vult quàm illi qui non põt ſuccedere, lex enim † magis ſuccurrit exiſtenti in neceſſitate quàm econtra. l. ſi. fideiuſſ. in §. ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſda. cog. ratio illius concluſionis eſt duplex ſecũdum Bar. hic & in l. pater filium ff. de collat. dotis. prima quia quum bona ad vnum cumulum reduci debeant eædem res non debent diuerſo iure cenſeri, l. eum qui ædes. ff. de vſucapio. ſecunda quando iure diuiſo veniunt vnus quiſque vocatur inſolidum, & iniuriam ſibi inuicem facere videntur quæ compenſatur & in effectu reputatur quod nulli facta ſit iniuria.

140 Contrariam tamen opin. † tenet hic Dec. & prius quidam Mod. Pap. quam opin. defendebam aliàs in publica diſputatione, probari primo poteſt per text. noſtrum & tex. in l. 1. in prin. ff. de eo. quæ iura volunt quod emancipati qui de iure prætorio ſuccedunt cum filijs in poteſtate, qui de iure ciuili ſuccedunt & ſic diuerſo iure: ſua conferant, & ſic dicas communem concluſionem intelligi de ſuccedentibus diuerſo iure, hoc eſt quando vnus ab inteſtato venit, alter per contratab. vel unus per querelã alius per contratab. ut in iuribus ſupra in princ. allegatis, non autem intelligitur de ſuccedentibus diuerſo iure, hoc eſt quando de iure prætorio unus, de iure ciuili alter admittitur, hoc nihil eſt, diuerſificat enim caſus & rationem diuerſitatis non aſſignat. item ſi non attenditur diuerſitas hæc qñ unus de iure ciuili ab inteſtato ſuccedit, & alius de iure prætorio per contratab. quanto minus debet attendi diuerſitas talis, qñ ſuccedunt ambo de iure prætorio, licet unus per vnde liberi alius per contratabu. argumento auctenticæ multo magis. C. de ſacroſan. eccleſijs.

Secundo probatur opi. hæc, nam ratio quare prętor introduxerit colla. eſt propter iniuriam quam in poteſtate manentibus faciebat admittendo cum eis emancipatos. d. l. 1. in prin. iſta ratio militat quando iure diuerſo ſuccedent. d. l. ſi filius. ergo militabit eadem iuris diſpoſitio l. à Titio. ff. de furt. nec obſtat ſi dicat ſolam iniuriam fuiſſe ſufficientem ad collationem, immo requirebat prætor, ꝙ etiam eodem ſuccederẽt iure, & ſibi imputet filius in poteſta-

testate si de iure pretorio prout poterat succedere noluit l.1.ff.quis ordo & §.ante enim prætor instit.de hære.quæ ab intest.& probari videtur in d.l.j §.j.vbi minor in potestate existens qui adiuerat de iure ciuili non poterat emãcipatum ad collationem cogere, nisi ad petendum bono. possess.contratab.de iure prætorio in integrum restitutus fuisset. Respondeo enim verum non esse ꝙ prætor requirat ambos de iure pretorio succedere tex.est hic.dum ait forma edicti ad collationem te prouocat, vt emãcipatus succedens de iure prætorio cum filio in potestate de iure ciuili succedente conferre cogitur : & dato ꝙ potuerit etiam de iure prætorio succedere non tamen constat ꝙ fecerit,ad idem est tex.in d.l.j.in prin.dum dicit prætorem voluisse & consequens reputasse vt emancipati qui cum filijs in potestate succedunt aliena appetentes conferant sua & non requirit ꝙ filij in potestate manẽtes etiam de iure prætorio succedant.

Nec obst.tex.d.§.primi. quia resp.nõ esse verum quod in integrum restitutus fuerit ad bono. possessionem contratab.vt emãcipatum ad collationem posset cogere,immo dicit tex. si fuerit minor vel alius in integrum restitutus ad bonorum possessionem contratab. in consequentiam restituitur etiam ad commodum collationis , non autem dicit quòd ille qui de iure ciuili adiuit emancipatum cogere nequeat ad collationem nisi in integrum restituatur ad bono.possessionem. contratab. quicquid ibi male senserit Accur. & illa restitutio facta per prætorem ad bonorum possessionem contratabulas fieri potuit, eo quia non petita fuerat intra annum bono.possessio. ideo filius exclusus erat. l.emancipata supra qui admitti. ideo necessaria fuit prætoris restitutio ex aliqua causa iusta.Et si dicatur non fuisset ibi necessaria in integrum restitutio ad contratab.bono.poss nisi propter collationem hoc factũ fuisset remanebat ius succedendi de iure ciuili,quod spatio triginta annorum durat.l.licet cum notatis, C.de iure deliber. Respon. quod potuit fuisse necessaria quum sint multi casus in quibus est necessaria vt post Bald.diximus in rubr. supra qui admitti.

Nec etiam prædictis obst.tex.in l.1.in §.idẽ Iul.ff.eod. ibi prætor ad collationem non admittit, quia bono.possessio admissa non est,vbi Bart.notat quod ille qui adiuit & sic non potest bonorum possessionem petere excluditur à beneficio petendæ collationis . nam ibi ille qui non accepit bon.poss. non transmittit ius petẽdi collationem ad suum hæredem,quia non adiuerat hæreditatem,& sic ius petendi collationem quæsitum sibi non erat,ideo non transmittitur.l.maritus à contrario sensu.ff.eo.licet hæreditatem nondum aditam transmutat ibi suus speciali priuilegio,quamuis Bar.ibi fuerit in opin.sua quòd diuerso iure succedentes non conferant.

41 Confirmo prædictam opin.† quòd prætor non considerauerit diuersitatem succedendi , sed tantum iniuriã per tex.in l.j. in §.toties. ff.eo. vbi Vlpianus postquam retulit multos casus edicto comprehensos à prætore generaliter subdit toties igitur collationi locus est,quoties ali quo incommodo affectus est is qui in potestate est interuentu emancipati,& non dicit quòd eodem iure successerint,quod fecisset si pariter fuisset illud necessarium, & à prætore requisitum,quia verum non esset toties habere locum collationem , quoties in potestate existens per emancipatum incommodo afficitur imo cum incommodo do requireretur quod eodem succederent iure.

Non obstant modo quæ pro communi opin.adducta fuerunt,ad text.in l.1.iuncto.§.inter eos.ff.eo.resp. quòd propter illum tex t.facta est.l.si filius eiusdem tit. vbi Sceuola illos text.declarat, nec de nouo aliquid vt credidere doct.introduxit.videbatur enim quod prætor esset sibi in edicto cõtrarius:quia volebat ꝙ inter diuerso iure succedentes non haberet locum collatio. d. §. inter eos, & tamen volebat quod inter filios emancipatos in ptãte fieret collatio, vt in principio illius.l. & in l. nra quæ repugnare videbantur, quia emancipati de iure prætorio succedebant, existentes in potestate de iure ciuili & sic iure diuerso , ergo collatio non videbatur locum habere. Sceuola venit ad interpretandum ista iura & tollendam hãc difficultatem.& dicit quòd immo fit collatio,quia etiam filius in potestate potest petere bon.poss.& sic eodem iure succedere:& quamuis veniat ex alio non cessat collatio: præcipue quum per emancipatum fiat sibi iniuria,sicque ille.§.inter eos volens quod inter succedentes eodem iure fiat collatio debet intelligi & declarari per d.l. si filius hoc est siue successerint iure diuerso, quum potuerint eodem iure succedere & militet ratio iniuriæ hoc modo nõ contradicet principio illius legis nec requiret ille. §.inter eos quòd vocentur ad eandem bono.poss.sed solum dicit in genere inter eos fieri collationem,quibus datur bono. possessio.& sic siue detur eadem,siue alia procedit generalitas illius tex.

Ad secundum argumentum.l.nec ipsa cum l.præcedẽti, & ad quartum arg.de §.videamus resp. vt hic per Dec. col.pen.post Alex. & quosdam alios : tertio de l.sed cum patrono resp.ꝙ ratio iniuriæ quæ militat in terminis nostris facit cessare illam regulam,operaturq; vt iure diuerso succedentes in recompensationem iniuriæ cõiungantur.d.l.si filius. Vel aliter respondere potest ad l. illam sed cum patrono . quòd nihil facit secundum verum intellectum quem posuimus in l.Vnica supra quando non pen. par.vbi probauimus inter succedentes iure diuerso locũ habere ius accrescendi, dummodo non militet aliud absurdum vt erat in d.l. sed cum patrono.

Ad quintum de l.si filius respondeo non esse ius nouũ, sed declaratio est Sceuolę; interpretatio ad prætoris edictum.& si dicatur esse hoc contra tex.ibi, & ita se habeat prætoris edictum,ergo videtur velle ꝙ secundum prætoris edictum istud non esset,quamuis Scæuola ibi ex æquitate contrarium sentiat.Responde quod prætoris edictũ bene se habebat in cõtrarium quo ad verba, quia quum venirent iure diuerso secundum verba edicti collatio cessabat, licet contrarium dicat Scæuola, mentem potius quàm verba considerãdo, edicti enim ratio erat propter iniuriam quæ vt Scæuola ait,militat illo casu quo fit collatio,quia potius mẽtem & rationem quàm verba attendimus,vt in simili dicitur in d.§.videamus in versi.& hoc sit consequens,ideo Scęuola potius declarat mentem edicti quàm de nouo quicquam inducat.

Ad textum resp. ꝙ illud nõ attenditur in proposito nostro : quia lex magis considerauit iniuriam quam patitur existens in potestate,propter emancipatum secum succedentem,quam ꝙ non successerit eodẽ iure quum potuerit tex.est in d.l.si filius.in fine dum ait, vtique cum iniuriam per bono.possessionem patiatur qui textus vltra iniuriam requirit ꝙ potuerit etiam eodem iure succedere , quicquid dicat Dec. dum vult nullam rationem succedere vt propter potentiam quis grauari debeat , quia consideratur modus intentatus. non enim grauatur sed commodum ei datur scilicet collationis propter iniuriã quæ sibi infertur,& quæ in consideratione habetur, etiam ꝙ diuerso iure successerit quum eodẽ succedere potuerit. Ad rationes Bart.respondet hic Deci.colum.vlt.

Pro cõtrã opinione est tex.fortissimus qui maxima cũ difficultate cauillari potest in d.l.si filius,dum ait nec conferendum est ei,& ita edictum se habeat,non obstat põderatio quinto loco supra ad text.illum facta , ꝙ ita edictum se habet quo ad verba non quo ad mentem , quæ magis attenditur, vt ibi interpretatur Scæuola , nam illa verba nec conferendum est ei põderationem prædictam tollunt : quia si mens edicti fuisset collationem fieri non dixisset textus nec ei conferendum est : licq; videtur ꝙ illud fiat propter æquitatem Scæuolæ. Non obstat etiam vna responsio Decij hic ad illum tex. ꝙ talis successio diuerso iure tunc demum consideretur ad impediendum collationem quando non infertur iniuria, secus si infe-

feratur

feratur iniuria prout ibi Scæuola interpretaſ, hæc enim reſp.cõſunditur maniſeſtè per illum tex. vbi inſerebatur iniuria inſtituto qui hæreditatem adinerat ab emancipato contra tabula. & auferente dimidiam partem hæreditatis ipſi inſtituto, & tamen collatio locum non habebat ſecundum edictum, niſi per aduentum Scæuolæ qui ex æquitate iſtud induxit, ante ergo aduentum Scæuolæ etiam data iniuria inter ſuccedentes diuerſo iure, non habebat locum collatio, vt dicit iureconſultus, ibi nec conferendum eſt ei. Ex quibus plenè diſcuſſus apparet iſte articulus difficillimus qui magnæ vtilitatis hodie non eſt, quum ſatis habeamus hoc ſtatutum iam diu fuiſſe vt probat illa lex † ſi filius, vtilis tamen eſt inueſtigatio ad intelligentiam aliarum legum, & ingenij acumen.

142

Reſtat circa prædicta dubitatio vna nũquid hodie inter ſuccedentes iure diuerſo † partim ex teſtõ partim ab inteſtato, vt in caſu dictæ legis pater filium cum l.ſeq. ff.de collat.dotis habeat locum collatio, Doct.cõiter tenent ꝙ ſic, vt hic per Alex.col.3. Iaſ. in l.vt liberis, col.6. cum ſeq.infra eod.quum hodie correcta ſit illa. l.per auctent. ex teſtamento ſupra eodem quæ vult quod hodie, & ex teſtamento, & ab inteſtato fiat collatio. Item quia fundata eſt hodie collatio in ęqualitate ſeruanda quæ militat etiam iſto caſu quando partim ex teſtamento partim ab inteſtato ſucceditur, Fulgoſius tamẽ hic, & Rimi. in d.l.vt liberis cõtrariam tenuerunt opi. quod etiam hodie in caſu illarum legum fiat collatio, quia diſpoſitio facta de ſimplicibus in odioſis caſum mixtum nõ comprehendit † §. præſcriptione hic allegato per Alex.per iſtã concluſionem defendi aliàs in publica diſputatione. Corroborabam, quia collatio locum nõ habet niſi in caſibus à iure expreſſis vt ſupra dixim. Iſte caſus mixtus expreſſus non eſt, ergo. Item quia lex generaliter corrigens, in caſu ſpecialiter prouiſo corrigere non videtur, auct.offeratur cum gl. C.de litis conteſt.ſed iſte caſus ꝙ inter ſuccedentes partim ab inteſtato partim ex teſtamento, collatio non fiat. ſpecialiter prouiſus erat in d.l. pater filium, cum legibus ſequentibus, ergo imperator per §.illud quoque, corrigens legem generalem habentem ꝙ facto teſtamento non conferatur, non cenſeſ corrigere regulam ſpecialem, ꝙ quando ſucceditur partim ex teſtõ partim ab inteſtato non fiat collatio. Non obſtat reſpõ. Alex.ad motiuum Romani de l.ſi ita ſcriptũ, quia dico illud procedere quando ſumus in caſu ſimpliciter benignitatem cõtinente, ſecus quando ſumus in caſu indifferenti, prout in propoſito noſtro. Ita in ſimili Alex.ſupra in glo.j.in primo requiſito ſecũdum pleroſque vel aliter ſecundum Rimina. hic quod ſumus in odioſis vt per eum quem tamen in ſuperioribus ſecutus non ſum. Præterea licet ratio æqualitatis ſit ſcripta in l.extenſio, tamen in hac materia fieri non poteſt vt diximus ſupra.

143

144

145 Non obſtat, etiam ſi pro communi dicatur † quando ſunt duo quorum vnumquodque de per ſe non poteſt nocere etiam ꝙ concurrant non nocent nec impediunt. l.quòd ſi dubitet vbi Pau.de Caſt.notat.ff.de acquir.hær. & Iaſ.in l.vt liberis in 7.col.modo cauſa inteſtati de per ſe non nocet nec impedit hodie collationem fieri d.§.illud nec cauſa teſtati vt ibidem, & l.j.ſupra eo. ergo licet concurrant nocere non debent, nec impedire quominus hodie collatio fiat, quia reſp.iſtud argumentum eſſe falſum, probo, ſi facio tibi duas donationes de domo vnam, de fundo alteram, quarum neutra excedit quingentos ſolidos, de per ſe iſtarum neutra impedit donationem valere l.Sancimus in prin.j.de donationibus, & tamen ſi concurrant & iungantur ſimul impediunt donationem valere vltra quingentos ſolidos d.l. Sancimus in §. ſi quis aũt per diuerſa à cõtrario ſenſu. Item patet per rationem naturalem quam licet allegare. † l.circa oportet in §.ſufficit.ff.de except.tutor. Pone eſſe contra me duos inimicos quorum neuter de per ſe ſit potens me vincere, quia ſum ei æqualis, Hercule ſi concurrãt nocebunt & me ſuperabunt ac vincent. Item in oppoſ.videtur tex.in præal. §.præſcriptionem vbi crimen inceſti cõiunctum adulterio impedit præſcriptionem quinque annorum, licet inceſtus de per ſe & adulterium de per ſe nõ impediant, vt ibi not. Non obſtat text. in d.l.ꝙ ſi dubitet, non enim dicit id ad quod allegatur, ſed bene dicit ꝙ quando duo ſunt caſus quorum neuter de per ſe habeat actum impedire, tũc dubitetur in quo illorum caſuum ſimus: non impeditur actus: hoc vult ille tex.qui propterea non obſtat.

146

Nunc autem pro communi opi.dico eſſe tex.ineuitabilem rectè & ſubtiliter ponderando, in d.§. illud in auct. de trien. & ſemi. dum dicit ꝙ hodie ſiue quis inteſtatus moriatur ſiue teſtatus, omnino fiat collatio, ſed qui teſtm querelatur pro parte, vt dicitur in d.l. pater filium in totum pater teſtatus dicitur deceſſiſſe † licet ex poſt facto corruat teſtamentum pro parte Bar.& doct.in l.circa per illum tex.ff.de inoffic.teſtamen.declarat Deci.in l.ius noſtrum.ff.de regu.iur.ergo iſte caſus comprehenditur ſub diſpoſitione. d.§. illud, & ſi corrigitur illa lex per §.illud volentem ꝙ licet quis deceſſerit teſtatus tamen fiat hodie collatio, & ille qui condidit teſtamentum quod ex poſt pro parte expugnatur per querelam dicitur in totum teſtatus deceſſiſſe à principio. non autem partim teſtatus, partim inteſtatus, ergo. & iſtud reale eſt & ſubtile fundamentum pro communi opin.ſuſtinenda.

147

Tertio collige ex dictis Bar.ꝙ filia in poteſtate de iure antiquo non tenebatur † conferre dotem: ſed introductum hoc poſteà fuit per conſtitutionem diui Pij, in l.1. ff.de coll.dotis. Sed prout in euidentialibus dixi Bart. hic malè loquitur, nam lex prima in principio vult ꝙ dotis collatio à prætore fuerit inuenta, ſed tunc tantum conferebat quando de iure prætorio per bo.poſ.ſuccedebat: diuus Pius idem diſpoſuit quando de iure ciuili ſuccederet ſe immiſcendo hæreditati paternæ vt poſt Fulg.hic declarat Cor.faciunt quæ dicit Alex.in l.1.verſi.2.reſpectu ſupra eod. & ſi inſtando diceres immo eſſe iſtud poſtea inductum ex opinionibus prudentum vt dicitur in l. filiæ in fi.ſupra eo. Reſpondeo verum eſſe ꝙ de nouo fuit inductum per illam l. fuit quod filia non conferat emancipato dotem aduentitiam, ſed tantum profectitiam, non autem eſt introductum per illam.l.quod fiat dotis collatio, hoc enim erat de iure ciuilorum inductum vt hic per Bar.& ad declarationem † illius l.Pomponius Philadelphus allegat à Bar.vide conſ.Zanetini inter conſ.Soz.vol.4.conſ.6. Item quia Bar. in hoc tertio membro allegat ad iſtud de collatione dotis quæ fieri debet omnes leges illius titu. quæ de collatione dot.tractant vſque ad l. vt liberis, quæ etiam de hoc tractat, Bartol. ideo eam hic non complectitur, quia ſub ſequenti capite eam vult collocare.

148

149

Quarto aduerte in quantum Bar. in ſexto iure dicit, ꝙ olim caſtrenſia non quærebantur patri quo ad proprietatem, innuere videtur ſecus eſſe quod ad vſumfru. quum excluſio vnius incluſio ſit alterius.l.cum prætor.ff.de iud. † & tamen repugnat tex.in l.quum oportet ad finẽ principij.C.de bo.quæ lib.ſed Bar.dicit quo ad proprietatem vt inde arguat idem eſſe in aduentitijs quorum proprietas patri non quæritur, ad quod vide quæ ſcribit Iaſ. in l. fi.in prin. j.eo. & in 2.col. dum ponit aduentitiorũ vſumfru.debere conferri. Item dum Bart. in ſeptimo iure ponit † quare facto teſtamento non habebat locum collatio, quia ſi teſtator hoc voluiſſet dixiſſet, minus rectè loqui videtur, quia hoc conſiderato etiam codicilli impediſſent collationem contra l. filiam cum ſimilibus.j.eod. ideò melior ratio aſſignatur per Alex.Dec.& alios ſupra. in l.j. Poteſt tamen ſaluari Bart. hoc modo quemadmodum diſpoſuit teſtator de toto patrimonio in teſtamento, ita dixiſſet de collatione facienda, ſi id voluiſſet quæ ratio ceſſat in cõdicillis, vbi non diſponitur de tota hæreditate, vnde quando in codicillis de toto diſponitur patrimonio ceſſare videmus collationem ſicut facto teſtõ. † l.ex parte in §.inteſtato.ff.fa.erci.& dixi.ſupra in gl.3.

150

151

152

Iuxta

Iuxta dicta Bart. in hoc capite dum subijcit ꝙ hodie etiam facto testamento locum habet collatio, quia testator mortis cogitatione turbatus de omnibus non meminit. ideo dato ꝙ de facienda collatione nihil dixerit, fieri tamen debet, & præsumitur, eius fuisse propositi testatorem ipsum, Cadit elegãs articulus quem aliàs ad vtranque partem publicè disputauimus. 153 † Verum hodie facto testamento per eum quem constat non fuisse oblitum datorum nec mortis cogitatione turbatum, vendicet sibi locum collatio,

Pro parte affirmatiua facit quia dispositio d. §. illud fundata est non tm̃ in illa ratione obliuionis datorum, sed ẽt in ratione æqualitatis seruandæ, vt ibi patet dum ait, & exinde æqualitatem, &c. licet ergo cesset vna ratio quum non cesset alia æqualitatis seruandę non cessabit dispositio iuxta §. affinitatis, inst. de nuptijs, potest respon. 154 † ꝙ quando se lex fundat super duabus rationibus simul iunctis, prout facit tex. d. §. illud tũc vna cessante cessat etiam dispositio: tex. est notat. in c. quoniam frequenter in §. porrò vbi in fine Abba. not. extra vt lite non contest. Vel aliter dici potest quòd non curatur de æqualitate quando testator eam non curauit l. ex parte. §. intestato. ff. fam. ercisc. sed quando est memor datorum & non disposuit quod videtur de æqualitate curare seu de collatione facienda, ideo &c. sed potest replicari & negari ꝙ non curet: sed non aliter disponit ex quo scit l. prouisum fieri hodie collationem propter æqualitatem: si ipse non disponat contrarium, facit l. sicut in §. non videtur. ff. quibus modis pignus vel hypothe. sol.

Secũdò vrget pro parte affirmatiua tex. d. §. illud quoque ibi nisi expressim designauerit se nolle fieri collationem, ergo non sufficit ꝙ non fuerit oblitus datorum ad hoc vt cesset collatio: sed etiam requirit ꝙ expresserit se nolle fieri collationem. potest respond. ꝙ requiritur esse expressè prohibitam collationem, quando incertum est an pareos fuerit oblitus datorum, ita propriè loquitur ille tex. in §. illud, sed quando certum est, & apparet testatorem non fuisse oblitum datorum non loquitur ille text. Immo tunc remanemus in terminis iuris antiqui secundum quod non fiebat collatio facto testamento l. j. supra eod. tit. vel aliter quòd illa verba nisi expressim designauerit, &c. verificantur dummodo ex coniecturis appareat de voluntate testatoris, vt dixi in euidentialibus. Et in proposito satis est de hoc euidens coniectura ex eo quod tempore testamenti datorum memor fuit, & de collatione non disposuit.

Ex quibus videtur sustentabilem esse negatiuam partem, ꝙ in casu dubij non habeat locum collatio. Corroboramus quia ita tenendo ad ius antiquum reducimur, quo non fiebat collatio condito testamento l. j. supra eo. ergo talis interpretatio per quam reducimur ad ius antiquum est capienda 155 † iuxta gl. in c. statutum de præb. in sexto & notata per Alex. in l. constante, col. 3. ff. soluto matrim. & quia de facili omnis res ad suam naturam reuertitur. 156 † l. si vnus in §. pactus ne peteret. ff. de pactis in verbis. quod in specie, sed istis patet respond. quia non tantũ ratione obliuionis ita statutum est, sed etiã ratione ęqualitatis seruandę quæ separatim consideratur in d. §. illud, & quæ semper militat. Non obstat quòd sit amplectenda interpretatio per quam ad ius antiquum reducimus; quia potes respondere in claris non esse opus coniecturis nec interpretationibus. l. continuus. §. quum ita. ff. de verbor. obligat. Et nos sumus in claris ob tex. dicti §. illud ibi nisi expressim designauerit, qui ratione æqualitatis ibi scriptæ vult omnino fieri collationem nisi sit expressè prohibita, & consequenter affirmatiua pars verior videtur & tenenda.

157 Circa tertiam quæstionem Bart. concludit † ꝙ emancipati hodie profectitia inuicem conferunt, & communiter approbatur. primo per text. in l. vt liberis infra. eod. vbi imperator nouiter statuit, quòd emancipati habita à patre conferant. secundo per eundem tex. in prin. ibi siue sui iuris siue in potestate constitutis, ergo loquitur de emancipatis. tertio suadet ratio æqualitatis seruandæ de qua ibi quæ ita militat in emancipatis vt in alijs. Contrariam opin. tenent Are hic col. pe. & Dec. fi. & hanc defendebam aliàs in publica disp. quia de iure antiquo inter emancipatos non habebat locum collatio vt in l. nostræ, quod immutatum non reperitur, cur ergo stare prohibetur. l. Sancimus. j. de testa. & l. vt liberis, potius facit in oppositum in illis verbis pro tenore legum præcedentium; sicq; vult quod emancipati conferant sicut quod leges pręcedentes disponebant, oẽs autem ll. præcedentes vt hęc si emancipati & l. ea demum à contrario sensu disponunt; ꝙ emancipati inter se non conferant, sed solum existentibus in potestate: ergo contra communem. Et si dicas illa verba pro tenore legum præcedentium exponi, ꝙ sicut emancipati conferunt existentibus in potestate per ll. præcedentes ita inter se cõferant per illam l. vt liberis. Resp. non esse ibi illa verba inter aut inuicem vel similia. Sié tenor legum præcedentium est, etiam ꝙ emancipati inter se non conferant, & sic intelligendo non inducitur legum correctio, quam euitare inquantum possumus debemus l. præcipimus in fi. j. de app. cum expediat. de ele. in 6. Nec obst. si dicatur secundum hoc illam l. superflue re, quia de iure antiquo emancipati conferebant omnia, etiam aduentitia, ergo & profectitia, quia resp. debere potius tolerari legem esse superfluam, quam dicere ꝙ corrigat ex quo non apparet expresse quòd velit corrigere. Ita Gem. in c. si Papa, in prin. in vlt. col. de priuileg. in 6. alleg. c. causam quæ de rescript. Præterea l. illa multa de nouo inducit, ideò superflua dici non potest quum multa iam dispositis addat. Potest etiam aliter resp. ꝙ nõ fuit inconueniens ita circa profectitia per emancipatos suis conferenda disponere: quia hoc non erat in specie expressum 158 † arg. tex. in l. item apud in §. hoc edictũ. ff. de iniu. Ad secũdam inductionem. d. l. vt liberis in illis verbis siue sui iuris resp. quod intelligitur de descendẽtibus à matre vel ab auo materno qui in potestate non habent, patet quia de illis subijcit dum ait quam pater vel mater &c. præcedentia ergò declarantur per sequẽtia 159 † l. talis scriptura. ff. de leg. 1. c. 2. requiris de appel. comprobat, quia si loqueretur de emancipatis in princ. text. esset postea superfluus in fi. vbi de emãcipatis loquitur, & si dicas nulla est ratio diuersitatis inter liberos succedentes matri, & filios emãcipatos succedentes patri quum in omnibus cesset ratio iniuriæ, & militet ratio æqualitatis seruandæ scripta in illa l. vt liberis. Respondeo quod in hac materia collationis, vt in superioribus dictum est, non proceditur extensiue ex identitate rationis, sed lege cautum requiritur esse. 160 Non est tamen à communi opi. recedendum † pro qua adduco tex. in l. liberos. j. eo. ibi sibi collationes facere iubemus, loquitur enim de emancipatis, ergo cõferunt inuicem, nec obst. sequentia verba secundum ea quæ super cæteris emancipatis statuta sunt, ponderando quòd circa cæteros emancipatos statutum est ne conferant inuicem, ergo illa. l. confirmat regulam text. nostri. Quia respon. quòd habet relationem ad proxima. & sic ad illam l. vt liberis, in fine, sicque vult emancipatos per modum ibi relatum sibi conferre, vt alij emancipati, secũdum ea quæ super cæteris emancipatis statuta sunt, idest dotem don. propter nup. & simplicem donat. habitam tempore emancipationis, vt super alijs emancipatis statutum est in d. l. vt liberis & consequenter. l. liberos venit ad declarationem illius. l. vt liberis, & quod illud verum sit ineuitabiliter probant illa verba sibi collationes facere iubemus, quum alij emancipati ante l. vt liberis sibi conferre non tenerentur vt hic, igitur ex l. liberos manifestè colligitur, quòd lex vt liberis in fine loquitur de emancipatis habentibus sibi inuicem conferre.

Circa quartam & quintam quæstionẽ Bar. bene loquitur quamuis in aliquibus eius lectura corrupta habeat,

vt hic

vt hic per Deci.restitnentem: & de materia videndum et est in l.illud & in l.illam.ij.eo.& quæ scribunt Aret.consi. 563.col.6.& Soz.consi.252.col.6.vol.2.aliqua pariter tangemus circa collationem simplicis donationis in sequentibus quæstionibus.

In sexta quæstione concludit Bar. quod hodie emancipati suis aduentitia non conferunt per l.fi.j.eo.& est communis doctorum sententia vt ibi latè per Ias. & Deci.hic 161 per Aret.Dec.& alios. † Probatur maximè ista conclusio per regulam. §.idem Pap. l.cum duobus. ff.pro socio vbi illa demum conferuntur quæ patri acquisita fuissent si filius in potestate mansisset, & per hoc castrensia non conferuntur.quæ regula pariter militat hodie in aduentitijs, ideo in eis potest etiam text. ille exemplificari quod stringe,& comproba,vt hic per Deci.col.fin.

Secundò prn ista conclusione facit:in aduentitijs non potest hodie inæqualitas inter emancipatos & suos dari, quum hodie filius in potestate illa patri nó acquirat. d.l. cum oportet, in princ.ij.de bonis quæ liberi.Ergo cessare debet collatio quæ hodie super æqualitate seruanda fundata est §.illud sæpe allegato.

Sed contraria opi. verior est in puncto iuris per rationes quas in d.l.fina. Ias.refert, & reassumpsit hic breuiter 162 Deci. † nam illa lex finalis nihil probat,vt per præfatos, omnis difficultas est in respondendo ad regulam. d §.idé Pap.Sed responde. non esse verum poni ibi dictam regulam. quód ea quæ non fuissent acquisita patri si filius in potestate remansisset in collationem non veniant:sed solum ibi dicitur quód castrensia vel quasi non conferuntur.ratio subijcitur: quia si filius etiam in potestate mansisset ea haberet præcipua,& quamuis etiam hodie in aduentitijs militet hæc ratio,& sit in l.scripta,cósequens tamen necessarium non est militare legis dispositionem, quum in materia collationis vt supra dictum est ex identitate rationis etiam in l.scriptæ arguere nó liceat, & tanto fortius hoc in proposito nostro procedit, quia antiquarum legum induceretur correctio,quæ quantum fieri potest, euitanda est.

Ad secundum fundamentum de cessante inæqualitate respond.quód licet sublata sit ratio inæqualitatis quam faciebat vt emancipatus suo omnia conferret, non tamen est sublata ratio iniuriæ, quam faciebat emácipatus suo, vnam autem militare sufficit.§ affinitatis inst. de nuptijs ꝙ non sit sublata iniuriæ ratio ponit hic pulchrè Corn. col.6.cum sequenti. Vel aliter respon. quód à cessante vel militante ratione æqualitatis non licet in hac materia arguere vt diximus sæpe.Præterea æqualitas in d.§.illud cósiderata est, vt tantum habeat de bonis illius de cuius hæreditate agitur ex descendentibus vnus quantum alius & sic quod de æqualitate ibi dicitur ad propositum nó est, quum ergo de emancipatis non dixerit imperator quód 163 aduentitia non conferant id dicere † nec nos debemus l.si seruus in §.non dixit prætor. ff.de acquir.hæredit.sicuti enim id dixit in filijs in potestate, etiam in emancipatis dixisset,si ita voluisset. c.ad audientiam de decimis, & ita aliàs publice defendi,in iudicando tamen & consulendo à communi non discedas.

Tertia oppositionis resolutio de dāno emergenti qđ interest dicitur, & tamen est damnum non vtilitas non subsistit nec videtur bona consideratio Deci. dum inquit melius posse responderi vt per cum. Quia licet differentia illa lucri & dāni emergentis solum consideretur vbi propriè de interesse agitur de quo hic tractatur, ratio tamen damni emergentis facit etiam contra diffinitionem Bar. ibi. n. est interesse, & tamen non est vtilitas sed damnum ideo melius responde q dicitur vtilitas amissa, scilicet seu non habita ita sensit ipse Bart. in sequenti diffinitione allegando. d. l. proculus & in alio proposito tradit Dec. j. in versic. Bart. posuit aliam diffinitionem respondendo ad rationem in contrarium factam.

Quartò contra Bart. facit, quia interesse non est genus generalissimum vt ipse ait per glo. cum ibi not. in l. legato generaliter. ff. de lega. 1. sed bene potuisset diffinire interesse in genere vt post scribētes diximus in l. 1. ff. de iu. om. iudi. reprobando quod dixit Bart. de officio iudicis tanquam de genere generalissimo.

Saluando tamen Bar. eo mudo quo fieri potest, Dic q non loquitur secundum dialecticos sed secundum legistas, per quos non ita strictè & propriè capitur genus & species vt p logicos. Et voluit Bar. interesse in genere sumptum dici posse genus generalissimum, quia in eo prędicabili nullum habet genus.

Quintò contra diffinitionem Bart. opponunt præfati Moder. loco pręall. quia reperitur vtilitas quæ ad id q interest, non refertur vt pretium rei. l. hæc verba quanti. ff. de verb. sig. sed facilis est respōsio. voluit enim dicere tex. q illa verba quanti ea res est non referuntur ad interesse singulare vel affectionis sed ad commune, sicque non negatur quin etiam ibi sit vtilitas sed quia non est communis, verba stipulationis nō ad eam sed ad communem ex verisimili mente partium referūtur. aliam oppositionem eorundem mod. de interesse damni emergentis soluimus j. circa. 3. opposi. Dec.

Superest dilectissimi Auditores postquam enucleauimus diffinitionem interesse in genere, vt videamus de interesse in specie, de quo hic tractaturi sumus. † 8 Et est illud quod immediatè nobis non debetur, sed est quantitas pecuniæ quæ debetur & succedit in locum eius, quod fieri dariùe debuit. Et hoc siue loquamur de iur. ci. siue de iure Canonico iuribus hic per Deci. in 3. col. allegat. imò & de iure diuino in foro conscientiæ vt per summam Ang. in verbo interesse & in verbo vsura el. 1. versi. 3. cū sequenti Caiet. in sua summula in verbo vsura ibi Theologos citat, & per Barb. in consi. 34. col. 3. vol. 3. Mod. in l. rogasti. in §. si tibi. ff. si cer. pet. Ias. & Mod. in l. cunctos pop. C. de summa trinita. cum alijs quæ allegaui in l. Curabit. C. de act. emp. De huiuscemodi interesse æstimabili & petibile tractat hęc lex. & est farrago nostri libelli, ideò omissa specie interesse æstimabilis sed non petibilis de qua Bar. primò diffiniēdo locutus est, videamus quid sit istud interesse æstimabile & petibile de quo tractaturi sumus secundum Bar. hic in 5. col. Est æstimatio alicuius vtilitatis non habitæ propter alicuius factum iniustum vel cessationem iniustam: contra istam diffinitionem & circa hanc materiam plura opponuntur & multum laborant scribētes vt subtiliter per Dynum in ca. mora de reg. iu. in 6. per Dec. Cur. Mod. hic in locis prææallega. Considera cur Bar. diffiniēdo æstimabile & petibile interesse recedat à diffinitione Iac. de Aren. qui in effectu idem velle videbatur & oppositiones in superioribus p Bar. factę contra Iac. de Are. non cadunt circa istud petibile de quo hic. imò prędicta diffinitio Iac. de Are. plenior est & generalior. comprehēdit enim datum vel non datum quod Bart. in sua diffinitione omisit. proptereà Sozin. hic col. 4. & Curr. 1. dicunt esse tenendam diffinitionem Iac. de Are. Nisi resp. q dare est facere † 9 ideò comprehēditur, Bar. & alij in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obl. sed illud procedit largo modo 1 propriè verò & strictè non vt per illum text. volunt ibi Bar. & doct in vlti. oppo. & in l. si in facto. ff. de condisio. & demon. ideò resp. non satisfacere, quia in diffinitione verba debēt propriè intelligi vt per Bar. in l. omnes pop. in 6 q. princi. col. 3. illius quæstionis. ff. de iust. & iur. per doc. insti. de act. in princ.

Laborant ēt valde doct. circa diffinitiones ad interesse datas, q sit æstimatio damni emergentis vel lucri cessantis &c. quia æstimatio differt, & est separata ab interesse quod æstimatur vt j. dicetur. Item quia nō est de substa interesse, sed est magis qualitas quędam per q quantitas interesse demonstratur vt hic per Deci. ideo &c. Et q æstimatio non sit interesse, sicq; diffinitio non sit bona, vt puta cum diffinito minimè cōuertibilis probat, nam interesse ad ęstimationem rei refertur. l. stipulatio. §. si. ff. de no. ope. nunc. ergo rei æstimatio non est interesse secundum Dec. in d. c. mora: patet etiam q æstimatio non sit interesse quia in actione furti nō duplicatur nec quadruplicat interesse, sed pretium & ęstimatio rei. l. in furt. ergo patet ęstimationē rei nō esse interesse, itē l. cautū est ęstimationem in interesse venire. l. liberū. ff. de religio. cōstat aūt id qđ deducitur in alterum nō esse id in quod deducit. ouis. n. quæ deducitur in gregem non est grex licet in grege cōtineatur, & tignum deducitur in domum & tamen nō est domus, sed continetur in domo. l. eum qui & l. rerum mixtura. ff. de vsucap. idem de boue in sententiam dedu-

cto, patet quod non est sententia, licet in sententia contineatur secundum Dynum loco præalleg. Et quod æstimatio diuersa sit & separata ab interesse probatur etiã, quia aliud est res, quæ æstimatur aliud æstimatio ipsa. l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideiuss. l. ait lex ad fi. cum. l. seq. ff. ad l. Aqui. & §. cum per venditorem. l. si sterilis. ff. de ac. emp. notat. hic Deci. in 3. col.

Postremò placet distinctio Io. And. quam hic refert & sequitur Dec. & voluit etiam Bar. hic si bene ponderetur, 10 & Dynus loco præal. † Quod autem quærimus de quidditate & essẽtia interesse immediata, & sic de interesse prout est, & nihil aliud est quàm damnum emergens, vel lucrum cessans, prout dixit gl. & sequaces, aut quærimus de interesse prout petitur & de restitutione ac resartione dãni vel lucri amissi, & hoc casu quia petitur, & æstimatur est æstimatio damni vel lucri, prout Bar. & doc. loquuntur & Spe. in tit. de fr. & interesse in §. 3. & verè Bart. hic & in sequẽti quæstione ibi ad istud quod dicit loquitur in istis ter- 11 minis. Capiẽdo. 1. mõ sic diffiniri potest. † Esse damnum emergens vel lucrum cessans propter datum aut factum iniustum vel cessationem facti aut dati iniustam. Hanc colligo ex diffinitione Iac. de aren. Bar. Sal. & antiquorũ. Et vt bona quum ex gñe constet & differentijs, & rei diffinitæ substantialia ponat, prout facere debet omnis bona diffinitio Bar. & cæteri in l. 1. ff. de appe. & in l. 1. ff. de test. & in l. 1. ff. de acquir. pos. Generalis. n. est quomodocunq; interesse contingat siue propter damnum emergens siue propter lucrum cessans propter factum vel omissum datum aut non datum. Et ponit quidditatem & substantiã ipsius rei diffinitæ vt patet, ergo &c. Et hanc diffinitionẽ sequitur cõsulendo Alex. in pulchro casu. in consi. 20. lib. 5. Capiendo verò. 2. modo & considerando interesse pro eo quod æstimatur & petitur, secundum materiam. l. nostræ sic conueniẽter diffiniri potest. Est alicuius iustæ vtilitatis amissæ seu non habitæ propter factum vel datũ iniustum aut fieri dariùe debere omissum, in quantitate iuridica consistens æstimatio. Dixi æstimationem vtilitatis, quia Bart. & doct. id etiam dicunt, & iura eo modo loqui videntur. l. si sterilis. §. cum per vendit. ibi omnis vtilitas in æstimationem venit. ff. de act. empt. & in l. perinde. ff. ad l. Aquil. ibi vtilitas venit in hoc iudicio. Dixi iustæ quia iniusta non venit nec peti põt. l. itaque fullo. ff. de fur. Amissæ seu non habitæ positum est vt ad lucrum emergens & damnum cessãs generale sit propter factum vel omissum datum aut non datum posui propter id quod Iac. de are. relatus à Bar. facit in eius diffinitione. in quantitate consistẽs posui, quia æstimatio istius interesse in quantitate consistit, vt hic per Deci. col. 3. & prius per Dynum in d. c. mora col. 5. iuridica dictum fuit ob dispositionem istius. l. interesse ipsum taxantis.

Et si contra prędicta opp. de l. si cui fundus ff. de leg. 2. vbi etiam supra iustam æstimationẽ dicitur esse aliquãdo interesse. Respon. poni ad differẽtiam communis vtilitatis ac interesse sicque pro singulari quod plus est quam commune vt patet ex illo text. Et talis singularis vtilitas quę non ex actione sed aliunde pendet, à. l. vt j. videbimus permittitur.

12 Ex prędictis patet, † quod propriè loquẽdo interesse aliud est à re nobis debita, vt j. per Deci. col. 8. post Bart. Et ad practicam rem reducendo inferri potest ad decisionem pulchrę & notabilis qõnis de qua per Alex. in consi. 20. li. 5. & est de mente Bar. hic col. 6. & Io. And. quem refert & sequitur hic Deci. col. 4. in ver. 20. Interesse considerari.

Postquàm vidimus diffinitiones interesse, congruenti ordine vidẽdum est quotuplex sit interesse & de spãli in- 13 teresse. Et posteà quid veniat appellatione interesse. † ista videntur mihi euidentialia pmittenda & declaranda pro intelligentia. l. nostræ & materię. euidentiorem. n. præstabunt intellectũ & ad oĩa. j. dicenda iuxta. l. 1. ff. de orig. iur.

Bart. hic in 2. q. ad l. nostrã latè disputat ex cuius dictis quatuor conclusiones discutiendæ se offerunt, An interesse vnicum sit vel triplex. Scd'a quid sit interesse singulare quid cõe, quid conuẽtum. Tertia nunquid pretium rei & interesse idem sint. Quarta rem ad practicam reducendo, an petens cẽtum pro interesse promissa tanquàm interesse, obtinere vel succumbere debeat. discutiamus primam in reliqua videbimus in gl. 1. & in pcessu ordine suo, oĩa ad hunc locum tradamus, & quàmuis videatur disputatio modici momẽti, an sint tres species interesse vel vnicum interesse, ex quo tenẽtes quod vnicum sit dicunt, quod illud modo erit conuẽtum, modo cõe, modo singulare, tñ videbimus esse magnę vtilitatis & subtilis indagationis.

14 Quòd sit vnicum interesse † probatur, quia excedens & excessum non sunt idem. sed diuersa. arg. l. 2. ff. de stipu. ser. c. fin. de insti. sed interesse vt hic dicitur excedere non potest, dupli conuenti scilicet quantitatem. ergo non videtur quòd æstimatio conuenta sit interesse.

Secundò quia interesse ad personam actoris semper refertur. l. 1. ff. de act. emp. l. quatenus. ff. de reg. iur. Bart. j. in l. vnica. in 6. col. & sic erit sp vnum sicuti persona est vna.

Tertiò p tex. in d. l. 1. ibi, hoc aũt ergo est solum vnum l. Quartò quia plus & minus non faciunt differre specie. l. fi. ff. de fun. instru.

Quintò quia sicuti paries non est domus, sed pars domus, ita nõ est nisi vnicũ interesse cuius partes integrales sunt, pretium commune & conuentum ſm Nicol. de matha. quem refert Bal. in l. si traditio col. 1. C. de actio. emp.

Sextò & vltimò qa cõtraria iure nõ probant, ergo &c. l. illam. C. de coll. & istam opinionem tenebant ẽt Iac. de Raue. Pe. de bellapertica & vltramon. vt hic refert Deci.

Sed glo. 1. nostræ l. Bar. j. in 2. q. col. 5. & 6. & Deci. hic 15 in 4. col. tenent. quod sint tres species † conuentum, cõe, & singulare per iura alle. per Bar. attestantes istam esse cõem opinionem quam sequuntur latè disputantes articulum hic Sal. & Cur. char. 1. & Mod. Maiol. 3. & latius Specul. in tit. pręal. de expen. & interesse pro qua opinione videtur text. clarus in d. l. 1. de act. emp. ponens tres species interesse singulare, s. cõe & conuentum, hoc autem inquit interesse, s. in genere quod in specie modo dicitur singulare modo cõe, modo conuentum. Interdum, i. aliquãdo pretium rei, s. emptæ egreditur si pluris intersit emptoris quàm res valeat, & sit cõis æstimatio, vel quam res empta sit, & consequenter quàm sit conuentum pretium, accedat text. in l. vnica, in §. fi. ff. si quis ius dicẽti, hoc iudicium inquit ibi iurisconsultus non ad id quod interest sed quanti ea res est, dare hoc est nõ dare ad singulare interesse, sed ad æstimationem rei & sic ad cõe prout etiam intelligitur tex. in l. hæc verba quanti. ff. de verb. sig. Probatur itaq; in dictis legibus interesse non esse vnum tantum & quum conuentum cõmune & singulare de quibus. s. non solum in qua- 16 litate sed in substantia re, nomine, & effectu differat. † & apud legistas de facili constituatur species. l. 2. in princ. in vers. deinde quum esset in ciuitate. ff. de orig. iu. vt hic per Curr. & Deci. in rub. s. qui admitti. col. 8. & s. de impub. & alijs substi. in l. precibus vbi dixi super glo. in verbo fideicommis. in versic. communis igitur conclusio nihil prohibet quin ex prædictis conuento commune & singulare interesse constitui possint.

Ad alleg. in contrarium satis põt clarè rñderi ex dictis Dec. hic col. 5. & Cur. col. 2. & 3. & aliorum pręal. Ad argumẽtum Nicol. de Matth. de pariete & domo rñdet. Bal. in d. l. traditio illum damnans & inferẽs in practica ad not. qõnem de petẽte rem venditã sibi tradi aut interesse pręstari, vt omnia prędicta, comprehendantur in tali libello.

17 Et dictæ species interesse † denominationem à nomine ipso sumpserunt, conuentum à conuentione partium cõe à cõi opinione & sentẽtia, singulare ab vtilitate singulari coniuncta affectione præal. l. si cui fundus, declarãdo, vt hic per Dec. & scribentes. Et quẽadmodum post Fulg. hic præfati Moder. dictis vocabulis non vtuntur leges sed sunt vocabula magistralia per glo & doct. inuenta & formata ad explicandum melius conceptum mentis eorum.

Et licet

18 Et licet prædictum singulare interesse † vt hic dicitur non posit excedere duplum interesse conuenti, hoc procedit qñ concernit affectionem, secus si commodum pecuniarium etiam singulare, quia venit totum vt declarat Pau. de Ca. in d. l. 1. ff. de act. emp. per alleg. ibi per eum de qua materia latius dicemus infra reprobãdo Pau. de Ca.

19 Alia principalis diuisio interesse est † de intrinseco, & extrinseco, ita gl. & doc. appellant, vt hic per Bart. Bald. & Soc. fol. 3. & Dec. j. in ru. in vlt. col. & Bal. in l. in tantum in §. his consequenter ff. de ser. corrup. & Alex. in apostil. ad Bar. in l. si sterilis in §. cum per venditorem. ff. de act. emp. qui tex. de intrinseco loquitur & extrinseco, de intrinseco in quãtum tractat de æstimatione quanti plurimi. De extrinseco dum loquitur de lucro, qđ emptor ex vino facere potuisset, & sm Bald. hic in 6. col. est fundamentum præsentis materiæ & in effectu interesse extrinsecum siue extra rẽ est interesse q non venit ex re sed extra rei naturam, verum pp rem vt accidens aliqđ occasioneq; ipsius rei, vt in exemplis hic positis p Dec. in prin. vlt. col. intrinsecum est qđ immediate ex re ipsa venit. d. §. cũ per vend. vbi Pau. de Ca. notat, & latius. j. declarabitur. intrinsecum igitur interesse est bonitas extrinseca, seu ptium rei & venit pp moram per rõnem text. d. §. cum per venditorem. extrinsecũ verò seu extra non est intrinseca rei bonitas vt qualitas vel extrinseca vt ptium, sed consistit in nouo facta & pp accidens sicq; non procedit ex radice nec ex natura contractus sm Bal. hic col. 5. in 3. opp. & probatur in d. §. cum per ven. Producetur igitur interesse intrinsecum per qualitatem ipsius rei, secus in extrinseco ad quod res ipsa non extenditur. Sicq; vt ex prædictis apparet aliter appellatur interesse intrinsecum quàm bonitas intrinseca. quia bonitas intrinseca ipsius rei qualitas dicitur, sed interesse intrinsecum dicitur pretium dict. §. cum per vend. Et est vt dicatur intrinseca bonitas rei mater pretij. l. 2. j. de resc. venditione. secundum Bal. hic in 7. col.

20. Intrinsecum igitur interesse † intrinsicitatem quandã dicit, extrinsecum extrinsicitatem vt hisce vulgarib. vocabulis vtamur facit tex. in eo tpo in fi. ff. de pecu. ibi magis propter rem meam q̃ ex re mea pecunia mihi daretur. Et text. in l. 1. in §. in flumine. ff. de flumin. & in l. 1. in §. hoc autem edictum. ff. de no. ope. nun. vbi in loco seu intra locum illud fieri dicitur quod intus & in re fit, & declarat pulchre Alex. in col. 1 37. col. 3. lib. 2. q non dr̃ fieri in scalis Palatij quod fit ad scalas, nec faciens actum ad scalas Palatij satisfacit statuto requirenti, quid fieri in scalis Palatij. quia prædicta diuersa sunt, & separata vt ibi p eum, faciunt quę scribit Aul. Gellius. in noctibus atticis. c. 3. lib. 12. dum quærit quod, & qñ tempus dicatur esse intra Calendas. vel extra Calend. & concludit q omne tempus q Calendarum die includitur, intra Calendas recte esse dici, infra ergo vel intrinsecum dr̃ quod est intra rẽ ipsam.

21 Iuxta prædicta cadit notabilis dubitatio † vtrũ interesse intrinsecum seu intra rem, & interesse circa rẽ idem sint vel differant Cur. j. in 7. col. vt diuersa ponit Dec. j. in rub. col. fin. dicit q cum aliqui diuersa esse dicant vt fuit Soc. hic in 12. col. ipse tenet q sint idem, & voluit Bar. j. & clarius Bal. in l. si traditio. in 4. q. non reperio l. facientem expresse mẽtionem de isto interesse circa rem excepto text. præallega. §. cum per vendi. Et quemadmodum declarat post alios Paul. de Cast. ibi cõcernit pretium rei si plus vel minus valuit, post morã. vt morosus teneatur quanti plurimi, vel minimi fuerat à tpe moræ prout expedit alteri, & non moroso, causatumq; & in esse producitur à qualitate & bonitate rei, estque ipsius rei sm qualitatem & bonitatem suam æstimatio, & dicitur intrinsecum vt ibi declarat Iurisconsultus dum inquit, nec maior fit obligatio q tardius agitur, quamuis æstimatio crescat, si hodie vinum pluris sit merito quia siue datum hoc haberet emptor siue non qm saltem hodie dandum est, qđ iam olim dari oportuit. & sic quia causatur in esseq; producitur ab intrinseca qualitate & bonitate rei, quã rationem declara & amplia vt pulchrè & eleganter per Dec. in l. vinum col. 8. ff. si cert. peta. Quum ergo loquatur, de interesse intrinseco, & dicat in principio esse circa rem de necessitate sequuntur q interesse intrinsecum, & circa rem idem sunt ex quibus patet labi Curt. hic col. 6. qa æstimatio illa quanti plurimi semper in esse producitur à qualitate & bonitate rei, considerato tempore moræ in damnum morosi, & talis bonitas intrinseca mater pretij dicitur secundum Bald. s. relatum. Nec obstat text. l. proinde ad legem aquiliam. quia licet dicat æstimari causas corpori cohærentes vt in exẽplis ibi positis & §. illud institu. ad l. aquil. quando ex peremptione vnius corporis debiti depretiata sunt cætera corpora, vel perdita hereditas per mortem serui instituti occisi, qui propterea non potuit adire hæreditatem, & admittat petitionẽ huiuscemodi interesse, non tamen sequitur q sit intrinsecum vel intra rem seu circa rem, sed est extrinsecum, quum non veniat immediate à bonitate & qualitate rei, producaturq; inesse sub eadem. ita vt illa sit veluti mater ipsius interesse iuxta superius dicta, sed ab extra, & per accidẽs veniat ob peremptionem alterius rei, seu corporis. Et sic non venit immediatè ex se, ita vt posit intrinsecum dici, sed venit propter aliud corpus peremptum Ita q est extrinsecum, tamen quia corpora ipsa maximam coniunctionem & cõnexitatem intra se habebant, ideo dicuntur causæ cohærentes, habeturque merito huiusce interesse ratio quamuis extrinseci quia verum est & iustum vt hic per Bart. in 9. col. & latius dicam in glo. super verbo dupli.

22 † Et consequenter quod solet dici non esse habendam rationem interesse extrinseci per d. §. cum per vendi, procedit qñ venit à remotis p circuitus & non est verisimile, vt in exemplo posito per gl. j. in verbo damnum & Suc. post Ray. de Forli. in figuratione casus super l. nostra secus si verisimile sit ac iustũ d. l. proinde cũ l. seq. & j. in col. fi. notat Dec.

Secundo non procedit quod dicitur in d. §. cum per uendi. de interesse suorum fame necatorum ob triticum minimè traditum in foro conscientiæ, quando in ueritate propter culpam commissionis & omissionis tritici non traditi, serui uel animalia mea fame perijssent, quia in foro poli teneris ad omne interesse meum ita traditur per summam Ang. in uerbo usura el 1. uersi. 5.

Tertiò intellige & limita illum tex. nolentem non haberi rationem interesse extrinseci, & sic ex uino uendendo lucrum fieri potuit, ut procedat de iure florum secũdum quod non habebatur ratio lucri cessantis etiam in solito negociari præterquam in actionibus arbitrarijs. l. 3. §. fi. ff. de eo quod cer. loc. & l. fi. ff. de peri. & commodò rei uen. quum sufficeret posse petere usuras ut ibidem dicitur. secus de iure C. nouissimo quo iure prohibitæ sunt usuræ. l. 1. C. de sum. tri. secundum scriben. ibi est permissum interesse & lucri cessantis indistinctè in solito negociari per hanc. l. ad fin. ut in ulti. notabili tex. dicemus. Et sic hodie ille §. cum per uendi. in hoc erit correctus, quæ omnia bene nota ad illum tex. Et q interesse de quo in l. proinde cum l. seq. licet causa corpori cohæreat non dicatur intrinsecum nec intra rem, sed extrinsecum ut dixi uoluit expresse glo. 2. l. uenditor hominis ff. de euict.

23 Appellatione uerò & nomine interesse † uenit damnum emergens & lucrum cessans rei & fructus non autem res nobis debita. ut in pulchro casu tradit Alexand. in consil. 20. lib. 5. & Dec. hic colum. ulti. nec Barb. per eum contra Alex. citatus quicquam in eo loco de hoc scribit. Et uerè quum difficio ut supra dictum est essentiam & substantiam rei diffinitæ ostendat. ex suprascriptis cõfirmari potest conclusio prædicta quòd sit damnum emergens, &c. uel sit æstimatio &c. propriè loquendo ut Bar. uult & supra declaratum fuit ita quod non recederem à conclusione Alex. in præallega. consil. nisi de mente contrahentium in oppositum ex dictis in contractu uel alijs coniecturis appareat, ut hic uidetur etiam uoluisse Dec. referendo Barb. Et hæc sufficiant super rub.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Quantæ difficultatis sit hæc lex & materia, nu. 1. cum seq.

Cur dixerit Imperator dubitationes antiquas esse pro eo, non autem super eo. 2.

Quæ & quales essent dubitationes de quibus hic meminit Imperator, nu. 3. cum seq.

Interesse quomodo possit damnum dici, nu. 6.

Verba intelliguntur secundum communem vsum loquendi. 7.

Verba istius legis machinationibus & immodicis peruersionibus quomodo intelligantur. 8.

Impossibilia cadunt nec per rerum naturam stare possunt. 9. cum sequen.

Coagrarum natura quomodo exponi in hac lege debeat. 11.

Vtrum sicut damni emergentis ita lucri cessantis haberetur & habeatur hodie ratio. 12. cum seq & 35. cum seq.

Lex ista fuit vna de quinquaginta decisionibus Iustiniani. numer. 15.

Bar. expediuit hanc. l. in vno die & legebat bis in die. 16.

Diuisio l. cum summario & figuratione casus. 17. cum seq.

Ad principem spectat extinguere materiam quæ discordias & lites generat. 20.

Infinitas vitanda est, 21. cum seq.

Potestas prorogandi compromissum arbitrio data, quomodo intelligatur. 22.

Prorogatio compromissi non tenet nisi facta fuerit intimatio parti. 23.

Obligatus aliquem præsentare toties quoties fuerit requisitus, non liberatur per vnam præsentationem. 24.

Verus sensus ad istum textum in verbo prout possibile est qui sit. 25.

Restitutio interesse ad duplum an facta sit per hanc legem de nouo 26. cum seq.

Intellectus verus ad legem Titius in §. fina. cum l. seq. ff. de actio. emp. nu. 27. cum seq.

Lex ista formata fuit ex visceribus dicti §. fina. cum lege sequenti. 28.

Interesse non taxatur hic præcise ad duplum sed mere confingitur ne possit excedere. 29.

Pro melioramentis in re factis potest quis rem retinere. 30. & sequenti.

Subtilitas laudabilis & in doctore legente necessaria. 33.

Interesse lucri cessantis hodie debitum est in solito negociari, & cur olim indistincte non haberetur talis ratio. 35. cum sequenti.

Intellect. §. cum per venditio. l. si sterilis. ff. de actio empt. 38.

Petens interesse lucri cessantis quomodo debet capitulare, & probare, nu. 40 cum seq.

Lucrum cessans vt peti possit, an debeat esse in potentia propinqua, nu. 41. cum seq.

Pulchra practica petendi dictum interesse, 42.

Sufficit quòd probatio concludat à communiter accidentibus. 42.

Nobilis potest petere interesse puta quia si habuisset pecunias suas emisset prædium, & tot fructus percepisset, numer. 44.

Solitus negociari potest petere interesse, non solum pro prima negociatione & pro primo anno, sed pro omnibus annis & negociationibus, 45.

An interesse alterius interesti debeatur, & peti possit. 56.

Quæ & qualis sit practica liquidandi & taxandi prædictam interesse alterius interesse. 47.

Distinctio quæ fit in lucro solitus ne sit quis negociari & lucrari vel non, an similiter fieri debeat vbi agitur de interesse damni emergentis, 48.

Interesse non potest à principio taxari, nec de iure, nec in conscientia puta ad rationem de tot pro centenario, etiam prouocationibus matrimonij, vel sola. matrimo. per viduam, nisi statu. vel consuetudo aliter disponeret, & ordinaret. 49. cum seq.

Item nisi cessaret suspicio vsurariæ prauitatis. 116. cum sequenti.

Lucrum ex re ipsa immediate descendens magis debetur, quã si proueniat extra rem. 52.

Si probatum fuerit interesse sed non quantitas præcisè, an iudex debeat absoluere, vel condemnare, vel quomodo se habere debeat. 53. cum seq.

Promittens simpliciter interesse, censetur promittere quantitatem illam quæ probabitur. 55.

Quodnam sit simplum ad quod habendus est respectus in faciendа duplicatione interesse petiti, de quo in hac lege. 56. cum seq. & 97.

Vtrum lex ista loquatur & intelligatur de singulari vel de communi interesse. 58. cum seq.

Interesse quanti plurimi potest excedere duplum pretij conuenti & in æstimatione quanti plurimi rarissima. 64.

Interesse singulare potest excedere duplum pretij conuenti in casu l. Iul. ff de actio emp propter dolum vel culpam tradentis tignum vitiosum, nu. 65.

An in casu euictionis secutæ de re vendita interesse possit excedere duplum pretij conuenti late, nu. 66. cum seq.

Singulare interesse affectionis & vtilitatis simul debitum est, & petibile. 67.

In cadis olei prout exemplificauit hanc l. glo. an & quomodo possit cadere affectio, & singulare interesse vtilitatis, nu. 68.

Si liber alienus venditus fuerit doctori vel scholari scienter indeq; apostillatus euictus sit, an interesse singulare possit excedere duplum pretij conuenti. 69.

Vbi propter contumaciam volentis ad mandatum iudicis rem restituere deuenitur ad iuramentum in litem singulare interesse venit in contractu venditionis per accidens, nu. 70.

Quando æstimatio rei venditæ creuit propter melioramenta per emptorem in re empta facta, an vltra duplum interesse sit petibile. 71.

Emptor rei subiectæ fideicom. quando melioramenta in ea re facta possit petere & quando non 72. cum seq.

Quando æstimatio rei venditæ multum creuit propter temporum varietatem, an interesse possit excedere duplum pretij conuenti. 74. cum seq.

Intellectus verus ad hanc text. in illis verbis in casibus qui habent certam quantitatem vel naturam, ponitur nu. 76. cum seq. & 94. cum seq.

Interesse & pretium rei an sint idem, ex quo infertur ad quæstionem notabilem in practica. 80 cum seq.

Interesse æstimatum secundum causam cohærentem pluris est quàm pretium rei simpliciter consideratam. 83.

Interesse non est vnicum verum tres species commune singulare & conuentum. 84. cum seq.

Plus & minus quando faciant differre speciem. 85.

Quis sit verus intellectus ad istum tex. in verbo in infinitum producta. 87. cum seq.

Comparatiuum quando pro positiuo ponatur. num. 91. cum sequen.

Interesse singulare vtilitatis venit etiam in maleficijs c. 9.

Quantitas quædam materialis datur, quædam continua, numer. 93.

Lex ista loquitur de singulari interesse non de communi. 96.

Quid sit interesse commune, quid singulare, quid conuentum 98. cum seq.

Interesse singulare est duplex vnum affectionis non considerabile,

vabile, alterum affectionis & vtilitatis simul considerabile in iure. 101.

Interesse vnum est intrinsecum, aliud extrinsecum, & quando habenda sit ratio de extrinseco. nu 102 cum seq.

De insolitis non habetur ratio 103.

Tex. in §. frumenta. l. fistulas de contrahen. emptio. ornatur numer. 107.

Interesse conuentum non restringitur per hãc legem ad quod tres rationes assignantur. 108 cum seq.

Interesse conuentum an possit excedere quadruplum. 109. cum seq.

Dispositio hominis intelligitur se conformare cum dispositione legis. 113.

Promissio de stando iuramento vel simplici verbo creditoris super damnis expressis. & interesse, an subsistat: reuocarique possit & quomodo intelligatur. 114.

Quantitas pro interesse taxata non est exigibilis vbi est suspitio vsurariæ prauitatis, & quando hoc sit. 116.

Quomodo probetur interesse conuentum, commune & singulare. 119. cum seq.

Interesse conuentum debetur praecisè attento tempore conuento, nu. 120.

Testis deponens super interesse vel æstimatione rei, an & quando teneatur assignare causam et rationem dicti. 112. cum sequenti.

Petens interesse domus destructæ quid debeat probare. numero. 123.

Volens probare pretium vel interesse præteriti temporis, non debet se referre ad modicum tempus sed ad longum tempus & addere locum fori publici. 125.

Valor, & æstimatio rei, an per instrumenta probari possint, numero. 124.

Interesse singulare contra dolosum probatur per iuramentum in litem, regula cum limitationibus. 126.

Villa quæ tenetur ad emendam robariæ in suo territorio commissæ non obligatur ad emendam nisi damno legitime & per veras probationes demonstrato. 127.

Text. l. si quando C. vnde vi ornatur & declaratur, numer. 127. cum sequenti. tam quo ad theoricam quàm quo ad practicam.

Iuramentum dicta. leg. si quando est veritatis non affectionis, num. 127.

Statuto disponente quòd credatur iuramento damnum passi, exigit taxationem iudicis præcedere, licet de hoc nihil dicat, nu. 129.

Si hospes restituat valixiam apertam & dissigillatam quæ sibi clausa & sigillata fuerat tradita, an stetur iuramento viatoris super damno & rebus quas intus fuisse dicit & deesse 130. cum seq.

Singulare interesse contra non dolosum quomodo probandum sit. 131.

De modo & practica capitulandi, articulandi, & deponendi super singulare interesse. 132. cum seq. & nu. 140.

Si viginti testes deponant rem tantum valere, quia ipsi tantum darent, non probant æstimationem. 133.

Testis etiam non interrogatus debet assignare causam scientiæ in depositione super interesse singulari, aliàs non probat, nu. 135.

Quia probatio interesse est difficilis, iudex habere debet, æquitatem ante oculos, & etiam ex coniecturis illam admittere. 136.

Petens singulare interesse, referre se debet ad vtilitatem non ad affectionem, & similiter testis super eo deponens. 135. cum seq.

Singularis vtilitas & interesse peti possunt. 139.

Si interesse non fuerit directo plene probatum, an iudex se de illo informare debeat, & condemnare, nu. 141. cum seq.

Tex. l. si quod ex pamphila. de leg. 2. declaratur pulchre & verè nu. 141. cum seq

Tex. l si irruptione ff fin. reg. ornatur. 144.

Iudex debet laborare pro habenda veritate. & illam tueri ac defendere. 45.

Liquidationi & declarationi factæ per iudicem super interesse standum est nisi appellatum fuerit. 145.

Aestimatio rei mobilis facile fit re coram iudice præsentata, nu. 146.

Iuramentum suppletiuum an deferatur probanti intentionem suam circa interesse per vnum testem. nu 147. cum seq.

Vbi verisimiliter haberi possunt plures testes, vnum producenti non defertur iuramentum, nu. 148.

IN LEGEM VNICAM

C. de Senten. quæ pro eo &c.

HAec lex amplam & profundam habet materiam, estque obscura & difficilis magis quàm alia quæ sit in corpore iuris [1] † secundum Bart. & alios scriben. hic. & si verum admittimus singulasque clausulas ponderemus cunctaque diligenter rimemur, difficultatibus fere inexplicabilibus totam legem refertam inueniemus. statim ergo à fronte scrupulus ingerit & in limine nouus apparet dum primo exorditur. [2] † Quum pro eo quod interest dubitationes antiquæ in infinitum productæ sunt. hoc. n. contradictionem implicare videtur & ineptitudinem quandam loquendi præ se ferre. Pro eo. n. quod est quis non dubitat nec dubitare solet, sed de vel super eo quod est, ideo videbatur melius dictum fuisse, quum de vel super eo quod interest. Respondeo quòd multipliciter ponitur in iure hæc propositio pro vt j. per Saly. in 3. col. Dec. in glo. 2. & latius Alberi. de Rosa. in suo dictionario in verbo pro, & Gell. in nocti. Atti. hic ponitur pro de vel super secũdum Saly. Dec. in gloss. 2. oppo. prædictam quæ fuit Saly. malè percipit dum respon. nihil obstare, quia text. benè stet & simpliciter procedat, vt loquitur. quod non est verum, quia ineptus videtur sermo quempiam dubitare pro eo quod est vt ait Saly. ideo intelligi debet, vt stet pro de vel super vt ineptitudo prędicta euitetur. eodem ordine rem cœptam prosequendo per modum declarationis decem ambiguitates in text. apparentes in primis remouere conabor. Igitur secundo loco in tex. ibi dubitationis antiquæ in infinitum perductæ, [3] † obscurus est hic sermo, quę enim & quales essent dubitationes non aperit text. declaratio glo. 3. secundum Soc. & Deci. super ipsa glo. non est bona, quia non correspondet procemio & præfationi legis vt fieri debet. §. præterea insti. de inutil. stip. Salyc. hic in 3. col. in 2. oppo. aliter declarat, sed laborat, eodẽ morbo & sicuti de serie legis apparet quę sequuntur non correspondent assertis dubitationibus per eum motis, nec. §. iurare per Saly. allega. ad propositum facit. ibi. n. iudex taxam præfigit iuramento in litem deferendo, hic loquitur Imperator de interesse per testes iustificando. ibique quum in vno releuetur respectu probationis quam solo iuramento facit, in alio grauatur vt supra taxam iudicis non iuret. termini igitur dictæ materiæ iuramenti in litem & l. nostræ dispares sunt ita quod de vno malè arguitur ad aliud l. papi. exulr. ff. de minor. l. ti. ff. de calum. Dec. super glo. in verbo productæ aliter intelligit hunc text. & malè vt ibi probabo. Dico ergo quod prędictæ dubitationes antiquæ erant circa quantitatem interesse vsque ad quam summam vel quãtitatem deberetur petiue posset, nunquid in omnibus casibus & cõtractibus, an tam mediate, quam immediate etiam cum circuitu, & tam ratione

totum iustum quod re vera est venit, secundum declarationem à iudice faciendam, tam in damno emergenti quàm in lucro cessante, ne propter infinitatem caderet, nam & pœnæ non exiguntur nisi limitatæ, à legeque ta-
19 xatæ. Casus potest figurari † vt hic per Saly.vel latius vt per Soc.post Rayn.vel clarius sic, viso supra proximè quãdo sententia sine certa quantitate probata valeat, quæsiuit iuuenis ab Imperatore quid iuris de sententijs quę super eo quod interest proferuntur, dubitans valde propter antiquorum altercationes & respondet Imperator præmittens quoddam breue procemium, quòd licet circa interesse prædictum antiquorum dubitationes in infinitũ propemodum productę essent, ipse intendit eas tollere & prolixitatem prædictam restringere. propterea statuit ꝙ in omnibus casibus &, contractibus qui certam habent quantitatem vel naturas, vt in venditionibus & locationibus, id quod interest non posit excedere quantitatem dupli. in incertis verò casibus totum id quod re vera vertitur damnum præstetur, & interesse veniat non secundũ machinationem petentis, sed secundum declarationem iudicis ex legitimis probationibus faciendam, nedum in infinitum fit computatio interesse, & per circuitus inextricabiles itur, cadat, penitusque vitetur interesse ipsum, quam sanctionem cõfirmat Imperator per simile de pœnis quæ non possunt exigi nisi limitæ & à l. taxatæ, non autem in infinitum, idem ergo & in interesse merito factum fuit, & hoc non solum respectu quantitatis verum etiam respectu qualitatis, & consequenter siue consistat in damno emergenti siue in lucro cessante in quo veteres etiam interesse admittebant, & hic sit finis antiquæ prolixitatis superius relatæ.

Rationes dubitandi, & decidendi ex text. ipso colligi possunt.

20 Noto primo † spectare ad principem tollere & extinguere materiam, quę inter subditos discordias generat, & lites multiplicat, vt probatur hic, & in 1. consti. C. in l. properandum. §. de iud. & in procе.decretalium.

21 Secundo not. ibi † in infinitum iunctis sequentibus vitandam esse infinitatem concordat text. in c. cum in multis de rescr. in 6. & in l. qui bona. in §. fi. vbi latè per scri. ff. de dam. infe. vt hic per Dec. & Soc. in vlt. col. de qua materia videnda sunt quæ tradunt Saly. in l. fin. col. 2. & 3. C. de sac. san. eccl. Alex. in l. si finita in prin. ff. de dam. infect. & in consi. 145. lib. 2. Fely. in c. licet in fin. col. fin. de test. & in c. sedes col. fin. de res. Ias. in l. duobus. in §. ei qui col.
22 fin. ff. de iurein. † ex quibus pręallega. & Bald. hic in 4. col. inferunt ad plures not. quæstio. Dec. hic & Soc. in vlt. col. tangunt quæstionem de potestate prorogandi compromissum data arbitro, quomodo intelligatur & extendatur, concludentes intelligi de prima vice tantum per regulam. l. boues in §. hoc sermone. ff. de verbo. sig. exornatam ampliatam & limitatam per Fel. in 2. de treu. & pac. & Ias. in d. §. ei qui nisi actus esset nullus qui iterari posset vel nisi dictum fuisset, semel & iterum, quia bis tantum posset ꝓrogari, sed si dictum esset toties quoties talia verba ad infinitatem adaptantur, & referuntur. item nisi in dispositione statuti quia actus iterari debet donec effectum consequatur iuribus & rationibus per eosdem hic allega. de qua materia latè scribit Lanfranc. de Oria. in trac. de arbi. col. 2. & 3. vbi ponit vnum valde vtile in actu practi-
23 co † ꝙ prorogatio fieri non potest pro maiori tempore, quàm sit tempus in compromisso comprehensum, item quia debet ipsa prorogatio facta intimari partibus quæ lædi ex illa possunt, aliàs sententia non valeret, idem vult Alexan. in consi. 34. col. fi. libr. 1. iuribus & rationibus per
24 eosdem alleg. Et ex dictis Decij & Soc. hic † apparet quicquid dicat Roma. in suo consi. 15. quod promittens præsentare aliquem toties quoties requisitus fuerit vel opus erit, ꝙ non liberatur per binam præsentationem sed tenetur ꝑsentare toties quoties fuerit requisitus, quia verba apta sunt ad infinitatem, vt per eos post Alexan. & per Ias. in d. §. ei qui col. fi. Tertiò ex isto text. ibi prout possi-
25 bile est, † quædam colligit Dec. quæ non sunt de mente. l. verus intellectus & sensus literę est ꝙ Imperator restrinxit antiquas ꝓlixitates circa interesse prout possibile fuit idest congruum & rationabile, vt per ipsum Dec. hic ad fin. istius nota. & 3. in glo. super verbo possibile facit text. ibi naturæ congruum, & l. nepos proculo cum gloss. ff. de verbo. sig. ea. n. dicuntur nobis possibilia quæ cum commoditate possumus & sic rationabiliter.

26 Quarto not. ex isto tex. † quod coarctatio & restrictio interesse ad dupli quantitatem facta fuit per hanc l. hoc disputat hic Dec. & defendit contra Soc. in penu. col. pro veritate est hic text. ineuitabilis pro ista opinione contra Soc. & alios idem tenentes ibi nobis visum est & ibi sancimus qđ est noui iuris significatiuum, & ibi nedum in infinitum. ergo antea non erat limitatum vt ibi & sit finis antiquæ prolixitatis huius constitutionis recitatio. si pręsens constitutio finem imponit antiquę prolixitati super interesse, ergo ante ipsam l. non erat restrictum neq; limi-
27 tatum. † Ad text. magis vrgentem ad oppo. in l. Titius in §. fi. cum l. seq. ff. de act. empt. singularem ẜm omnes hic. & Pau. de Cast. ibi Dec. post Bal. respondet esse casum specialem & singularem ac insolitum, à partibusq; verisimiliter non consideratum arg. l. fistulas in §. frumenta cum gl. & notatis. ff. de contrah. emp. quia pretium in minimũ excelsit, ego subtilius declarando illum text. dico esse casum singularissimum propter multa quæ concurrebant ibi. seruus. n. minimo ꝓtio venit creuit in immensum pretium, quia factus fuit facto & impensa emptoris agitator vel pantomimus, i. imitator omnium rerum. & venditor erat mediocrium facultatum, vt verisimiliter non fuerit à venditore cogitatum de tanta summa vt dicit ibi text. ideò ex quadam æquitate iurisconsl. ibi taxauit ne periculum excederet duplum pretij conuenti, ꝑꝑ multa igitur quæ ibi concurrebant, facta fuit illa pręfixio & taxatio in
28 casu illo, sed nõ est generalis. † Arbitror quòd Imperator exemplum & modum taxæ interesse ad dupli quantitatẽ de quibus in hac nostra. l. sumpserit ab illo text. iurisconsulti ibi & sic ꝙ in casu illo particulari disposuit iurisconsultus generaliter, & per regulam hic statuit Imperator satis consultum putans interesse passo si vsq; ad dupli quãtitatem agere posit, & morosum satis plecti si cogatur vsq; ad talem quantitatem interesse præstare. & illud in-
29 teresse non taxatur hic præcisè † ad duplum, vt id præcisè exigatur, sed terminus & meta ꝓfigitur ne duplum posit excedere. sed volens id interesse petere probare debet quatenus sua intersit, vel quod sua interest vsque ad dictum duplum. l. quatenus. ff. de re. iur. sed in casibus incertis seu non habentibus certam quantitatem vel substãtiam impossibilis fuit taxatio, quum nõ sit certum quid ad cuius pretium & æstimationem posset haberi respectus & fieri limitatio & in figuratione casus Rayn. & Soc. sentiunt & Dec. hic in 5. not. quia tamen moroso nociua debuit esse mora sua, nec cum aliena iactura forte locupletari. c. mora de re. iur. in 6. l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. Imperator apud quem non est acceptio personarum volens interesse passo consulere & morosum indebitè non grauare sequendo veritatẽ, vt præstetur in quo re vera damnum inducitur statuit. Cur. hic in 18. col. de prædictis nõ faciens mentionem dicit fuisse tolerabilem casum d. l. Ti-
30 tius in §. fi. † ex quo emptori alio remedio contra dominum rem suam vendicantem succursum erat, vt posset rẽ retinere donec de melioramentis sibi esset satisfactum, ideò esse ei imputandum si non fecit, satisq; esse ꝙ possit duplum à venditore petere, sed fallitur, quia illud procedit vbi emptor rem possidebat sed ibi in d. §. fi. nõ possidebat rem ibi etiam declarat Pau. de Cast. ideò nihil est eidem imputandum cur non retinuit rem pro melioramentis quum non possideret, & pro melioramentis non retinuisset rem petitam, non haberet contra venditorem remedium, & ibi declarat Pau. de Cast.

Limita

31 Limita tñ prædicta † vt per Alex. notatur in cons. 67. ad fi. in 2. vol. materię verò melioramentorum qualiter possint peti vel res pro illorũ satisfactione retineri † pulchrè Bald. & Pau. de Cast. in l. fin. ad fin. C. communia de leg. & Moder. de Fano. in trac. de pigno. fol. 47. cum seq. Super 5. not. † cum tribus sequentibus quæ facilia sunt me remitto, ad dicta Deci. & ad illud quod in 6. not. scribit de subtilitate quæ laudabilis est & necessaria in lectore. l. vnica. C. de profes. qui in vrb. Constan. libr. 11. adde Ioan. de Pla. & Luc. de Penna. in d. l. vnic. Ripam in rub. ff. ad treb. laudantem subtilitatem inuestigandæ & inteniendæ veritatis in doct. & dum in 7. not. Dec. ponit de impunitate delicti si detentus confiteatur delictum quòd debet seruari ei fides vide quæ scripsi in l. ea est natura cauillationis ff. de regu. iur.

(Margin numbers: 32, 33)

34 Nonò ex text. ibi machinationibus, † nota. vt hic facit Dec. & melius vt Fulg. & alij. j. ad fi. glo. 1.

35 Decimo & vlt. no. ex fi. l. quod non solum damni emergentis, verum etiam lucri cessantis † habetur ratio, & interesse debetur, qđ. intelligitur nisi cum iactura alterius veniret l. si is cui. ff. de fur. Mod. Mediol. j. ad fi. commenti sed voluit hic Bar. in 9. col. & Cur. in 12. & 13. col. circa quæ diligenter aduertendum est, videbator. n. superflua hæc pars. l. de lucro tractans, quia si interesse damni emergentis duplum excedere nõ poterat & iam statutum fuerat multo minus interesse lucri cessantis quum magis habeatur ratio damni quàm lucri. l. iuris ignorantia in. 2. ff. de iur. & fac. ignor. propterea superfluum fuisse videtur prædictam decisionem de interesse damni emergentis loquentem (quum dupli quãtitatem nequeat excedere) ad interesse lucri cessantis extendere. Respond. subtiliter ꝙ ante hanc l. interesse lucri cessantis etiam in solito negociari generaliter peti non poterat §. fi. l. 3. ad fin. vbi gl. & doc. notant ff. de eo quod cer. loco tradit j. Sal. in vlti. col. ideo vtilis & singularis fuit extensio hic ad fi. facta quòd habeatur ratio lucri cessantis generaliter in solito negociari & quòd non possit excedere duplum pretij conuenti iuxta dicta de damno emergenti in superioribus.

36 Nec mirum est † ꝙ hodiernis temporibus potius permittatur interesse lucri cessantis in solito negociari indistinctè quàm olim. nam secundum iura ff.orum poterãt peti vsuræ vsque ad legitimum modum, ideò lex nolebat etiam interesse posse peti quasi nimis grauare esset l. fi. ff. de peric. & commodo rei vendi. sed hodie vsuræ odiosæ sunt & prohibitæ. l. 1. cum not. C. de sum. trinita. interesse verò permissum in casibus licitis: ideo nimirum si ipsum interesse lucri cessantis per negociatores indistinctè peti potest, aliàs ob moram & culpam debitoris nimirum indebitè paterentur creditores si non possent petere vsuras nec interesse. Secundo aduerte ꝙ in no. supra sumpto dicta procedunt solum in solito negociari & mercari iuxta §. fi. d. l. 3. cum ibi not. per Bart. & alios & l. Luc. Tic. ff. de act. emp. inducendo vt hic per Cur. col. 14. aliàs non haberetur ratio lucri cessantis etiam in solito negociari l. fi. ff. de pericu. & commodo rei vendi. l. si sterilis in §. cum per venditorem ff. de act. empt. & conclusio prædicta in solito mercari, & negociari, † procedit omni iure humano & diuino: & est canonizata in scholis & in Palatijs, vt per Bar. col. 9. versi. si verò consuenit mercari, Anchar. consil. 150. Alex. in præalleg. consi. 141. & in consi. 31. & 200. lib. 6. Bar. consi. 34. vol. 3. Soc. consi. 88. lib. 4. Ias. in præalleg. §. fin. l. 3. Aquens. in l. diuortio in prin. in 4. col. solu. mat. vbi etiam alij, Dec. & Paris. in c. com venerabi. de excep. Dec. consi. 111. 116. & 322. omnes Mod. in l. rogasti. in §. si tibi ff. si cert. peta. & Alex. in consil. 108. in qoibus locis ponunt doct. ꝙ etiam mulier & quiuis potest tale interesse petere quando solebat (licet per se non negociaretur) dare suas pecunias mercatoribus ad honestum lucrum, nõ autem illas ociosas, & in arca tenere, & idem de eo qoi emisset prædia ex quibus fructus percepisset si pecunias habuisset, vt suprà dixi, & prædicta procedunt etiam in via theologorũ, & in conscientia; vt dixi. vt per Sco. Thomam & Gaietanum diffuse in 2. secundæ. q. 62. & 78. summam Ange. in verbo vsura exterior in ver. quis casus Cur. tamen hic in 13. col. tenet oppositum in puncto iuris, & in solito negociari per tex. in l. fin. & in §. cum per vendit. præal. quæ iura ad hoc prius ponderauit Dec. in d. c. cum vener. relinqnens cogitandum. † Sed non est à communi recedendum per adducta plenè in locis prealle. vis est respon. ad duo iura proxime alleg. nam 1. solu. Bar. & aliorum in d. l. 3. in §. fin. & hic in 9. col. quod illa iura non loquantur in solito negociari prout facit text. in d. §. fin. est diuinatiua secundum Curt. præallegat. immo est contra verb. text. maximè d. l. fin. ibi veluti si negociator fuit vbi est tex. de hoc apertissimus: innenio ꝙ Paris. in d. c. cum per vener. col. 8. post Fulg. ad illa iura respond. quòd non venit omne lucrum quod extra rem esse poterat, sed tantum verisimile, & hanc responsionem magis aptam esse dicit quàm sint aliæ quæ per Alberi. & Fulg. accommodãtur in d. §. cum per vendi. Sed confunditur per illamet iura. d. l. fi. ibi consequi potuit si negociator fuit, & d. §. cũ per vend. ibi neque enim si potuit ex vino negociari & lucrum facere: de verisimili enim immò de vero loquuntur, maximè quum attẽdi debeat quod est verisimile potiusquam id quod est possibile. l. non est verisimile, ff. qđ met. causa. c. quia verisimile de præsumpt. Dec. consi. 596. ad fin. & tñ illa iura clarè disponunt dictum interesse non venire nec deberi, ideo ego respondeo quod §. fi. d. l. 3. loquens in arbitrijs & volens haberi rationem interesse lucri cessantis in solito negociari per hanc. l. extenditur vt generaliter interesse lucri cessantis in solito negociari habeatur in consideratione, & debeatur, & probatur ex generalitate istius l. in fin. quæ omnia includit vt supra per Dec. in viti. not. ad aliud tñ propositum. & consequenter corriguntur in hoc prædicta iura antiqua, quæ volebant contrarium. ista est aptior & verior solutio quę ad illa iura dari possit, & est de mente Saly. in vlt. col. in principio, licet Bar. hic in 8. & seq. col. in prin. & fin. quæstionis velit dicta iura per hanc. l. non esse correcta nec mutata quod verum non est, & communis vsus mercatorum & practica iudiciorum, quę est optima legum interpres. l. si interpretatione. ff. de legibus hoc admittit. Ad motiuom Cur. de interesse damni extra rem de quo ratio non habetur, ergo minus de interesse lucri cessantis, respon. quòd loquitur de interesse extra rem non considerabili, vt de seruis fame necatis propter triticũ non traditum. Ad aliod quod de singulari interesse subijcit respond. quòd immo singulare interesse vtilitatis debitum est & permissom vt j. dicam & pro veritate in solito negociari & ex huiuscemodi lucro & exercitio viuere seque sustentare. id interesse lucri cessantis à damno parum distat, & nisi veniat esset cum nimia proximi iactura, ideo nimirum si est omni iure permissum. Retenta ergo communi conclosione,

(Margin numbers: 37, 38)

39 † quod interesse lucri cessantis in solito negociari permittatur ut ei debeator, cadunt hic pro necessaria intelligentia & declaratione istius tex. & totius materiæ septem notabiles dubitationes in actu practico utiles.

40 Prima quia oolens agere, † prooisus esse debet de modo probandi eius intentionem, quum tota vis causæ consistat in probationibus. l. 1. obi Bal. & alij notant supra de edend. quid debeat capitulare & probare petens istod interesse? Respon. ꝙ in primis debet capitulare & probare, quod erat & est solitus negociari alias succũberet ita instruit Alex. in consi. 141. lib. 5. Dec. in consi. 39. & Moder. Taur. in l. rogasti in §. si tibi col. 8. ff. cer. pet. qoum enim petat tale interesse tanquam solitus negociari tit dedocat talem quantitatem debet illam probare si uult obtinere l. prætor ait. l. 2. in §. docere. ff. ui. bo. rap. cum plene accumulatis, per Cor. in singul. in uerbo qualitas. immo probandum est unum aliud maioris difficultatis ꝙ lucrom

41 erat in potentia propinqua, † ut quia creditor petens interesse habuit tales merces præ manibus quas emisset, & ex qui-

ex quibus tantum lucratus fuisset, sed quia pecuniã suam non habuit, ideò non potuit emere ita ꝙ omisit dictum lucrum & passus est interesse lucri cessantis tot scutorum ita declarant Paul.de Castr.& Ias.in d.§.fin.3.per ibidem alleg.per eos.& Fely.Dec.& Paris.in d.c.cum vener.Matt. de Afflic.in decisio.regni.20.Deci.in l.quatenus ad fin.ff. de regu.iur.& in consil.322.Curt.in l.2.in §.mutui datio col.6.ff.si cert.pet.& Alexandrinus compater olim meus in consi.20.& 88.& Caiet.in summola in verbo vsura exterior in 5.casu.probatio enim debet de necessitate concludere.c.in præsentia de probat.l.non hoc.C.vnde legit. nec sequitur erat & est solitus negociari, ergo lucratus fuisset tantum immò sæpè damnum incurrunt negociantes.dicunt etiam prealle.scriben.ꝙ non omnino tantum iste negociator debet accipere, quia lucrum in potentia non est adhuc & multipliciter impediri posset quum inter os & offam multa possint & soleant contingere, ideo non debet tanti valere quanti si esset in actu,& etiam per Fely.in c.P.& G.de offic.delega.Tu dic & diligenter not.

42 † quòd sufficit petentem dictum interesse probare fuisse & esse mercatorem vel negociatorem talis cõditionis & qualitatis, & ꝙ mercatores & negociatores similis conditionis & qualitatis, prout ipse est communiter lucrantur & lucrari consueuerunt deductis expensis septẽ pro centenario singulis annis, & tantum etiam ipse lucratus verisimiliter fuisset, si pecunias suas de quibus potuisset negociari habuisset: sufficit enim & hac ratione tolluntur

43 omnia fundamenta supra in contrarium allega.† ꝙ probatio concludat à communiter accidentibus glo.per Bal. & alios communiter approbata in l.neque annales. C.de probat.l.non hoc col.pen.C.vnde legit.maximè in materia interesse in qua sufficiunt probationes coniecturales Bar.j.in vlti.col.Bal.13.ver.6.qualiter probetur Ias.in d.l. 3.in §.fi.in glo.solebat & hanc conclusionem sentit Alex. in consi.141.libr.5.& in terminis ita clarè decidit subtilitatum Princeps Aret.in l.continuus in §.cum ita col.2.ff. de verb.obl.Pau.de Cast.sibi contrarius in l.cunctos pop. col.pe.ad fi.C.de summa trinit.& in consi.303.incipienti in causa in antiquis, & Bal.nouel.in tract.de dote fol.31. in 3.speciali col.2.& ita obseruatur in practica: & secundum hanc meliorem,& tutiorem practicam interesse lucri cessantis petetur semper vniformiter ad rationem de 7.vel 10.pro cẽtenario, nec erit difficilis probationis quũ reperiantur plures mercatores qui poterunt de prædicto lucro deponere. sed secundum aliam opinionem tenentium lucrum debere esse in potentia propinqua non deberetur dictum interesse, nec iuridice posset peti vniformiter sed prout casus daret,& pre manibus fuissent merces emendæ,essetq́; multum difficile eo modo iustificare & probare interesse, sed posset tunc maius esse quam cõ-

44 mune, † & pariter nobilis posset simile interesse petere puta fructuum quos percepisset ex prædijs quæ comparasset, si pecunias suas habuisset, est enim hoc casu eadem ratio in eo respectu lucri cessantis quæ in solito negociari, ideò eadem debet esse iuris dispositio per iura vulga.& ita tenent Pet.de Anch.in consi.150.in q.col.2. Alex.cõs. 31.& 200.libr.2.Barb.consi.34.col.5.lib.3.& Aquens.in l. diuortio in prin.in 4.col.ff.sol.ma.

45 Secunda dubitatio † an interesse prædictum per solitũ negociari peti possit non solum pro primo anno, vel pro prima negociatione, verum etiam pro omnibus alijs sequentibus,& quicquid dicat, Curt.in 19.col.cum seq.tenens in puncto iuris non posse peti prædictum interesse, nisi ꝓ primo anno, vt vitetur infinitas circa interesse per l.nostram damnata, licet maturius cogitãdum relinquat si casus contingeret: tene absq; dubio oppositum.ex quo enim debitor semper est in mora tenetur ad interesse pro omni tempore, & pro omnibus annis pro quibus est in mora l.pen.& l.eos in princ.C.de vsur.& l.vinum cum ibi no.ff.si cer.pet.& in terminis est tex.in sui generalitate in l.3.§.fi.ff.de eo quod cert.loco. & ita practicatur immo fortius, vt in seq.dubitatione dicam, nõ solum interesse verum etiam interesse alterius interesse pro annis sequentibus venit præstandum. Nec obstat ꝙ de infinitate euitanda obijciebatur, quia nego dictum processum in infinitum: & licet multum excederet hoc moroso imputandum esset vt dixi.preterea hic text de infinitate loquens procedit quãdo ibatur per circuitus inextricabiles vt per glo.hic in verbo damnum & Socin.consi.3.secus quando ita esset in veritate quia licet multum cresceret, hoc moroso vt dixi imputaretur & hoc satis voluit hæc lex. Tertia maior & vtilis dubitatio,

46 Nunquid interesse alterius interesse debeatur, & peti possit habendaque sit illius interesse ratio: vidi sæpe hanc q.in arduis causis & multi respondebant quod non, quia in hac materia arguitur de vsuris ad interesse, sed vsuræ vsurarum sunt prohibitæ & reprobatæ.l.fi. C de vsur.ergo & interesse alterius interesse, secundo per decisionem Dec.in præallega.c.cum venerabilis col.6.in versic.sed retenta cõmuni, vbi videtur velle quòd solummodo in interesse immediatè debeatur, & alterius non habeatur ratio.tertio ne detur excessus in infinitum. Quibus non obstantibus tenendum est contrarium.primò per tex.in l.pen.& in l. eos in principio ibi singulis annis supra de vsur.vbi probatur vsuras singulis annis currere. ergo fortius interesse quod omni iure permissum legitur, vt j.dicemus.

Secũdo per tex.in d.l.3.in §.fi.in sui generalitate dum vult, omne interesse deberi solito negociari in illis arbitrarijs actionibus quod hodie per hanc.l.est generale, sua enim mora vnicuique nociua esse debet l.in condemnatione.§.1.ff.de reg.iur l.mora.ff.de vsur.

Tertio quia.d.eadem ratio quæ facit vt de capitali & sorte debeatur interesse, militat etiã in interesse alterius interesse.si enim centum gratia exempli mihi debes, & in fine anni centum & decem ratione interesse lucri cessantis in fine sequentis anni quo pariter es in mora, cur non ita teneri debes ad interesse illorum decem sicuti ad interesse centum principalis sortis. nam si illa decem mihi debita soluisses ita lucratus fuissem de illis decem pro rata sicut de illis centum, ergo similiter de illis habenda est ratio interesse mei.præterea ipsum interesse quo ad petentem, sors est Bald.& Salv.in l.2.C.de vsur.Signoro.in cõs. 65.colum.fin.ergo de interesse ipso vti de sorte principali aliud interesse præstari debebit: faciunt quæ scribit Bar. in l.fin.C.de sru.vrb.const.lib.11. Soc.consil.92.col.7.lib. 1.& tradit Cor.in suis sing. in verbo lucrum. Non obstãt modo alleg.in oppositum.nam text.in d.l.fi. loquitur de vsuris quæ odiosæ sunt & restringendæ ac prohibitæ.c.super eo.& c.consuluit de vsur.l.1. vbi omnes scriben.notãt supra de summa trinit.nos loquimur de interesse quod licitum est, & omni iure permissum etiã in foro conscientiæ, vt per Abba.& alios in d.c.cum vend.Bal.& Sal.in l.2. C.de vsu.Bal.supra in 1.col.dum opponit ꝙ vsuræ differunt ab interesse tanquam determinatum ab indeterminato præstaturq́; vsura etiã sine mora, interesse verò propter debitoris moram differenteque solutionem debitore inuito creditore, vt per summam Angel. in verbo vsura, el 1.ver.15.cum seq.& per Caiet.melius in summula in verbo vsura exterior in secũdo nota.ver.4. casus est, nec in vsuris attenditur an quis sit solitus negociari vel non sicuti in interesse lucri cessantis, sed indistinctè currebant, cum damno & iactura proximi: Ita ꝙ apparet manifestam esse differentiam inter interesse & vsuras. Ad decisionem Decij in d.c.cum vend. responde ꝙ loquitur in diuersis terminis, videlicet in petenti interesse eiusdem rei bis & cõsequenter in volente duas moturas (vt vulgo dicitur) ex eodem sacco frumenti quod est prohibitum arg.l.bona fides non patitur.ff.de regu.iur.non autem in petente vnum interesse ex alio quod esset verè sors. & si Dec.aliter sentiret malè quidem sentiret.

Vltimò non obstat quod de infinitate circa interesse euitanda per hanc l.dicebatur quia ut supra dixi negari

potest

potest dictus excessus in infinitum, & licet multum cre-
scat, imputandũ est moroso, loquitur hæc lex de interes-
se, quod per inextricabiles & Chymericos circuitus, ac
somnia vigilantium in infinitum deducebatur, vt in supe
rioribus dictum fuit post gl Raym. & Soc. nã de isto in-
teresse q realiter est, & per creditorem perceptum fuis-
set si eius pecunias habuisset, & negociari potuisset, imo
istud hic permittitur maximè in casibus incertis, & ita vi
di sæpe obtentum, & per Senatum Illustrissimi Ducis no
stri iudicatum pſertim in causa Ghignorum de cherio &
Scarallæ ciuis & mercatoris Sauonæ contra Garexium ex
Marchionibus Ceuę, in quo negocio. Mcc. aurei vel circa
lapsu anno. 25. vel circa ad rationem decem pro centena-
rio sicuti per alios mercatores suum interesse consistere
probauerat, respectu lucri cessantis computato etiam in-
teresse alterius interesse ascenderunt ad summam. 24. mi-
lium scutorum cum expensis: id tñ rigorem præse fert,
ideo in prædictis causis vix executio iudicatorum haberi
potuit. & illa causa Scarallæ fuerat tandem mihi, & alteri
magno viro per principem & partes cõmissa ac remissa
sine debito terminanda, tam de iure quam amicabili cõ-
positione. eramusque concordes & in opinione reducen
di prædictum interesse ad honestam summam mitigan-
do rem, sed propter bellorum angustias superuenientes
rem reliquimus indecisam, inuenio modo quòd subtilis
doct. Rui. in consi. 55. col. pen. & fi. lib. 2. in terminis ter-
minantibus in alia tamen causa oppositum cõsuluit, mo
tus quia accessio accessionis non permittitur. d. l. fi. C. de
vsur. & l. placuit. ff. eo. tit. & sic quum dictum interesse ve-
niat accessoriè, non vt sors debetur. secus dicit quãdo pri
mum interesse non deberetur accessoriè ad aliud interes-
se, sed principaliter & vti sors. per l. socium qui in eo prin.
cum gloss. ff. pro so quæ opinio, vt ex prædictis apparet,
reijcienda est, quia dictum primum interesse quo ad pe-
tentem sors est, & vt dixi eadem est ratio debendi aliud
interesse ex illo post morã quæ in sorte principali vt pro-
batum fuit supra: ideò &c. & allega. per ipsum Ruin. lo-
quuntur in materia vsurarum pœnali & odiosa, non in
materia interesse liciti, & omni iure permissi, ita quod ex
diuersis malè argumentatur, & inde inferendo perperam
consuluit. Practica vero liquidandi & taxãdi prædictum
interesse cum interesse alterius interesse lapsis puta pluri-
bus annis quibus venit præstãdum, erit, si debes mihi cẽ-
tum, exempli gratia. quę annis decem indebitè retinuisti,
ita quòd ex illis negociari, & lucrari ob tuam moram
prout de alijs meis pecunijs non potui, eris mihi obliga-
tus ad interesse, ad decem puta pro centenario singulis
annis vt dictum est. 1. anno constituet calculator se debi-
torem meum in 110. pro principali & interesse lucri ces-
santis quod est de decem, pro. 2. anno in 121. quia dicta
summa producit pro interesse vndecim pro 3. in 133. ac
decima parte alterius quum quantitas prædictorum scu-
torum. 121. tertio anno pariat pro interesse lucri cessan-
tis. 12. & decimam partem alterius rectè supputãdo & sic
48 de reliquis. Quarta dubitatio † an distinctio supra facta
inter solitum & non-solitum negociari debeat similiter
fieri vbi agitur de interesse damni emergentis videbatur
quòd sic per l. istam æquiparantem interesse damni emer
gentis & lucri cessantis dicta in vno ad aliud extẽdendo,
sed contrarium consuluit Alex. in consi. 31. col. 3. lib. 6. &
rectè quum lucri & damni dispar sit ratio l. iuris ignoran
tia. l. 2. ff. de iu. & fac. igno. ideo interesse damni emergen-
tis indistinctè debetur non habita consideratione vtrum
solitus esset negociari vel non, quæ opinio clarè probatur
in l. proinde & in l. inde neratius. ff. ad l. aquil. & per gene-
ralitatem l. nostræ in princ. Non obstat extensio de qua
supra. nam ampliatio fit de isto interesse lucri cessantis ad
interesse damni emergentis, & quicquid olim esset, hodie
indistinctè habeatur ratio istius interesse lucri cessantis
in solito negociari prout olim indistinctè habebatur ra-
tio interesse damni emergentis, non quod omnino æqui
parentur: absurdum enim esset & contra. d. l. iuris igno-
rantia & alia infinita. Practicam autem probandi & iu-
stificandi petitionem interesse damni emergentis tradit.
49 Alex. lib. 5. consi. 141. Quinta dubitatio † an quemadmo
dum solitus negociari, omni iure humano diuinoque in-
teresse lucri cessantis petere potest, cõuenire pariter pos-
sit à principio de certa q̃titate pro suo interesse, illud ad
tũc ex tunc taxando confitendo, ex nunc prout ex nunc
tanti interesse creditoris: non. n. valet nec est licita dicta
taxatio interesse à principio, quia emanauit inter perso-
nas prohibitas, ideò suspecta est de vsuraria prauitate vt
per Bal. & Mod. in l. rogasti in § si tibi. ff. si cert. pet. Anch.
Alex. Dec. Cur. & Caieta. in locis supra alleg. Ias. & Mode.
in l. cunctos populos aliquibus modis restringentes supra
de sum. trinita. ideo dicta quantitas à principio taxata, &
permissa peti non potest secundum præfatos scriben. ac
Io. And. & alios in c. salubriter de vsur. vbi in fortioribus
50 terminis concludunt † q nec maritus pro oneribus ma-
trimonij certam quantitatem stipulari potest annis sin-
gulis pro interesse suo, nec mulier solu. matr. nisi statuta,
vel consuetudo loci aliter disponerent vt etiam per Bald.
nouel. in tractatu dotis in 7. parte. 3. speciali. Ias. in d. l. cun
ctos populos car. 3. & Mod. de Fano. in tract. de pigno. in
5. parte in pe. & vlt. col. Dec. in d. l. vnica col. 11. Iasius tra-
dit post alios Pari in consi. 126. lib. 1. & 64. lib. 4. vbi con-
suluit valere statutum ac consuetudinem disponẽtia q
interesse dotium soluatur ad honestam rationem. 7. puta
per centenario pro supportandis oneribus matrimonij,
& augmento dotis, & mulierem solu. mat. licite recipere
pro alimentis dictum interesse virtute talis statuti vel con
suetudinis, quia tale interusurium loco alimẽtorum suc-
cedit, & quod respicit potius dotem quàm personam mu
lieris, ideo cedi posse & licitè in cessionarium transire vt
ibi per eum. aliter tamen dicunt Mod. de Fa. loco præall.
51 vide quæ scripsi in l. curabit supra de act. empt. † aduerte
tamen, q secundum conditiones & qualitates persona-
rum ex dubio euẽtu videtur posse taxari aliquam partem
lucri honesti arbitrio boni viri, quando est verisimile ita
communiter videntur concludere theolog. Thom. Ang.
& Caieta. in locis præalle. Alexan. in d. consi. 200. & Dec. in
cons. 111. col. fi. & sine dubio licet illicita fuisset taxatio à
principio quando probaretur interesse peti posset, & su-
stineretur cõuentio secundum Bal. & Mod. in d. § si tibi
Alex. in d. consi. 200. & Dec. cons. 322. cessat enim tunc si-
nistra vsurariæ prauitatis suspitio, quum præsumptio ce-
dat veritati l. diuus ff. de in integ. resti. estq; recompẽsatio
quędam damni adeo fauorabilis, & etiã hodie omni iure
vsque ad concurrentem damni quantitatem vsurę licitæ,
& permissæ sunt: quum sit q̃dam damni recompensatio
potiusquam vsura, vt post alios tradit Dec. in l. petẽs col.
7. supra de pact. & maximè quãdo debiti per creditorem
non esset data dilatio ad soluendum, sed conuentũ prout
in casu nostro de percipiendo fructus talis loci donec de-
bitor summã pecuniarum debitam retineret vt post Pau.
de Eleaza. & Cald. tradit. Soc. in consi. 88. in 4. dist. lib. 4. &
52 compater meus Alex. in consi. 108. ad fin. † Sexta dubita-
tio, quia procedunt prædicta in lucro proueniente ex ne
gociatione extra rem, vtrum præmissa distinctio de soli-
to negociari, adhiberi pariter debeat in lucro ex re ipsa
immediatè descendente, vel in lucro ipsius rei de quo. in
§. cum per vendi. dicas q quum ratio indistinctè talis lu-
cri non habeatur vt declarat ratio Ias. in l. 3. in §. fin. circa
finem. ff. de eo quod cert. loc. nam 1. casu iniquum esset si
tu qui fuisti causa vt amitterem lucrum illud immediatè
procedens ad interesse non obligareris. in 2. quia nisi ha-
beretur ratio quanti plurimi minus dares, quàm in con-
tractu, vel in obligatione deuenerit vt supra dixi.

53 Septima dubitatio † si probatum fuerit interesse, sed
non præcisè quantum intersit, an iudex debeat absolue-
re vel condemnare conuentum, videtur quod absoluere
per text. in §. curare institu. de actio. & tradita per Paul.
de Cast.

de Caſ.in conſ.377.col.fi.cõtrarium verius eſt, quia quũ actor intentionem ſuã probauerit,videlicet ſua intereſſe, debet vincere,& deinde fiet liquidatio intereſſe in executione.l.2.cum ibi not.per Bar.Bald.& alios ſupra tit 1.& diximus circa continuationem rub.& §.curare procedit vbi in proceſſu facta erat proſecutio & ſpecificatio intereſſe petiti vt ibi p ſcriben. & ita ſeruatur in practica. Præ- 54 tereà quando probatum eſt intereſſe † ſed nõ quantitas, poteſt ipſe iudex æſtimare & condemnare argu.text.not. in l.ſi quod ex pamphila.ff.de lega.2.cum ibi not.per Bar. & doc.& per Bar.ĩ ad fi.commenti & in duobus not.caſibus tradit Corn.in conſi.256.col.fin.& in conſi.318. ad fin.in 4.vol.& Raph.comen.in conſil.102.ad fi.vbi ponit ꝙ probatis melioramentis licet non eſſet probata certa quantitas iudex debebat æſtimare per ſuam ſubtilitatem vt hic dicitur vel ſaltem dare retentionem pro melioramentis poſteà in executione liquidandis per.d.l.ſi qđ ex 55 pamphila. Promittens autem intereſſe † ſimpliciter & indeterminatè, verè & propriè promittit quãtitatem illam quæ probabitur, quia illud quod per rationem ad aliud habet verè proprieq; intelligitur Bal.conſ.338.lib.2.Dec. in conſi.389.col.fin.& 489.etiam col.vlt.

Pro complemento materiæ tres notabiles ſubtiles & difficillimi articuli diſcutiẽdi ſunt, primus eſt ad qđ ſimplum habeatur reſpectus in faciẽda duplicatione de qua 56 in hac.l.pro intereſſe debito,† an ad ſimplum pretij conuenti, aut ad ſimplum pretij communis, ſicque quod ſit ſimplum quod duplicandum venit conuentum ne pretium an commune.

Secundus verum hæc lex dum inquit id quod intereſt non poſſe excedere q̃titatem dupli,intelligi debeat de intereſſe ſingulari qui non poſsit excedere duplũ vel de cõi. Tertio quomodo intelligi debeat iſte text. in illis verbis in caſibus qui habent certam quantitatem vel naturam.

Redeundo ad primum:ſcriben.multum variant,gl.ſuper verbo dupli,adeò obſcurè locuta eſt vt quod voluerit dicere vix poſsit intelligi.Bart.hic in 3. col. intellexit glo. vno modo vt dicere voluerit ꝙ vbi reperitur intereſſe cõmune tunc non poſsit excedere duplum huius cõis intereſſe nec eo caſu curetur de conuento quia illud poteſt excedere, ſed vbi non reperitur intereſſe commune, ſed conuentum, tunc non poſsit excedere duplum intereſſe conuenti,Curt.hic col.20.declarat verba Bart. vt intelligi debeant,non reperiri commune intereſſe quando non eſt probatum,ſed iſta omnia verbis glo.non conſonant,neq; ex verbis ipſius gl.colliguntur. Bal.hic in 3. col. & Saly.in 7.in 13.oppo.intelligunt glo.velle duplicare quod maius eſt,ſiue ſit commune, ſiue ſit conuentum: mihi videtur ꝙ gl.contrarium velit dum inquit,tu dic nec vnum, nec aliud,quod plus eſt excedit duplum,ſicq; attendi velit qđ minus eſt in duplicando,ſiue ſit minus in communi ſiue 57 in conuento.† quicquid ſit de intentione glo. videamus de veritate articuli,operæ pretium eſt ingenij vires oſtendere,hic eſt articulus neceſſarius ꝓ declaratione.ll.& materiæ & eſt vnus de principalibus art.qui examinandi ſint hic.Iac.de Ra.& Soz.hic relati per Dec.in 10.col.quidam alij tenuerũt fieri duplicationem communis pretij,vt hic per eos, ſed Placen. antiquus gloſſator conuentum duplicandum eſſe, non commune intellexit,vt ſi ſtichum vendidi pro decem,vel domum pro.10.locaui,inde rem venditam vel locatam nolo tradere, intereſſe duplum pretij conuenti,& ſic viginti excedere nequeat,quaſi noluerint partes dari tantum exceſſum,vel tolerari, attenta expreſſione & taxatione pretij à partibus facta,quaſi noluerint intereſſe in infinitum excedere arg.d.l.Titius in §.fi.cum l.ſeq.ff.de act.emp. & hũc intellectum ſequuntur hic Sal. col.7.Curt.10 Deci.10.& Moder.Mediol.col.9. dicentes hãc opinionem ferè communem eſſe, ego proculdubio communem eſſe dico,quum illam teneãt Placen. gloſſator.Saly.Dec.Cur.& Alcia.imò dico eſſe veriſsimam, & expreſſe probari per hunc text.nam primò dixit Imperator ꝙ in omnibus caſibus qui incertam quantitatem, vel naturam habent,veluti in venditionibus loquatur,retento eodem themate,& ſic de illa certa quantitate conuenta de qua.§.proximè dixerat, apparet clariſsimè determinare ꝙ intereſſe hoc excedere non poſsit duplum illius certæ quantitatis conuentæ.ergo intelligit de pretio conuento,non de alio etiam ex vulgatiſsima regula ꝙ præcedentia declarant ſequẽtia, & in illa magis influunt quàm è contrariò.l.quiſquis cum not.per Bart.ff.de leg.3.refertur igitur illud duplum ad quantitatem conuentam, ſecundum quam incõtinenti fieri poterit duplicatio intereſſe, per quam quidem conuentionem ſeu quantitatem cõuentam,cenſetur à communi intereſſe receſsiſſe.debet itaq; fieri duplicatio dictæ quantitatis conuentæ, de qua partes per expreſsionem intellexere per hoc à communi recedentes.l.ſemper in ſtipulationibus ff.de reg.iur.& ſic in primis quod actum eſt & conuentum attendatur, meliusq; ibi hoc probatur quàm in alijs per Dec.in loco ſta- 58 tim citando alleg. Deueniendo † ad ſecundum art.gl.hic in pluribus locis Bart.in 3.& 9.col.Sozin. & communiter ſcrib.vt ibi dicunt Curt.col.16.& 17.& Deci.in glo.ſuper verbo quantitate & ſuper verbo naturam, & ſuper verbo duplici.col.2.& pen.tenent hanc.l.intelligi debere de intereſſe ſingulari: quia commune peti poteſt in totum & ꝙ excedat duplum pretij conuenti.l.ſi ſterilis.§.cum per vẽditorem.ff.de actio. empto. ergo de illo non loquitur, nec de conuento vt de ſe clarè patet. ſequitur itaq; de neceſsitate vt loquatur & intelligatur de ſing.

Sed contrariam opi.ꝙ iſta lex intelligatur & loquatur de communi intereſſe tenent Deci. & Cur.in locis præallegatis. quia loquitur generaliter in omnibus caſibus & contractibus certam quantitatem habentibus,ergo generaliter intelligi debet,etiam ꝙ maior ratio eſſet in vno caſu quàm in alio.l.in fraudem in fin.ff.de mili.teſt. cũ alijs alleg.hic per Dec.& Curt. vt per eos reſpondentes ad iura ſupra pro communi alleg.vt per Deci.in penult.col.ex quo inferunt vnum in practica ſingulari & notãdum ſecundum eos quòd intereſſe quanti plurimi non poterit duplum pretij conuenti excedere, intereſſe autem rei in contrarium deductæ capiendo intereſſe pro communi æſtimatione in totum præſtari debet,quia ſuccedit in locum ipſius rei ſecundum Deci. vnde ſicut res vendita in totum debetur, eodem modo communis rei æſtimatio. ſecus in æſtimatione quanti plurimi quæ aliquo exceſſu diſtat ad iſta communi æſtimatione rei ſecundum Deci. & malè vt ſtatim oſtendam. † Non eſt igitur à commu- 59 ni opin. de qua ſuprà recedendum maximè per text. ineuitabilem in dict.§. cum per venditorem vbi non tradẽs vinum venditum tenetur ad intereſſe ſeu æſtimationem quanti plurimi,quæ dicitur communis æſtimatio à tempore moræ, quod quidem intereſſe facile poteſt excedere duplum intereſſe conuenti, vt etiam probatur in §. fina.dict. leg. ratio & reſponſ. gloſſ. & ipſorum ad illum text. dummodò intereſſe duplum non excedat, eſt diuinatiua, imò expreſsè contra illum textum ibi omnem vtilitatem emptoris in æſtimationem venire: & ꝙ ille tex. loquatur, de cõi non autẽ de ſingulari intereſſe vt aliqui dicere voluere tenent Deci.& Cur.& plenius probat Sozi.ĩ.in rub.in 8.col.cum ſequen.dicens deberi commune appellari, quia tempore quo plus valuit,cuilibet tantum communiter valuiſſet, & quia illud argumentum fuit intrinſecum ad ipſam rem nec erat quid diuerſum,nam totum pretium rei quantumcunque fuerit rem ipſam vniformiter reſpiciebat vt voluit etiam Dec.hic in 9.col.Recta igitur ratione tale intereſſe quanti plurimi commune dici debet,quia etiam communi & ęquali ratione tãtum inter fuiſſet cuiuſlibet, cui in ſoluendo facta fuiſſet mora immediate eoque ipſo quòd mora facta fuiſſet quo caſu commune dicitur vt poſt Cyn. & Petr. de bella pertica tradit hic Deci.in vltim.col. imò hoc voluit Barto. in 4.colu. & in æſtimatione quanti plurimi hoc clarè voluit

Bald.hic in 5.col.in 4.oppo.ex quibus clarè patet ill. text. malè per præfatos restringi quando æstimatio quanti plurimi est.j.duplum: quod aliter ostẽdo,† nã tale interesse & æstimatio quanti plurimi in locum vini reique in contractum deductæ succedit.vnde sicut res vẽdita in totum debetur, eodem modo tale interesse & æstimatio quanti plurimi in totum debetur,præstarioq; debet: quia vt dictũ est subrogatur in locum rei in contractum deductæ. & subrogatum debet sapere naturã eius in cuius locum subrogatur.l.si eum.§.qui iniuriã.ff.si quis cau.Deci. hic col. 9.Alex.Dec.& alij.& in l.vinum.ff.si cer.pet. concludẽtes quidquid hic dixerit Dec.ꝙ æstimatio quanti plurimi iuris interpretatione rem ipsam repræsentare videtur, quũ veniat loco ipsius rei.d.§.cum per venditorem, & sic interesse intrà rem seu dicta æstimatio quãti plurimi venit à causa intrinseca vt probatur in d.§. cum per ven. ibi in æstimationem venit quę circa rem cõsistit.neque.n.si potuit ex vino.puta negotiari & lucrum facere id æstimandum est, quia tale interesse venit à causa extrinseca, sed ęstimatio ipsa quanti plurimi à causa intrinseca & cohęret rei vt in simili dicitur in l.perinde.ff.ad l. Aquil.

Nec est cundum † per argum.quum de hoc sit tex.clarus in d.§.cum per venditorem ibi omnis vtilitas emptoris in æstimationem venit,quæ modo circa ipsam rẽ consistit.si ad duplum pretij conuenti restringeretur, non veniret in æstimationem omnis vtilitas ipsius emptoris, ergo ad duplum restringi non debet. Prætereà si eo modo fieret minus pręstaretur quàm venditum promissumque fuerit,qđ nõ est dicẽdum, ideò &c.ꝙ autem minus præstaretur probat tex.ipsius.§.cum per vẽdito.ad fi.ibi, nec enim maior fit obligatio, & tardius agitur quamuis ęstimatio crescat,quia siue datum esset hoc haberet emptor, siue non, quia saltem hodie dandum est quod iam olim dari oportuit, & consequenter nisi æstimatio quanti plurimi in totum daretur, etiam ꝙ excesserit duplum pretij conuenti minus haberet emptor quàm emerit quod nõ est dicendum. Prædicta opinio † ꝙ ista lex de singulari interesse loquatur, pòt confirmari quia in casibus qui nõ habent certã quantitatem vel naturam de quibus loquitur iste tex.in versi.in alijs autem quemadmodum si pro me Romam ire promisisses impossibile est ibi esse commune interesse,quia non tantũ interest cuiuslibet ire Romam propter diuersas circunstantias, & varia accidentia factorum,& contrahentium.nã ob aliquam causam mea poterit multum interesse. & tanti alterius non intererit ex quo datur intelligi.l.hanc loqui de singulari interesse. Non obstant modo adducta in contrarium p Deci. Cur. & alios,& primò non refragatur, ꝙ lex nostra loquatur generaliter in omnibus casibus,& contractibus, quia imò dico ꝙ ex quo commune, vt probaui excedere potest duplum de necessitate restringitur,& distinguitur,& declaratur vt non loquatur de communi sed de singulari, eo maximè ꝙ casus qui hic subiunguntur de incertis est de singulari interesse,ergo declaratur lex.vt de singulari loquatur non de communi, quia præcedentia declarantur per sequentia.l.si seruus plurium in fin.ff.de leg.1. & vna pars legis declaratur per aliam.l. ..vbi Soz.nota.ff.de reb.dub. facit.l.sciendum cum no.ff.qui satisd. cog. & lex. nam & posteriores.ff.de legibus. Ad secundum motiuum Curtij in ver.2.moueor de.l.si seruum. & l.pretia rerum resp.secundum ipsummet. .in 18.col.ad fin.ꝙ loquuntur de interesse affectionis singularis quod non inspicitur,secus in singulari cõtinente vtilitatem singularem vt hic per Bar. in 6.col.in versi.iuxta hoc quæro,Salyc.antepen.& etiam per alios scribentes vel aliter ad illa iura responderi pòt. vt per Deci.infra ad fin.commenti. Tertium tolli potest vt primum quia etsi lex ista generaliter loquatur restringi tamen & declarari potest per alias,& per sequẽtia. Ad quartum motiuum Curtij, & Decij respondeo verum nõ esse assignari effectualiter in hoc tex.rationem ꝙ ex parte soluẽtis interesse dicatur pœna, sed Imperator hic causam arctationis interesse per eum factæ, assignat, quia similiter pœnæ sunt à iure contractæ,& restrictæ, non aũt dicit ꝙ ex parte soluentis interesse dicatur pœna, & ratio ac causa ad limites, & terminos.l.de interesse singulari loquentis restringi debet & intelligi. Ad quintum respondeo quòd licet in obligation. faciendi liberetur quis præstando interesse.l.stipul. non diuiduntur vers.sic. celsus.ff. de verbo.obliga.non proptereà redderetur elusorius vers. in alijs tamen casibus. videbatur enim quòd non posset duplum transcendere.& tamen oppo.dicit. & consequenter Imperator à regula excipit hos casus, qui non habent certam quantitatem vel naturam, dicens quòd tunc singulare interesse non arctatur dictis finibus. sed in totum præstari debet.† Ad sextum respon. ꝙ imo in contractu locationis cadit singulare interesse affectionis, & vtilitatis, exempli gratia si conduxi apothecam vel domum in ciuitate in loco vbi solebam h[illegible]are & commorari, ad quem locum homines habebant consuetudinem veniendi,& forte libentius vel commodius, vti ad mercatorem, vel aduocatum, istud est singulare interesse etiam vtilitatis, quia cuiuslibet qui non esset in eadem causa tanti interesse non potest.Ad vltimum de.§. fin.l.3.ff.de eo quod cert.loco quod sit ibi speciale.vt interesse posit duplum excedere respon.vt hic per Deci.in 3.col.in versicu.2.non obstat tex.† Ex quibus patet quicquid Dec.& Curt.dixerint, ꝙ interesse quanti plurimi non potest excedere duplum pretij conuenti, quod procedit etiam in ęstimatione quanti plurimi rarissima siue est de raro contingentibus,quia odio morosi illa pariter debetur secũdum Alex. quem tandem hic sequitur Curt.in 17.col.& est communis opinio quicquid Dec. dicat vt latius per ipsum Cur.& alios Moder.in l.vinum.ff.si cert.pet.& Deci.in l.secunda in vlum.char.de rescind.vend.& probatur ineuitabiliter in d.§.cum per venditorem ibi omnis vtilitas in æstimationem venit;& etiam in fine ponderando vt supra ponderaui. Limitatur prædicta conclusio † de singulari interesse ꝙ non potest excedere duplum pretij, vt non procedat in casu.dict.l.Iulia. in princip.ff.de actio. empt. quũ domus in qua singularis cadebat affectio,& vtilitas, sicq; singulare. interesse, propter vicinitatem horti vel alium respectum ob tignum vitiosum fuisset destructa,quia peti posset dictum singulare interesse etiam vltra duplum pretij conuenti.vt ibi,& per Cur.hic col.17.post Cyn.sed est ibi speciale propter dolum, & culpam tradentis tignũ vitiosum, vt ad omnia detrimenta secuta teneatur vt ibi dicitur & voluit Deci. infra in penulti.columm. & prius Bald. hic in 5.colum.in 5.opposi. dicens fuisse ibi culpam commissionis quæ maior est quàm culpa omissionis argu.leg.si mora cum ibi not.ff.solu.matr.iste est verus sensus illius text.licet Curt.hic. in 9.column. dubitauerit de prædicta decisione Bald. Quum igitur ista lex loquatur de interesse singulari, quod non potest excedere duplum pretij conuenti † & loquatur de venditionibus cadit not.dubitatio vtrum in casu euictionis rei venditæ interesse posit excedere duplum pretij conuenti. Pro veritate, & clariori discussione articuli considerãdi sunt aliqui casus secundum Curt.hic column.18. licet enim gloss. in l.prima in verbo interest in fine.ff.de actio. empto.per illum tex. speciale esse dicat in ea actione.vt ad singularem vtilitatem interesse referatur.quum aliàs commune tantum inspiciatur.l. si seruum.ff.ad l.Aquil.& l. pretia rerũ. ff.ad l.Falcid.tamen gloss.illa reprobatur per Dec.hic col. penulti. vbi Curt. 10.& 18. & vltra ea quæ præfati dicunt confunditur per hanc.l.in exemplis positis quæ non restringunt: & iura super quibus glo.se fundat in prædicta. l.si seruum, & l.pretia rerum loquuntur de singulari interesse affectionis † cuius ratio in iure non habetur.& in contractu emptio.& vendit.prout in dict.l.pretia rerum optimè probatur. secus si sit affectionis & vtilitatis simul vt per Barto.hic in sexta columna in versiculo iuxta hoc quæro Salyce. columna antepenultima in principio,

So-

S zi.§.in rub.& Paul.de Castr.in d.l.1.vbi dicit ꝙ si istud singulare interesse contineat commodum pecuniariũ venit totum, etiam ꝙ excedat duplum quod est contra pdicta,& contra illum tex.& alleg.ibi per eum maximè gl. magna.d.l.Iulia.ad fi. expresse loquitur de communi nõ de singulari,& de prædicto interesse singulari affectionis & vtilitatis loqui potest tex.prędictę.l.1.quamuis Cur. hic col.2.aliter ad illum tex.respondeat.pręterea interesse singulare regulariter non potest excedere duplum ptij conuenti, vt in superioribus visum est, sed in contractu emptionis & vend.pretia rerum æstimantur quanti res communiter omnibus valent.d.l.pretia rerum, ideo regulariter venit commune interesse non singulare,vt per Dec.in pen.col.quod quidem commune in totum peti potest vt dictum est: & sic etiam quod excedat duplum conuenti. singulare verò non potest excedere regulariter duplum pretij conuenti: & exemplificari potest quando caderet in re euicta singularis affectio considerabilis propter vtilitatem aliquam circa rem emptam vt in libro apostillato sicuti exemplificat hic Bar.col.4.& vlti.Saly.col.antep. & Curt.18.isto casu veniret singulare interesse, quod tamen non posset excedere duplum pretij conuenti iuxta in superioribus conclusa, ita ꝙ primus casus cõsideratus per Curt.caret omni probabili dubio.& consequẽter lex nostra quæ loquitur de singulari interesse, vt diximus, inquantum mẽtionem facit, & exemplificat in venditionibus intelligenda & restringenda videbatur † quando caderet singularis affectio,aliàs non attenderetur singulare, sed commune qđ totum petitur,vt diximus, & esset magna restrictio ad hunc tex. vt confunderetur exemplum, glo.de decem cadis olei venditis, circa quos non caderet affectio, & consequenter non posset cõsiderari pdictum singulare affectionis,sed esset considerandum cõe:sed generalius intelligendo videri potest ꝙ licet nõ cadat in dictis quantitatibus & olei singulare interesse affectionis, pôt tamen cadere singulare interesse vtilitatis.vt in casu.l. nummis in fi.ff.de in litem iurando vt post Cy.voluit hic Deci.in 8.col.in vers.sed Cyn.respon.& in vlt.col. vel etiã interesse vtilitatis intrinsecæ licet consistat in affectione puta si mihi dedisses istos decẽ aureos,vel cados olei emissem cum illis vel ex illis domum mihi contiguam quę alteri vendita est, ob quod peto singulare interesse meum vltra decem ratione continuationis ad meam, & ratione indigẽtiæ habitationis meę vt hic per Salyc.col.4.in quinta oppositione. Sed quid † si quis scienter vẽdiderit mihi alienos libros quos inde apostillaui,illisq; mentem & animum applicui, ita ꝙ mea interest in quadruplo illos non restituere, an illo casu singulare interesse duplum pretij conuenti poterit excedere.Cur.hic col.19. videtur tenere ꝙ non per tex.l. Titius.§.fi.cum.l.sequenti.ff.de act. emp. nec obstat.l.Iulia.quia loquitur in tradente rem vitiosam qui plus deliquit, quàm rem alienam vendens. Ego contrarium verius esse puto quãdo venditio facta fuisset doctori vel scholari,quem verisimiliter excogitare potuisset apostillaturum,& inde propter euictionem magnum interesse,& damnum passurum: itaque ratio.d.l.Iulia.bene facit,imò & d.l.Titius in fi.ibi non sit cogitatum,quia in proposito casu hoc potuit debuitque cogitare venditor posse euenire,facit quod hic in pen.col. scribit Dec.ad d. l.Iulia.ꝙ ibi ideò venit illud damnum,quia erat verisimile,& de eo potuit,ac debuit venditor cogitare:ergo pariter,& hoc casu,;& sic.§ fi.d.l.Titius potius facit pro, quã contra, & si aliunde, vt in superioribus dixi supra in illo text.concurrebant ex quibus limitatio illa ad duplum ex æquitate facta ibi fuit. Item id quod diximus in cõtractu vendi.† non venire singulare interesse, procedit in mora simplici,vel quando sequeretur euictio,secus vbi vẽditor iussum iudicis expectaret,& in contumaciam cõuenti ad iuramentum in litem deueniretur, iuxta.l.qui restituere ff.de rei vẽdi.quia tunc per accidens veniret singulare interesse. vt hic per Deci.in penultim.column. & Curt.16. Secundus casus consideratus per Cur.† quãdo æstimatio rei venditæ multum creuit propter melioramenta,in re empta per emptorem facta,ꝙ non posit peti interesse vltra duplum per d.l.Titius.in §.fi.cum.l. sequenti quia emptor pro melioramentis habet ius retentionis aduersus vendicantem rem: ideò sibi imputãdum si istam non retinet.& satis hoc casu habuisse.l.actionem ad interesse dare vsq; ad duplum tñ vt ibi,iste casus nõ procedit ita simpliciter,& indistinctè,ideò vide Pau.de Cas.in d.l.Titius col.fi.& quæ circa illũ text.in superioribus dixi, & statim dicam: facit etiam tex.l.si controuersiam.C de euic.quę vult quod si emptor per viã exceptionis pro melioramentis sibi non consuluit aduersus rem vendicãtem, ꝙ à venditore nequeat illam consequi,siue illorum ęstimationẽ, quod intelligitur de venditore ignorãte rem alienam, secus in sciente propter malam fidem. vt tradit Pau.de Ca. loco præall.per illum tex.singularem,& si factum esset pactum ne de euictione teneretur, quia adhuc contra vẽditorem poterit emptor agere ad interesse, vt per Bal.in l.si traditio.co.2.§.de ac.emp.& pariter qñ vẽditor esset ignorans quo casu non tenetur ad interesse pro melioramẽtis si emptor sibi non consuluit per viam retentionis,si factũ fuisset pactum de non opponendo euictionem secutam fuisse culpa emptoris,agi poterit contra venditorem pro melioramentis Ale.in consi.67.ad fi.in 2.vol.& considera quòd in dictis casibus quibus agi potest ad interesse tale interesse non est singulare,sed commune: ergo in totum petibile dicam in casu seq. De prædicta verò † melioramentorum materia factorum per emptorem in re aliena quomodo, & quando, ac qualiter seruari possint tradũt plenè Mod.de Fano in tractatu de pigno.fol.48. & Ias.in l.fi.§.de iure emphy. & notate diligenter casum quotidie contingentem de emente rem subiectam fideicom. conditionali, puta si hæres sine liberis masculis decesserit, ꝙ si sciuerit fideic. non recuperat melioramenta in aliena re facta nisi necessaria,sine q̃bus res perisset,secus si ignorauerit quia potest per viam excipiendi illam recuperare à vendicante tex.est no.cum gl. in verbo melioratione in §.fi.§.cõia dele.vbi Bal.Pau.& Ias.notant.& Paul.de Cast. in consi.10.col.fi.in antiquis, & dicit ibi Bal.quod si emptor vellet quãdo scienter emit fideic. supposita melioramenta abradere,& exportare non posset, quia illa perdidisset propter temeritatem suam ædificando sciẽter in re aliena,& cõsuluit Barb. consi.63.col.fi.lib.1.secus si ignoranter.& an isto casu habeat actionem ad interesse vsque ad duplum saltem contra venditorẽ, dicendum est vt per Pau.de Cas.in d.l.Titius in §.fi.cũ.l.seq.per illos tex.† Et prædicta not. sunt in actu practico contra istos pecunijs abundantes, qui paruũ faciunt ꝙ res emendę sint subiectæ fideic.propter magna, & ampla ædificia in dictis rebus constructa. vix.n.inde inuenis qui velit aut possit alienata reuocare satisfacto pro melioramentis excedẽtibus æstimationẽ rerum antea acquisitarum, ita ꝙ rebus emptis tutò potiũtur: si n.scienter fecerint illa perdũt,secus si ignorãtes fideic. Et bene nota vtilem cautelam.vt ante impensas, vel melioramenta facta intimetis eis fideicommissum data copia auctentica testamẽti, vt constituatur in mala fide & scĩa rei alienæ:tunc.n.illicitè expẽderet in alieno & melioramenta perderet pp mala fidem,& temeritatem. Circa tertium casum qñ æstimatio rei venditæ multum creuit propter temporum varietatem iuxta.l.pretia rerũ.ff.ad l.falc.† Cur.tenet ꝙ nõ possit excedere duplum ptij conuenti p text.d.l. Titius.in §.fi.cũ.l.seq.confirmando.vt hic per eum. & prius illam rõnem q̃ viuam dicit, adduxit hic Dec.in 2.col.& exinde illam resoluit in 3.ita ꝙ non est recedendũ à cõtraria opinione,q̃ cõis est, ꝙ interesse cõe in venditionibus in totum peti pot, ẽt ꝙ excedat duplum pretij conuẽti prout tenet hic gl.in verbo dupli.& Bar.col.9.in vers.aut quęris de cõmuni, Dec. col.antepe.& seq.communiter scriben.& probauimus.§. in vers.sed cadit hic notab.q.† & ad l.Titius cũ.l.seq. in.

vt per Bar.& Deci.3.no.quod est casus specialis: & si Bar. contrarius fuit in hoc puncto, melius loquitur in 9. col. eiuſ in 7.& possimus dicere q se correxit plenius loquēs, & distingues, vel etiam q in 3. col.§. loquitur tantum in casu.d l. Titius quam allega.nā doc.intelligi debet secundum.l.quam allegat.vt notissimi iuris est. Prætereà aduerte pro declaratione, & intelligētia.d.l. Titius in fi.cum.ll. seq. q ibi interesse non potest excedere duplum propter plura quæ ibi concurrebant si diligenter ponderetur ille tex.1.enim seruus ille minimo pretio venit.2.in immensum excelsit.3.mediocrium faculta tum erat vēditor: his concurrentibus verisimile non est de tanta summa à venditore fuisse cogitatū.ideò iniquum videri dicitur in tanta summa obligari venditorem:sicq; est ibi casus singularissimus in quo commune pretium non posset excedere duplum pretij conuenti rationibus prædictis: aliàs ergo secus:iste est verus intellectus illius not.tex.videtur etiam circa illum tex.malè dicere Cur.q versi. in omnibus non referatur ad legem Titius, sed ad casum proximè relatū. expressè.n.se refert ad omnia superiora ibi in omnibus tamen his casibus, & ibi omni modo teneri vbi Bart. & Pau.de Cas. notant. & excepto,i.casu cōtinente interesse singulare q non pōt excedere duplum pretij conuenti vt hac nostra.l.alij duo casus.§.non vidētur ad propositum multum facere, cum in illis verbis cōe versetur interesse, qđ pōt duplum excedere, posset tñ aliquando singulare ēt esse pp vicinitatē puta domus emptoris iuxta.l si cui fundus.ff.de leg.2.& aliqua.§.diximus in superioribus.& in illis terminis saluari posset, quod in p̄dictis casibus concludit.

76 Superest vt tertium disputemus articulū, † quomodo intelligēdus sit iste tex. in illis verbis in omnibus casibus qui habent certā quantitatem vel naturam.articulus difficillimus est. Dec.§.in gl.in verbo quantitatem,& in verbo naturam in pluribus locis super dictis gl.dicit difficultatem causari ab eo quod de singulari interesse dicūt hic scribentes.l.nostram de tali interesse loqui, intelligentes quō in quantitatibus, & debito in genere cadit affectio. & ipse tenet q loquatur de interesse communi asserens hunc esse communem & veriorem intellectū secundum quem cessabunt omnes amaritudines,vt per eum, & minus rectè,quum communis, & verior intellectus sit,q de singulari interesse.l.ista loquat vt supra ostendimus:quia igitur in quantitabus non cadit affectio.l.nummis.ff.de in litem iuran.gl intellexit de alia quantitate,puta decem cadorum olei à te empt. & pulchra quædam de hoc termino quantitatis scribit hic Bal.in 2.col.& cum prędicta

77 intelligentia, & declaratione gl.transeunt scribētes.† Sed quomodo potest cadere affectio in cadis olei certe eodē modo laborare videntur antiqui,& Mod. se plurimum in hoc torserūt circa terminum naturam.vt hic per Bart. in tribus primis col.Sal.col.4.& seq.Cur.fol.4. Dec. super gl.in verbo quantitatem, & in verbo naturam Mod.Me-

78 dio.char.2.† Communis intelligentia Doct.videtur cum Bar.vt hic per Bal.Salv.Curt.& Deci.sed obstat q de affectione hic considerata dicitur quomodo posit cadere in quantitatibus.item in specie in genere debita,quę pro veritate certa dici non potest: ideo Cur.& præfati Mod.recedunt à prędicta intelligentia:quòd tantum voluit Cur. pro eodem accipi quātitatem vel naturam non placet dictis Mod.licet de Cur.non faciant mētionem. ipsi intelligunt naturam pro natura contractus vt per eos, qui intellectus confunditur per hunc tex.in sequētibus maximè ibi dupli quantitatem minimè excedere, non enim facit amplius mentionem de natura. item per versi.in alijs autem casibus q solum ponderat incertitudinē rei in contractum vel obligationem deductæ,non autem naturam ipsius obligationis vel cōtractus. Vnde ego somnium putans quod de natura hic dicunt cōmuniter scribētes, intelligentes eo modo tex.nostrum,eo,q equus, vt puta in genere debitus certam habeat naturam, id est certos fines,& terminos à natura constitutos,extraneum & absq; non quidē est q in tali re cadat affectio hic considerata, & q fieri posit duplicatio de qua loquit Imperator:pro-

79 pterea † credo aliū esse sensum dictorum verborum, voluisseq; Imperatorē dicere q in omnibus casibus qui habent certam quantitatem vel naturam, id est qui cōtinēt certū quid quod posit statim duplicari.& sic ponitur natura pro substantia, prout etiam in l. iurisgētium in §.idē respon. cum gl.ff.de pact.& sic q continet certam quantitatem vel naturam,i.substantiam , hoc est quid certum ad quod in duplicādo posit haberi respectus,& consideratio incōtinenti.& q hoc sit verum patet,quia dum postea de duplicatione agit non facit mentionem de natura,sed solum de quantitate ibi,dupli quātitatem minimè excedere,clarius adhuc ostendit,dum etiam aduersatiuè loquendo subijcit. in alijs autem casibus qui incerti esse videntur non facit mentionem de quantitate vel natura, sed simpliciter de casibus incertis.ex quo patet q in superioribus loqui noluit solum de certis: & tota vis consistit in certitudine promissi, ita q statim posit fieri duplicatio iuxta ea quæ hic in 10.col.scribit post alios Deci. sunt ergo somnia quæ de natura naturata vel de natura cōtractus hic dicunt scriben.& quum ista lex non loquatur de cōi interesse, sed de singulari affectionis videlicet & vtilitatis,q non potest excedere duplum pretij cōuenti,oportet hūc text.restringere vbi caderet aliqua singularis affectio & vtilitas,put in casib s quos posui supra in discussione articuli an lex nostra intelligatur in cōi vel in singulari interesse in versi.ad sextum motiuum , & in versi.quia igitur. & hæc dicta sufficiant circa hunc terribilem text. quem nunquam sic enucleatum , & declaratum vidistis.

Gl.1.diuiditur in duas partes vt hic per Deci. duo sunt

80 no.& principales articuli in pręsenti materia † verum interesse,& pretium rei idem sint. & an vnicum sit interesse vel triplex,seu tres species interesse . Circa.1.concludit gl. idem esse p̄tium quod interesse Bar.hic col.5.& 6.ait pretium conuentum esse interesse conuentum, pretium cōe esse interesse commune, pretium singulare esse interesse singulare.Sozi.in rub.char.2.late disputat Dec.hic primò acquiescebat,distinctioni Bart. hoc modo ad concordiā reducendo iura quæ contraria videbantur , id quod satis sensit gloss.dum dixit triplex esse pretium rerum siue interesse quod idem ait est dicere: sequuntur hic Bald. col. & in versi.3.præmitte, & clarius Saly.dicens q quum tales respectus interesse conuenti cōmunis,& singularis nihil aliud sint quàm res per ipsos respectiuos terminos importatę.sequitur, q pretium rei & hominis interesse sint vnum & idem , & quum p̄tium rei sit triplex.l.1.ff. de ac. emp.triplex dici debet interesse,licet de his Dec.nō faciat mentionem.& si interesse respiciat rem de qua agitur, & sin rem de qua agitur regulatur,non est inconueniens q etiam pretium rei interesse dicatur.quia plerunq; si agatur de vna re puta de boue,asino,vel libro,secundum Sal. & non detur, creditoris non interest vltra valorem illius rei,& sic non erit interesse vltra pretium illius rei:ergo be-

81 ne locuta est gloss.† ex quo sequitur q si emptor ita rem ad practicam reducendo dicat peto interesse,quia res nō est tradita.& emit rem pro quinq; valentem octo,secundum communem æstimationem,q videtur octo petere, quia communis æstimatio est interesse commune secundum Bal.hic in 2.col.d centem hāc esse ipsam veritatem, quia interesse est accessio,sed illud accedit quatenus excedit conuentum,ergo &c. Deci.tamen hic in 4. col.à p̄dicta declaratione recessit,quum verum non videatur q pretium rei sit præcise interesse, sed illud videtur contingens & quod rei pretium interesse pręcise sit, hoc solum procedit in interesse conuento de pretio rei secundum Bald.vt hic per eum concludentem,q se habent,vt excedentia,& excessa, licet regulariter interesse maius sit quā pretium rei,præterquàm in interesse conuento de pretio rei per.l.si inter.C.de iure dotis,cum al.js per eum allega. Quæ consideratio confunditur per text.legis.1.ff. de act. empt.

emp.in princ.ibi.hoc.autem interesse, (interdum rei pre
82 tium † egreditur, ergo regulariter non egreditur licet ali quando sic,& quandoq; minus sit,secundũ contingentiã factorum:vnde non recedo à declaratione gl.Bar.Bal.Sal. & aliorum ꝙ interesse conuentum sit pretium, interesse cõe pretium cõe, interesse singulare pretium singulare:fa cit lex pretia rerum in prin.& in fi.ff.ad l.Falci. vbi pretiũ rei,& æstimatio rei, & cõe interesse pro eodem ponũtur, & quãuis Bal.in 7.col.in versi.3.præmitte per Deci.alleg. de conuento duntaxat loquatur,tamen in 1.col.loquitur de communi & Saly. de cõuento communi & singulari.

83 Et quando pretium commune . seu interesse cõmune æstimatur secundum causam coherentẽ,pluris est quàm pretium simpliciter cõsideratum tex.est no.cum gl. in l. qui tabulas in prin.ff.de furt.& in l.proinde.ff.ad l.Aquil.

141 Postmodum Bar. in fi. commenti. † in practica vtile, & mirabile dictum ponit, q licet interesse deductum nõ fuerit directè probatum, iudex ex officio põt de isto se informare & condemnare, vt hic p eum. Cur. hic in fine sequitur valde extollens dictum Bar. & ampliat in oĩ iudicio in quo nõ esset probatus valor & æstimatio rei de qua agebat: quia iudex ex officio de valore se informare põt, & condemnare per tex. cum ibi etiam not. per Bart. in l. si qđ ex pamphil. ff. de leg. 2. Saly. hic antep col. dicit decisionem Bar. iu sse Nicol. de mat. & Cy. & loquitur magis clarè, & iuridicè dicens propter difficultatem probationum istius interesse, q quis non esset directè probatum, iudex aũt si ex probabilibus cõiecturis hoc interesse videret, posset ex officio suo super isto interesse implorato condemnare iuribus hic per Bar. alle. in eandem sententiam concurrit Pau. de Cast. in d. l. si quod ex pamphila. vbi inquit allegatur iste tex. q licet ille qui petit interesse in termino ad probandum dato non probet eius quantitatem, nihilominus reus nõ absoluitur: sed potest implorari officiũ iudicis, vt æstimet interesse qđ regulariter non est in alijs & m doct. qđ dicit esse perpetuo notãdum idẽ dicit Ang. in l. semp in §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clã. notans ex illo tex. & seque. §. q vbi agitur ad interesse pp dolum & agẽs iurare non vult aut nõ põt, ad officiũ iudic s tũ spectare inquirere summã interesse, ad eamq; cõdemnare, verũ est q loquitur vbi agitur contra dolosum contra quẽ lex seuerius processit, vt patet ex doctrina Bar. hic. lex

142 aũt si quod ex pamphila. † male ad oppositũ vr adduci, nam ibi ille cui legatũ fuerat qđ, ex pamphila nasceretur emit pamphilã ipsam prægnantẽ, nato partu eum ab hærede ex testamento petijt tanquam ipse emisset pamphilã pluris, puta emendo propter ventrẽ plenũ, qui tamen partus ex clausula lucratiua legati, videlicet, sibi tradendus erat. petit inquam partum sibi non vt condemnaretur cõuentus ad tradendũ partum, quẽ iam pœnes se habebat, sed vt tñ consequeretur quantum puerũ deducta matris æstimatione constitisse iudex in causa legati datus æstimasset. sicque se ad æstimationem iudicis retulit, & fuit pulchra practica, & modus libellandi pro quo faciunt q scribit Ang. Are. in §. si res aliena in insti. de leg. dictum tamen Bar. hic, & in d. l. si quod ex pamphila cõiter approbatur, & est tenendum per prædicta, & quæ adduximus in tertia dubitatione super vltimo notabili quibus adde. Aret. in ca. cum causa col. 5. de testi. vbi post Abba. dicit

143 † quòd quando rei æstimatio nõ est directò in iudicio probata, si tñ iudex instrumẽtis, testibus. vel coniecturis valorem rei æstimare possit, nunquam debet reum absoluere, sed ex officio suo æstimare: & si nequeat, quia forte peritus nõ sit, vel quia coniecturæ non sint sufficientes eligat ex offic. peritos per quos vera sibi referatur æstimatio argu. l. comparationes. C. de fide instru. & c. cum matrimoni de probationibus. hãc eandẽ conclusionem sequutur Ale. & Mod. peru. in l. pretia rerum col. 8. ff. ad l. falcid. Sal. in l. si traditio in 5. q̃one supra de act. emp. & Matth. de afflict. in decisione regni. 5 ã. nam in hac materia quũ sit istud interesse difficilis probationis, vt supra dixi, iudex in procedendo, & condemnando æquitatem ante oculos habere debet † facit tex. not. ĩ l. si irruptione. ff. finiũ

144 regun. ad officium inquit iudicis de finibus cognoscentis pertinet mensores mittere: & per eos quæstiones finiũ dirimere, & re exigente locũ oculis suis subijcere, & pronunciare de quo tex. faciunt sepe doct. settum inferentes ad decisionem multarum quæstionum, vt per Bal. in con. 56. in fi. lib. 1. Pau. de Cast. in consi. 180. circa fin. in antiquis Ale. con. 116. volu. 1. & 35. co. 3. lib. 4. & in l. qui bona in §. damni col. 3. ff. de dam. infec. Cur. senior in con. 70. ĩ c. fraternitatis col. 6. de test. iudex n. laborare debet ad veritatẽ inueniendã, & illam tueri. l. 2. cũ gl. supra de edẽdo l. si. in fi. supra de proba. pulchre Pau. de Ca. in con. 191. & 303. antiquis Pet. de ancha. in consi. 191. & quemadmodum dr in c. iudicet. 3. quæstione. 7. bonus iudex sicut se habet natura decernit: & in iudicando cordi magis esse debet custodia veritatis quàm obedientia voluntatis. L.

145 quidatione verò, & declaratione † per iudicẽ facta de, & super prædicto interesse standum est in eadem causa appellatione nõ interueniente: quia pronunciatio ipsius iudicis si nõ fuerit appellatum etiam de iniusto iustum facit l. ingenuum. ff. de sta. hom. secundum Mod. perusi. loco præalle. facit l. 1. cum ibi no. per Bar. j. de relatio. sed si inique arbitratus fuisset, & declarasset, corrigeretur per iu

146 dicem appell. l. 1. cũ vul. ff. de appel. † & procedunt prædicta in æstimatione rei immobilis vel in æstimatione interesse petiti: in re verò mobili iuxta tex. d. l. si qđ ex pamphila facilius fiet re coram iudice præsentata. vt per Sal. in d. l. 2. col. antepe. C. de rescin. vend.

147 Postremò nõ impertinenter quæritur † vtrum probãti interesse singulare per vnum testem dandũ sit iuramẽtum suppletiuum, vt possit pro se sententiam reportare. Glos. nostra dum ait duos testes esse necessarios ad probandum, videtur voluisse q non, & ita clarè determinauit hic Bal. ad finem commen. sequitur simpliciter Deci. in l. quatenus. ff. de reg. iur. & in consi. 322. rationem assignat hic Bal. eo, quia in hoc genere probationis ratio testis procedit per viam industriæ non per viam sensus corporalis, ideo interesse probãdum est probatione liquida, quæ ratio & si per Curt. seniorem, & alios intra citandos tanquam pulchra & subtilis approbetur, mihi tamen nõ placet. si. n. duo testes deponentes, vt dictum fuit, plenè probant singulare interesse quare vnus omni exceptione maior non debet probare semiplenẽ? item vt locus sit iuramento suppletiuo iuxta. l. admonẽdi cum materis. ff. de iur. iu. Are. de hac. decisione Bal. non tamen per rationem prædictã dubitauit in l. nemo. col. fi. ff. de duobus reis relinquens cogitandum. Non est recedendum à decisione Bal. hic communiter à scribentibus approbata per hãc rationem, quæ videtur mihi magis concludens, q vbi veri-

148 similiter haberi possunt plures testes, † prout in probando isto singulari interesse, habenti vnum testem tantum, propter suspitionem quæ est contra ipsum producẽtem vnum testem qui sciat de re contentiosa deponere, non defertur iuramentũ suppletiuum Ale. in consi. 109. viso processu col. fi. l. 4. Cur. senior in repe. l. admonendi. col. 63. vers. 23. fallit ibi i f. fol. 27. repe. limi. 31. Mod Taur. char. pẽ. co. 3. & Mod. de ripa etiã fol. pen. col. 2. in 2. limit.

Absoluta Paduę Decimo Calẽdas Iulias. 1545 sub Regimine Magnifici & Clariss. D. Stephani Tiuisam Potestatis, & Hieronymi Zane capitanei Paduę dignis. quos post magistratum summa cum laude gestum

Venetias more maiorum suorum repetentes, propter admirabilem eorum humanitatem prudentiam, & iustitiam tota ferè vniuersitas nostra, & ciuitas illuc vsque varijs laudibus, & honoribus prosecuta fuit,

SVMMARIVM.

Plures sunt species filiorum illegitimorum nu. 1. cum seq.
Spurij cur & qui dicantur nu. 2 cum seq.
Naturales seu bastardi non sunt. l. ita adiosi vt spurij & alij

alii illegitimi. & quando ligetimentur per subsequens matrimo. 4. cum seq.

Spurij nati ex damnato & punibili coitu omni beneficio legis indigni sunt: nec filij nominandi, nec à parentibus alendi praterquàm ex aquitate canonica etiam in terris imperij seruanda. 6. cum seq.

Spurij infames sunt de facto. & quid de naturalibus, & bastardis, & an eis semiplene probantibus deferri debeat suppletiuum iuramentum. si probauerit quis intentionem suam per vnicum testem spurium vel bastardum vtrum iuramentum suppletiuum illi veniat deferendum. nume. 8. cum seq.

Natis ex furtiuo coitu, an à parte possit aliquid supra alimenta relinqui. nume. 9.

Nati ex matrimon. ad thalach, idest ad beneplacitum an sint legitimi. & an saltem possit, vt naturalibus illis relinqui, numero. 10.

Concubinatus qui olim licitus et permissus erat an sit etiam hodie concessus, & qua requirerentur ad licitum concubinatum. 110. cum seq.

Et vtrum nati ex concubina attento iure nouissimo tanquam nati ex damnato coitu repellantur á successione, numero 44.

Qui coitus sit damnatus, & punibilis l. humana, numero. 13. cum seq.

Orfic. senatusconsul. cur introductum, & cuius fuerit vtilitatis. numero. 14.

Qua mulier dici debeat illustris de qua in hac l. 15.

Oratiuncula habita ad Magnifi. & Clarissi. Dominum Sebastianum Foscarenum vniuersitatis Patauina reformatorem primum scholas intrantem. 16. cum seq.

Filius illegitimus regulariter succedit in bonis matris etiã meretricis publiceque prostituta, nisi sit ex damnato coitu vel ex illustri, & quis illi tunc succedat, numero. 20. cum seq.

Stantibus legitimis, spurij non succedunt matri Illustri, neque possunt ex vlt. voluntate vel contractu quicquam capere 23.

Limitationes ad l. n re. C. mands. 23.

Quanto nobilior est mulier, tanto magis illi incumbit obseruatio castitatis. 2 .

In legitimatione an sufficiat illegitimitatem, & spuritatem narrare, vel requiratur expressio qualitatis legitimati, & circumstantiarum, puta quod natus sit ex illustri muliere, aut ex moniali, vel ex incestu, aut quòd esset natus ex baron. vel duce. 25. cum seq.

Text. legis qui iure militari declaratur ibidem, numero. 25. cum seq.

Narrata in supplicatione iustificanda sunt per narrantem ibi in versic. & nota.

Sacerdotis filius an possit legitimari per secularem, numero 28.

Legitimatus quomodo differat à dispensato, & an pro parte possit quis legitimari. ibidem.

Clausula sine praiudicio venientium ab intestato in legitimatione apposita, quid importet, & qua sunt exprimenda in legitimatione, siue in precibus, & quomodo deducatur ista materia in practica plura de hoc ibid.

Iustinianus pudicitia & castitatis amator fuit 29.

Concubinatus licitus erat de iure ciuili, & cur tũc vitium esse à l. d. ceretur. 30.

Castitas & pudicitia maior requiritur in fœmina quàm in masculo. 31.

Quomodo hac lex qua castitatis obseruantiam tanquam pracipuum debitum requirebat in illustri muliere, postea illi concesserit posse in concubinam se alteri dare. 33.

Concubinatus legitimus non est, nisi inter solutum, & solutam, & cur matri illustri magis succedant nati ex concubinatu, quam ex furtiuo coitu. 33. cum sequen. & 40. cum seq.

In feudalibus nati ex concubina illus. non succedunt matri. numero. 35.

Vtrum hac illustris mulier esset plublica meretrix. nume 36. cum seq

Coniugato ad solutam accedente, an committatur adulterium punibile, atque possit per vxorem ad separationem thori, & repetitionem dotis. 26. cum seq.

Omne possibile admissibile est & admittendum. 38.

Filii legitimi qui ab intestato matri succedunt pariter admittuntur contra voluntatem & testamentum ipsius matris 39. cum seq.

Filij spurij illustris mulieris non succedunt matri cum legitimis, secus in naturalibus & bastardis tantum. 33. cum seq. & 40. cum seq.

Nati ex damnato coitu an intra se succedant matri. 45.

Nati ex damnato coitu an inter se succedant vel quis illis succedat. 46. cum seq.

Intellc. ad l. hac parte & ad l. si prius. ff. vnde cog. 46. & seq.

In legem si qua Illustris. C. ad orficia.

PVlchram & vtilem materiam continere demonstrauimus, quam repetijt Seuerinus sine aliqua subtilitate scribentium dicta accumulando: ideò fort asse aliquando illum non referam nec sequar.

1 Pro intelligentia legis, & materiæ quædam præmittenda sunt † in primis ꝙ illegitimorum filiorum plures sunt species, quidam dñr manzeres, vt ex scorto nati, quo vocabulo vtuntur canones & curia Romana in literis & rescriptis suis: alij nothi vt de adulterio procreati, qui ẽt adulterini nuncupantur: nonnulli incestuosi, alij nepharij, quidam sacrilegi, alij nepharij, adulterini incestuosi, & sacrilegi simul: quidam naturales seu bastardi, alij spurij, de quibus omnibus per gl. & doct. in c. nisi in §. personæ cum gl. in verbo manzeres, de renun. & per scriben. quos hic in 3. col. Seuer. refert & Lud. sard. in tracta. de legiti. fol. 3. Nicol. de vbaldis in tract. successionum ab intest. char. 1. & a. Matth. de afflic in decisione regni. 96. & Ripa in le. ex facto in §. siquis rogatus. ff. ad 2 trebel. † verum quia lex nostra in principio loquitur de spurijs, in fine de naturalibus, seu bastardis ex illustri muliere natis. sciendum est ꝙ vulgo concepti qui non habẽt patrem, vel talem habent quem demonstrare non licet dicuntur spurij quasi sine patre orti text. est. in l. vulgo. ff. de statu. ho. Seuc. hic col. 1. & Sard. loco præalle. col. 11. post alios: potest etiam dici spurius quasi sporcus, & obscenus, spurcare enim est fœdare & inquinare, l. si seruũ. 3 in §. cum eo. ff. ad l. aquil. † spurij verò dicuntur omnes qui non sunt ex legitimo matrimonio, vel ex concesso concubinatu nati, vt latè per Bar. in l. fin. col. 1. vbi Alex. in apostil. ad Bart. ff. de his quibus vt indign. Seuer. hic co. 1. & Lud. sard. loco præal. leg. qui autem dicatur concessus & legitimus concubinatus declarabimus infrà. Nati ergo ex legitimo concubinatu, & consequenter ex soluto & soluta in domo, quasi in figura matrimonij absque im-4 pedimento retenta, non dicuntur spurij † sed naturales seu bastardi vt per gl. in rub. de concubi. Azo. in summa de concubi. & communiter scriben. vt hic per Seuer. col. 2. Vbaldum loco præallega. Cor. consi. 9. col. 2. lib. 5. Ias. consi. 51. lib. 3. & Mod. in tractatu, de præsumpt. in quinta præsum. secundæ regulæ & isti naturales seu bastardi non sunt odiosi legibus, nec adeò deterioris conditionis

vt spurij

5 vt spurij & alij illegitimi de quibus supra † patet. quia spurij ex illustri muliere nati stantibus filijs legitimis & naturalibus nullo modo succedunt, vt hac l. nostra in princ. & tamen nati ex concubina illustri succedunt matri vnà cum legitimis & naturalibus, vt in fin. l. nostræ dicitur. secundo naturales legitimantur per subsequens matrimonium spurij nõ. c. tanta qui filij sint legit. ſm tamen communem vsum loquendi & æquitatem canonicam, omnis qui nascitur ex soluto & soluta licet nõ retenta in domo, sed ex furtiuo amplexu naturalis nuncupatur, & propter vim matrimonij legitimatur per subsequens matrimonium prout consuluerunt Ias. in consi. 51. lib. 2. & Dec. in consil. 155. intellige interuenientibus instrumentis dotalibus & quòd concubina non esset famula & vilis conditionis vt per Cur. in consi. 186.

6 Tertio spurij qui ex damnato coitu nati sunt † omni prorsus beneficio legis excluduntur. §. fin. in auct. quibus mo. na. effi. sui. auct. en. licet C. de naturalib. lib. & auct. en. ex complexu. C. de incest. nupt. adeo vt nec liberi sint nominandi, nec à parentibus alendi vt ibi dicitur nec parentes ab ipsis, vt per Alexan. in l. ex facto in § si quis rogatus col. 10. ff. ad treb. secus est in naturalib⁹ & bastardis quos pasci boni viri arbitrio necesse est, & succedunt tam ex testamento quàm ab inte. ſm formam in dictis iuribus datam, & existente legitima prole, filijs naturalibus vnicam vnciam tñ suæ substantię, pater relinquere, donareve potest non plus. §. ne igitur in auc. quib. mo. na. effi. sui. Alex. in l. si is qui bonis col. 1. vbi reprehendit Bart. de duabus vncijs loquentẽ. ff. de vulg. & ibi Alex. Aret. & alij ponunt de substitutione facta de prædictis personis quõ & qualiter substitat. †

7 De æquitate vero canonica etiã spurijs alimenta pstanda sunt, & filiæ danda dos loco alimentorũ. c. cum haberet in fi. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. q quidem æquitas quicquid dixerit Are. locum habet, & attenditur etiam de iure ciuili, vt ibi p Can. de qua materia, & quæ sit cautela relinquendi spurio, & an relictũ filiæ spuriæ pro dote valeat, & ea mortua reuertatur ad hæredes patris vel remaneat penes filios spuriæ plura dici possent vide Bar. in l. fi. in §. si à socero. ff. de his quę in frau. credit. & in cons. 119. Abba. in consi. 50. & 114. Aret. in consi. 48. Alex. in cõs. 74. lib. 2. & 158. vol. 7. Affli. in decisione regni. 99. Bal. no. in tract. de dote fol. 12. in speciali. 15. & 16. col. a. Iac. de S. Georg. in l. qui testamentum. ff. de proba. Ial. in l. hæreditas col. 2. C. de his quibus, vt indi. Dec. in c. in præsentia. col. 15 de proba in c. clerici. col. 1. de iudi. in c. eccl. S. Marię col. 13. de cõsti. & in cons. 150 282. 311. 402. 576. & 611. Camp. in tract. de dote in 1. parte q. 48. Ludo. Sard. in tract. de legit. fol. 4. in 4. q. Cori. in sing. in verbo spurius 2. in ci. filij spurij. Cur. Iun. in consi. 37. col. fi. Lanc. Gall. in rub. ff. de verb. ob. fol. 2. col. 1. vbi Ripa col. fi. Hercu. Peru. in l. 1. col. 6. vbi etiam per Rip. ff sol. mat & Ferracius sirixentis in sua Cantela. 41. & Ripam in repetitione l. si vnicam in 37. q. j. de reuo. donat. Parif. in consi. 9. lib. 2. & cõs. 64. lib. 3. & Vbaldum loco præalle. char. 4.

Quarto spurij ex damnato coitu nati puta ex sacerdote

8 te sunt infames infamia facti † ſm Azo. in summa. C. de infam. adeò q frater præteritus ab spurio instituto põt appellare testam remedio l. fratres. C. de inoffi. testa. vt ibi per Ias. circa fi. & in consi. suo. 71. vol. 1. volentẽ secus esse in naturali seu bastardo: sed dictum Azo. p alle. loquitur etiã de naturali. & de omni qui non est ex legit. matrimo. natus: & ideo Cur. Iun. in cons. 186. col. fi. sequens Azo. tenet d. l. fratres locum fre etiam in naturali adẽ facit Cur. Sen. in rep. l. admonẽdi. col. 2. & 3. ff. de iniur. vbi m volut ẽt spurio deferri iuramentum suppletiuum per rõnem de qua per eum, quẽ sequitur ibidem simpliciter Curt. Iun. col. pe. sed oppositum tenet ibidẽ Seueri. col. 60. in 26. fal. & in præce. fal. tenet qđ si probaui per vnũ testem spuriũ intentionem, cum sit infamis infamia facti nõ facit semi plenam probationem, adeo, q iur. suppletiuum deferri nõ debet, vt ibi per Ro. qui loquitur in bastardo, & sic in probante per vnum testem bastardum: refert. j. Seuer. in 26. col. in 6. conclusi. vbi tñ putat hoc esse relinquendum arbitrio iudicis qui ex qualitate bonorũ morum talis personæ id iudicare debebit: quę opinio mihi placet nam dictum Azo. in naturali vel bastardo non probatur iure, Imo vr contra text. in l. 3 ff. de concub. vbi reputatur talis concubinatus licitus, & extra pœnam. ſm contra legem nostram quæ admittit ad successionem matris & illustris filios naturales seu bastardos cũ legiti. & naturalibus: qđ non faceret si infames essent. & ideo in naturali vel bastardo non vendicaret sibi locum dispositio d. l. fratres

Iuxta pdicta moneo pulchrã & vtilem dubitationem,

9 † vtrum naturalibus, & bastardis ex furtiuo coitu inter solutum & solutã habito susceptis, qui legitimãtur per subsequens matrimonium, prout cõsuluerunt Ial. & Dec. supra relati, licitum sit patri aliqua bona supra alimenta relinquere. prædicta faciunt q sic quum p naturalibus habeantur quibus est licitum relinquere ſm formam auct. licet. C. de nat. lib. Oppo. verius est: quia qui sint nati ex damnato coitu, nihil sibi relinqui potest d. auct. licet, & auct. ex cõplexu. C. de incest. nup. & ita determinant Alb. de Ro. & alij antiqui. scribit Ial. in d. consil. 51. col. 1. & ita consulius indi, & obtinui. Non obstant quæ in prædictis consultationibus Ias. & Dec. tradunt, quia pcedunt vbi causa iudicari debet ſm cano. vt legitimatio per subsequens matrimonium ex validitate eiusdem matrimonij pendens: secus si causa iudicanda sit ſm iura ciuilia, p vt causa alimentorum, & prophana, vt per eosdem in dicto

10 cõsi. Sed quid † de natis ex matrimonio ad thalach. i. ad beneplacitũ de quibus hic per Seuer. in 3. col. & prius per Ang. in rub. ff. sol. ma. an illis, vt naturalibus relinqui possit: q dicti filij non sint legitimi vt per Illust. Senatum dominorum Venetorum ipsi fuisse determinatum referũt. nullum penitus dubium habet quum non sit verum matri. quod est perpetuum, & indissolubile insti. de pa. po. in prin. cum vulg. sed qõ pulchra & noua est an illis relinqui possit, & crederem q sic. vt potest relinqui naturalibus. si enim ipsis naturalibus iuridice relinqui potest, vt qa nati sunt ex cõcubina retenta in domo in figura matrimonij, fortius videtur posse relinqui prædictis, quum mater esset retenta vt vxor, & licet secundum consuetudinem loci filij legitimi non sint, ergo prædicti iudicabuntur vti naturales, quibus vt dictum est relinqui potest.

11 Secundo videndum est † vtrum concubinatus qui p leges ff orum. & C. toleratus & permissus erat. vt hac l. & in tit. de concubi. not. t. j; Bar. in l. concubi. ff. de concubi. hodie sit permissus, aut nõ reprobatus, Bar. loco præall. concludit de iure ciui i permissum. sed reprobatum de iure Cano. Barb. in c. per tuas de prob. nescit se resoluere, Seue. hic in 55. col. cum seq. concludit peccatum esse quantum ad Deum ac illicitum fore. respectu tamen pœnæ temporalis ac de iure ciui. etiam hodie pmissum, & toleratum.

Oppositum mihi videtur verius esse, quod hodie de iure ciuili sit prohibitus, illicitus, & reprobatus, ac peccatũ per text. c. 1. de fi. na. ex ma. ad morg. contracto. ibi mortua vxore non volens continere aliam ducit, & demum subijcit nolens existere in peccato eam desponsauit, præsupponit ergo concubinatum esse peccatum. & loquitur ibi lex ciuilis inducitur que ad hoc per Fel. in c. cum sit generale col. 7. de foro compe.

Item quia ex quo cano. expresse prohibent c. nemo & c. meretr. 2a. quæstio. 4. vbi dicitur in præcepto illo Exod. 20. Non mœchaberis, prohiberi omnem coitum præter vxoriũ. & in materia peccati text. l. ciuilis canoni se submittit. vt in auc. de eccle. tit. Abb. in c. vt clericorum de vita & hon. cler. Alex. col. 69. col. si. lib. 3. cum simil. hinc est quod in materia vsurarũ, & præscriptionis vbi agitur de peccato statius iuri canon. non ciui. ex quo lex canoni se subijcit. l. 1. C. de summa trini. & ca. de præscrip. cum ibidem plenè notatis: similiter in materia matrimonij. & spiritualivt per Dec. in c. eccle. S. Mariæ col. 16. de consti. sequitur

ouitur etiam de iure ciuili concubinatum censeri prohibitum: nec mirum quum existens in concubinatu dicatur luxuriosè viuere.vt per Barb.in d.ca. per illas col.4.& vitijs immergi vti dicitur in l.fi. C. de natural.lib.hoc autem hodie prohibitum est, quum lex mandet vt castè viuamus.in auct.de incest.nup.in prin.& si esset concubinarius efficeretur infamis.vt per Dec.in consil.530.ad quorum confirmationem vide summam Ang.in verbo.concubinatus. Caieta.in sua summula in verbo cócubinatus. Fel.in loco proximè allegato.

Et vt ſm iura florum,& titu.C.de concubi.licitus esset 12 concubinatus plura copulatiuè requirebantur † de quibus in l.vnica. C.de concub.in auct.licet.& in corp.vnde summitur. C.de naturali.lib.vt per Seuer.hic Sardum in præalle.tract.col.6.Ias.in preal.consi.51.& Ruinũ in cons. 119.col.3.libr.3.vbi post Ang.docet modum & practicã probãdi legitimum concubinatum. Circa quæ notandũ est,ꝙ licet ex cohabitatione masculi & fœminæ ſm leges ciuiles inter pares pſumatur matri.l.in lib.ff.de ritu nup. Cur.in l.pe.col.fi.ff.de iur.om iud. saltem qñ hodie probaretur ꝙ cohabitarunt simul tanq̃ vir & vxor:aliàs secus hodie,per tex.in §.qm in Aut.quib.mod.naturales effi.l. attamen adhuc longeua cohabitatio cum copula,et con currente quasi possessione matrimonij, & quia ꝑlati cohabitantes vocabant se coniuges,& more coniugali viuebant, & se tractabant in domo, mensa,& lecto,infertur cócubinatum esse, non matrimoniũ nisi aliud probetur, puta fama viciniæ, ꝙ tenebant,& reputabantur pro consugibus.vt per illum text.ponunt,Cano.in c.illud de præsump.& plenè consuluit Alex.lib.5.consi.150.col.3.& cós. seq.lib.5. & cósequenter de iure cano.præsumitur potius fornicatio,& stuprum q̃ matrimonium c. is qui cum gl. & ibi notat.34.d. & in illa materia vt suprà dixi stamus iuri cano.vt per Deci.in d.c.eccl. S.Mariæ col.15.& 17.& Fely.in d.c.illud col.fin.vbi notanter & pulchrè dicunt id procedere respectu ipsorum cohabitantium, vt non pſumatur matrimonium sed concubinatus ad hoc vt inducantur ad cótrahendum palàm iuxta ordinationem Ecclesiæ, nõ autem respectu ipsorum filiorum qui legitimi ꝑsumuntur iuxta tex.d.l.in libe.& ad successionem, vt legitimi veniunt, concurrentibus, videlicet alijs habilitatibus ad contrahendum matrim.iuxta l. qui testamẽto ff. de test.vt post Abb.tradit Fely.in d.c.illud col.fi.vbi dicit ꝙ ad probãdum matrimonium inter personas honestas & nõ multum dispares,s.fauore legitimationis filiorum, sufficit probare dictam cohabitationem masculi & fœminæ,arg.d.l.in libere.sed quoad ipsos simul viuentes Ca non præsumit potius fornicationem aut stuprum, vt inducantur ad contrahendum palam: intellige nisi cócurreret quasi possessio matrimonij cum fama viciniæ vt per

13 Alex.in consi.præall. Tertio videndum esset † qui coitus sit damnatus, & punibilis temporali aliqua lege,& in foro fori Doc.vario modo loquũtur, vt patet ex relatis hic per Seuer.sol.2.& 3.Ang.Arec.in §.nouissime col.fi.insti. ad officia Alex.in cons 174.lib.5.& in apostil.ad Bar.in l. si adul.in a ꝑostil.incipiente declaratione.& Deci.consil. 36. & Fel.in d.c.quum sit col.6.& 7. communiter m doc. in locis præalle.cócludunt omnem coitum excepto vxorio reprobatum ac punibilem esse pœna aliqua,ordinaria vel extraordinaria,excepto coitu cócubinario à lege permisso in quo vt diximus, multa requirunt. item excepto coitu meretricali, vt per Angel.Alex.& præal.sed ſm opinionem quam in superioribus tenuit, ꝙ sit hodie illicitus concubinatus,etiam coitus cócubinarius, erit reprobatus, & punibilis, saltem pœna extraordinaria,facit qđ no.scribit Aret.insti.de sulpe.tu.circa fin.titu.procederet autem sine dubio hæc opinio qñ in loco ex consuetudine vel ex dispositione statuti, talis coitus reprobatus esset,& punibilis.vt per Dec.in cons.306.col.2.prout est in patria Monisferrati. De meretricio coitu minus dubiũ est, quum omnes cócludant illum esse impunibilem pœna temporali & si mortale sit peccatum. quia transit sub dissimulatione.l.si ea, & l.quæ adulterio.C.de adul.Ang. in d.§.nouissimè,& Alex.in apostil.ad Bart.loco præalle. Multa.n.secundum leges humanas impunita relinquuntur quæ quantum ad diuinum iudicium peccata sunt.vt in proposito in simplici fornicatione cum meretrice secundum Tom.2.secundę.q.69.art.2.& Iacob.de S.Geor. .in tract.feu.in verb.promiserunt eidem domino.col.3.in telligendo, vt diximus de coitu simplicis fornicationis, aliàs etiam cum meretrice punibilis esset coitus, vt dictũ fuit,post alios hic in a.char. Seuer.scribit ex quibus patet labi in pluribus Alex.in consi.174.præalleg.

Quartò pro intelligentia legis nostræ præmittendum 14 esset † cur introductum fuerit senatuscõsultum orfic.de quo in titu.nostro.& cuius fuerit vtilitatis vide text.insti. ad tex.in prin.& ibidem in seq.titu.de orfic.& Pau.de Ca. in l.matri supra hoc eod.tit.

15 Quintò, & vltimo † pro intelligentia istius l.necessariũ mihi videtur inquirere,& scire, quænam dicatur mulier illustris. prima facie recurrendum videbatur ad ea quæ Doc.scribunt in l.1.ff.de officio eius.dum titulos dignitatum declarant.vt diceremus illustribus viris nuptas, Illustres dici, quum radijs maritorum corruscent fœminæ.l. fœminę.ff.de senator.sed subtilius cogitanti id nõ placet quia si talis mulier nupta fuisset,spurij ex ea nati ex dãnato coitu adulterino videlicet nati essent, ideò matri nullo modo succedere possent §.fin.in auc.quib.mo.na.effi.sui. talis dicam ꝑ.cum gl. magna: ideo oportet intelligere ꝙ talis mulier illustris non esset matrimo.coniuncta. vt in gl.1.itẽ dicetur.Quare dicimus ꝙ Imperator hic illustrẽ mulierem capit eam quæ est ex nobili & antiqua familia quę in loco magno in honore,& reputatione habetur.& in huiusmodi mulieribus vt in l.hac dę,castitatis obseruatio præcipuum debitum est, & incontinentia magis ignominiosa hocque sentire mihi videtur Host.& Io.And.in c.fi.de fil.presbyter.& Fely.dum refert. Io.An.in c.postula.ad fin.4.col.de resc.inquantum loquuntur de nato ex soluto, & nobili conugata allegantes hanc legem: licq; sermonem hunc de illustri muliere in nobili intelligere videntur, & quũ à iure non sit hoc aliter declaratum arbitrio iudicis relinquetur. l. 1.ff. de iure delibe.cum vulg.

16 Diuiditur hæc lex † in duas partes principales in 1.ponitur thema & quæstio: in 2.decisio.secunda est ibi sancimus. Iterum secunda subdiuidi potest in tres, vt hic ex Salv. colligere licet.

Summarium Bar.Bal.Sal.& Seue.non cõplectitur me- 17 dullam.l. maximè qđ dicitur ibi † neque ex testamento neq; abinte.neq; ex liberal tate,ideo addas summario.

Hoc loco Magnific.& Clariss. Dominus Sebastianus Foscarenus Patricius Venetus inter Philosophos ætatis nostræ eminentissimus celeberrimiq; gymnasij Patauini reformatorum primus scholas nostras ingressus est ad quem pauca hæc quæ sequuntur.

18 † Heriq; ne amplissime vir philosophorum omniũ ætatis nostræ Princeps,inter sapientes Venetos prudentissimus Senator, vosq; ornatissimi viri ex insperato gaudio (vt referunt historici) animam, afflarunt:nam memoriæ proditum est Liuio teste,post nobilem illam Romanorũ cum Annibale ad Trasimenum pugnatam pugnã, vnam fœminarum quid de filijs suis esset quærentium in ipsa vrbis porta sospite filio repente oblato in cõspectu eius expirasse.alteram cui mors filij falsò nunciata erat mœstam sedentem domi ad primum conspectum redeuntis filij gaudio nimio examinatam. historiam taceo de Diagora rhodio celebratam, qui inspectante populo Rom.præ gaudio trium filiorum eodem olympiæ die coronatorũ, vt testis est Gellius in 3.noc.attic animam efflauit. Quod facile in præsentia mihi cõtingere potuisset,vt viso in nostris hisce scholis tanto viro animam prægaudio egissem nisi hunc aduentũ præsensissem , gaudiumq; ipsum temperassem .Quapropter non solum honore illo me hodie auctum

auctum profiteor, verum vitam ipsam tuo beneficio ac providentię accepiam refero: sed de his aliàs latius. Nūc autem ad institutum è diverticuloq; in viam redeundo Noto primo ex isto textu casum in quo filius non succedit matri quādo scilicet est illustris tex. est singularis hic 19 † consequenter dignitas matris nocet filio. regulariter aliud est, quia spurij nati ex coitu non damnato nec à l. seculari punibili matri succedunt. §. nouissime & §. vulgo in gl. alleg. & l. 2. ff. vnde cogna. idq; ex æquitate quadam, & pp rationem sanguinis introductum fuit ita dicit tex. in d. l. 2. & in d. §. vulgo & intelligitur prædictum notab. axtantibus liberis legitimis s'm seriem & ordinem text. 20 † eis verò non extantibus matri quamuis illustri succedunt tales filij sumpto hic argumento à contrario sensu quod est fortissimum. l. 1. ff. de off. eius ita vult glo. hic in verbo legitimis. & sequuntur cōiter doct. vt hic per Salv. & Cor. Seuer. char. 6. in 4. conclusione Ang. in d. §. nouissimè col. 2. & Ludo. Sard. loco præalleg. fol. pe. col. 1. in 3. quæstio. quæ conclusio hoc concludenti argumento hic cōprobari potest regula est q̄ spurius ex coitu non damnato nec punibili natus matri succedit, iuribus proximè alleg. quæ regula limitata hic reperitur in muliere illustri legitimos filios habente: ergo si talibus filijs careat remanebit firma regula, 21 † incorrectaq; iura antiqua, quæ procedunt etiam in filijs spurijs meretricis publicè prostitutæ secundum Ang. & Lud. Sard. prealle. & probatur in §. nouissimè, & in §. vulgo præallega. quia vt diximus talis coitus est impunitus, ex quo infertur q̄ si talis meretrix nupta esset, quia coitus punibilis esset, tunc non procederet conclusio secundum communiter doct. prealle. vt hic atiam per Seue. col. 5. sed qui succedent tunc dictæ matri si filij non possunt succedere? Respon. alij quibus ab intestato defertur hære. vt qui fuissent à prędicta meretrice instituti, quum causa testati præcedat causam intestati. l. 22 quandiu cum vulg. ff. de acqui. hære. † ratio autem prædictæ decisionis legis nostræ ponitur. ĵ. per Imperatorem propter honestatem quæ magis requiritur in talibus mulieribus illustribus, vel etiā dici potest quòd turpis foret coniunctio legitimorum, & spuriorum in eadem hæreditate: hinc etiam videmus quòd patri stantibus legitimis non succedunt naturales auc. licet, & in corpore vnde sumitur. C. de natural. lib. nimirum ergo si repelluntur etiam à bonis matris illustris, stantibus legitimis.

23 Secundo nota. in versi. sancimus, † & existentibus filijs legitimis qui iusti hic appellantur, spurij illustrium fœminarum nihil penitus capere possunt, neq; ex vltima voluntate, neque inter viuos, & per consequens hoc casu mater libere de rebus suis disponere non potest, contra vulgatam regulam l. in re C. man. Sed respon. quòd non procedit quando contra ordinem iuris & legum pręcepta quis vellet disponere dando vel relinquendo prohibitis à lege capere. vt hic, ad quod vide Iacob. de S. Geor. in tract. suo Feud. in ver. de castro col. 4. & Ripam libr. 2. respon. c. 25. item non procedit quando in præiudicium quis deponeret. Ioan. Crot. in repet. l. nemo potest. col. 9. de leg. 1. & Ripa in l. ex facto in §. si quis rogatus colum. 10. ff. ad trebel. vide etiam pro ampliatione, & limitatione. d. l. in re Ancha. consi. 197. col. fi. 217. 430. Bald. in l. 2. in 2. lectu. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Fulg. consi. 97. col. 2. Ias. in l. more. col. 2. de iu. om. iudi. & in consi. 186. col. fin. lib. 4. Bald. in l. 1. colum. 2. ĵ. qui testa. fac. poss. & in consi. 383. lib. 3. Alexand. Aret. in. & alios in l. si quis vi. in §. differentia de acquirend. possess. Bolog. cons. 62. & Dec. cons. 348.

24 Tertio noto ex isto tex. † quòd quāto nobilior est mulier tanto magis illi incumbit castitatis obseruatio quæ præcipuum debitum est in talibus mulieribus adde Ang. Aret. in d. §. nouissimè. col. 1. & tex. in l. presbyteri ad fi. C. de epis. & cleri. vbi maiori pœna digni sunt si delinquant, quibus plus conceditur, & in maiori honore sunt, prout etiam ibi nota. Paul. de Castr. & alij: facit illud satiricum. omne animi vitium tanto conspectius in se crimen habet quanto maior qui peccat habetur.

24 Ex quo descendendo ad practicam † infertur ad nota. quæstionem, quòd si in legitimatione similium spuriorum per principem concessa, non fuerit facta mentio q̄ erat spurius ex nobili, & illustri soluta, quòd legitimatio nulla & surreptitia iudicabitur, vt post Host. voluit hic Seuer. in 23. colum.

Sed ad oppo. videtur hic esse decisio Bal. valde famigerata dicentis, sufficere exprimere illegitimitatem in genere, nec oportere ad speciem descendere, puta q̄ filius legitimādus natus sit ex monacha vel ex incestu: quia clausula non obstāte. §. fi. in auct. quib. mod. natu. effi. sui omnia supplet. facit tex. no. in l. quòd iure militari. ff. de mili. testi. vbi probatur satis esse posse in genere de eo de quo agitur vel dubitatur cogitare quem text. ad plura citant sæpe scribentes. vt per Socinum. in consi. 93. lib. 4. Fely. in c. si diligenti. col. 4. de foro compe. & Dec. in l. 1. col. 21 in glo. constitutione. ff. de officio eius. & prędictam decisionem Bald. refert. & sequitur Alexan in apostil. ad Bart. in auct. ex complexu. C. de secun. nupt. & multi alij idem tamen Bald. in l. eam quam col. 10. C. de fideicom. alterius, fuit opinionis & sententiæ volens quòd clausula non obstante, in nube non sufficiat, quando ille qui legitimatur est multum odiosus. vt quia natus sit ex sacrilegio, vel ex monachatu: sequitur simpliciter Ripa in d. §. si quis rogatus col. 1. Ad idem est decisio Ant. de Butr. in c. per venerabilē col. 15. qui filij sint legitimi vbi concludit oportere exprimi qualitatem legitimati an sit spurius vel incestuosus: quia difficilius dispensatur cum spurio vel incestuoso quàm cum naturali, & sequitur consulendo Dec. in consil. 579. col. 1. vbi post alios ibi relatos concludit q̄ legitimatio facta de filio ex moniali nato, nulla est si in legitimatione id expressum non fuerit quia est qualitas multum odiosa. & sequitur decisionem Bald. in d. l. eam quā, vbi vult q̄ clausula non obstante in nube posita non sufficiat quādo ille qui legitimatur est multum odiosus. vt quia natus ex sacrilegio, vel monachatu. idem cōsuluit in alio casu ipse Dec. consi. 338. & latius & pulchrè tradit etiam Fely. in c. postulasti. col. 4. de rescrip. per illum text. not. volentem fieri deberi in suppl. vel rescripto mantionem omnium quæ non solum retraxissent principem à concedendo, sed quibus expressis & cognitis non ita de leui seu facili concessisset. vt etiam per Cor. in consil. 346. col. 2. vol. 1. Ias. in consi. 11. & 68. lib. 3. & 110. lib. 4. quibus etiam assentitur Philip. Fran. in c. 1. ad fi. primæ columnæ de fil. presby. in sexto vbi concludit non valere literas dispensationis nisi facta fuerit mentio de qualitatibus, & circunstantijs illegitimitatis, ex quo Papa facilius dispensat cum naturalibus quàm cum spurijs, vel incestuosis, idem voluit Vbaldus præallega. in 12. char. dicti tracta. in secundo requisito.

Non obstat præallega. l. qui iure militari † quia siue in 26 genere siue in specie quis de posthumo cogitauerit, idē est effectus, nec aliquid distat: q̄a satis cogitauit de posthumo, ideò nimirum si non rumpit testamentū vt ibi: secus in proposito nostro: quia spuriorum plura sunt genera, & aliqui magis odiosi quàm alij sunt, ideo, vt gratia talibus facta subsistat qualitas eorum innotescere debuit concedenti, faciunt not. per Bart. in l. 1. in 6. quæstio. ff. de iur. codic. quod ex generali mandato apponendi clausulas consuetas per not. in instrumentis non elicitur deliberata voluntas disponentis, vbi specialis & deliberata voluntas requiritur, quam decisionem perpetuo notandam dixit Curt. in auct. ex causa colum. pen. supra de libe. præter. comprobari notanter prædicta possunt per textū in c. in pręsentia de probatio. vbi probatio generis continentis in se multas species ex quibus aliquæ inferunt intentionem probantis, aliquæ non, est obscura, & minimè releuat prout ibi in decimo notabili colligit Are. in proposito spurietas in genere plures species sub se continet, quarum aliquæ magis sunt odiosæ, quā cæteræ: ideo expresio

presſio in genere ſufficere non debet nec releuare. Poſſet 27 tamen deciſio Bal.ſaluari † quando ex clauſulis in legitimatione appoſitis conſtare poſſet etiam dictum defectū voluiſſe principem abſtergere, aut ſi ex vnico defectu tantum ſpurius quis eſſet. §.nouiſsimè, & §.vulgo præallegato quia omne obſtaculum fuiſſet tunc expreſſum. faciunt quæ ſcribit Fely.in loco prædicto, & Decius conſi.338.& Nicol. de Vbaldis loco ſupra proximè allegato.

Et nota diligenter quòd narrata in ſupplicatione ſi negentur, probanda ſunt, & iuſtificanda per eum qui fundat ſe in gratia, quæ conceſſa intelligitur ſi preces veritate nitantur c.2.de reſcript.vbi Abba. & latius Ripa in 3.notabili, & pulchrè Dec.in conſi.403.& 603.quod not.

Item dicit Fely.loco præalle.col.4.poſt Cano.ibi relatos, quòd de nobilitate patris, vt quòd eſſet Baro vel Princeps non eſt neceſſe facere mentionem in legitimatione: ſed tantum de nobilitate matris, in qua coitus eſt magis ignominioſus, & turpis, vt hac l.noſtra: ſed à veritate alienum videtur: quia Princeps cum filijs ſimilium magnarum perſonarum difficilius diſpenſat. ergo de hoc fieri debet in reſcripto expreſſa mentio per proximè allegat. vt videtur velle Hoſti.& alij in c.fi.de fil.presby. & Seuer. infra col.25. & notabiliter Petr.de Ancha.in conſil.320. primum dubium col.fin.

De filio autem ſacerdotis, & exiſtêris in ſacris an poſſit legitimari maximè per Principem ſecularem vel habē28 tem auctoritatem ab eo. † vide Barba.conſi.58.col.3.lib. 2.Socin.conſi 65.vol.3.Iaſ.conſi.11.lib.3.Dec.conſi 150. col.2.& conſi.288.col.2.& 338.Curt.Iuniorem conſi.83. & 136.Ruinum conſil.vlti.in quinto volu.& Ripam in c. 2.col.3.de iudicijs. Et legitimatus quomodo differat à diſpenſato, Et nunquid legitimari quis pro parte poſſit: & ea lege ac conditione ne ſuccedat cum alijs Socin.in rub. ff.de lib.& poſthu.Deci.conſil.288.col 2.& 338.Curt.Iunior in conſil.75.Mod.Taur.in repe.l.fin.num.207.C.de pact.Iaſ.conſi.202.lib.2.Iaſ.& Decius in l.pactum in glo. ſuprà de colla.

Et quando in legitimatione eſt appoſita clauſula abſq; præiudicio venientium ab inteſtato, quomodo & qualiter poſſit tunc legitimatus ſuccedere, diuerſę fuerût opiniones doctorum vt per Nicol.de Vbaldis in præallega. tract.ſucceſſ.ab inteſt.car.12. in 4. & vltimo requiſito. tu vide melius Alex.in conſi 51.lib.2.in conſil.penult.vol.5. Dec.plenè.in conſi.393.576.610. Iaſ.conſi.110.col.fi.vol. 4.Lanc.Galliau.in l.Gallus in §.& quid ſi tantum col.pe. ff.de libe.& poſth.in quibus locis inuenies veram ſolutionem prædicti articuli.

In precibus ergo vel in legitimatione quæ fit per Principem, vt dictum eſt, exprimenda ſunt omnia quæ retraxiſſent Principem à legitimando, vel non ita de facili beneficium contuliſſet: ideò exprimi debent vitia & defectus, & ſic exprimi debet an quis natus ſit ex non ſoluto & non ſoluta, vel ex ſoluto & ſoluta, & an pater habeat alios filios legitimos & naturales, & qđ poſſet puta alios ſuſcipere, item ꝙ illa ſoluta pro virgine reputabatur vide Dec.in conſil.288. & 106.cum ſeq.in practica vtilius eſſe ſcias narrare quem natum ex illegitimo coitu: quàm dicere ſoluto & ſoluta propter difficultatem probationis, pro verificatione ſupplicatorum requiſitæ, quæ poſtea oriri poſſet vt per Dec.in conſi.præalleg.403.& 603.

Et vt ſcias quomodo materia iſta in actu practico deducatur in eſſe: coram Sereniſsimo Imperatore porrigitur ſupplicatio, quæ prædicta narrat & annectitur literis legitimationis, vt ſæpe vidi coram Illuſtriſsimo & Excellentiſs. Principe meo Sabaudiæ Duce &c.non ponitur ſeparatim ſupplicatio verum in ipſis literis legitimationis narratur, quòd ad præces patris puta & filij exponentium & requirentium &c.ita fit.& quòd Princeps volens ſupplicantibus morem gerere id facit. vtilius tamen eſt quod conſtet de mandato patris & filij ſeu ad partem de his fieri inſtrumentum vel ratificari per inſtrumentum.

Et expreſsis dictis defectibus in precibus Principi oblatis, Princeps ipſe de plenitudine poteſtatis erigit, efficit, habilitat & facit talem legitimum, & ad legitimorum iura, ſtatum, conditionem, & præeminentias omnes publicas & priuatas & ad omnes honores, ita quòd à legitimis nullo modo differat, ſed in omnibus & quibuſcunque rebus & bonis tam allodialibus quā feudalibus quorumcunque perſonarum, & vtriuſque ſexus tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, etiam iure ſucceſsionis feudi, poſsit ſuccedere, & admittatur, ac ſi ex legitimo matrimonio procreatus fuiſſet, defectum natalium quem patitur, gratia vberiori ſupplentes, omnemq; labem ab eodem abſtergentes ac ipſum antiquæ ingenuitati reſtituêtes, omnibusque præeminentijs & honoribus perfruatur ac ſi ortum à legitimo matrimonio duxiſſet Auctent.ex complexu & toto titu.C.& in auct.de inceſt.nup.& §.naturales in titu.ſi de feud.fue.controuer.in vſibus feu.& §. pen.ac fin.& toto tit.in auct.quibus mod. naturales effic. ſui.& t.C.de naturalibus lib.& alijs quibuſcunq; legibus & iuribus canonicis & ciuilibus, ſtatutis pariter & côſuetudinibus non obſtantibus: quibus omnibus ex certa ſcientia, Imperialisque qua fungimur & noſtræ auctoritatis plenitudine expreſſe derogamus, & derogatum eſſe volumus, etiam ſi eſſent talia quorum mentio & expreſſio ad verbum fieri deberet.

Scias etiam non valere legitimationem niſi probetur de poteſtate legitimantis, & ne de priuilegio legitimandi in iſtis comitibus apoſtolicis & Palatinis vt per Socin.in auctent.ſi quis in aliquo documento.C.de edendo Deci. in conſil.288.colum.fi.licet Bald.contrarium voluerit in conſil.319.libr.1.quanto ergo periculo ſe exponant qui ab illis comitibus Palatinis & apoſtolicis legitimationes conſequuntur videtis, vltra quod plures Principes vt Excellentiſs. Dux noſter à Cæſare priuilegium habent, ne legitimationes in eorum ditionibus factæ per tales comites valeant.

Et in materia prædictæ legitimationis & filiorum legitimorum poteſtateque legitimandi & ſuccedendi conſuluit ſæpiſsimè Ruinus cuius conſultationes impreſſæ ſunt & videri poſſunt.

29 Quartò noto † Iuſtinianum fuiſſe ſemper pudicitiæ & caſtitatis amatorem, cenſuiſſeque illam eſſe colendam faciunt allegata per glo.& Barba.in cap.per tuas col.1.de prob. hinc eſt ꝙ appellatur religioſiſsimus in proœm. inſti. in princ.

30 Quintò not.† ibi licita conſuetudine quòd côcubinatus concubinariusq; coitus licitus eſt & permiſſus de iure ciuili, de quo in euidentialibus diximus & ad tex.l.fin. ſupra de natur.lib. vbi vicium eſſe dicitur ex parte viri, vt ibi, ſed ex parte mulieris licita eſt conſuetudo, ita loquitur text.hic, quæ reſponſio confunditur per hanc legem quæ loquitur etiam de vito ibi ex licita conſuetudine ab homine libero habita, & per l.3.in fi.de concubi.vbi dicitur indiſtincte concubinatum eſſe permiſſum à lege & extra pœnam, & ſic tam ex parte viri quàm ex parte mu31 lieris.† Prętereà caſtitas magis requiritur ex parte fœminæ quam ex maſculi, qui in adulterio deprehenſus infamis non efficitur vt mulier iuxta glo.notab. in l.palam in §.ꝗ in adulterio.ff.de ritu nup. & in l. & ſi crimine. C.de adult.faciunt quæ ſcribit Iaſ.in l.in arenam col.fin. C.de inoffi.teſta.quod fuit etiam olim ius maritis necare vxores in adulterio deprehenſas, vxori autem virum adulterantem ne digito quidem côtingere phas erat, vt per Au. Gall.in tract.noct.atti.36. lib.6.

32 Soluendo oppoſitum dici poteſt † coitum concubinarium licitum eſſe, vt dictum eſt, tā de iure ffo rum quàm codicis, quia extra pœnam, & eſt à lege permiſſus.d.l.3.facit.l.gracchus. C.de adult.in ſe tamen vitium eſt propter luxuriam, ita procedat quod in d.l.fin.dicitur, ſed licet vitium ſit, per l.ciuilem toleratum fuit, propter ſobolem procreandam.

Sed

33 Sed valde miror † quomodo lex nostra quæ mulieribus illustribus castitatis obseruantiam tanq̃ præcipuum in ipsis mulieribus debitum iniunxit, impunè cócubinatum eis permiserit, nisi respondeas, q lex non abhorruit concubinatum, & licitá consuetudinem arbitrata est, vt in tex.isto dr̃ propter sobolis procurationem, vt supra dictum fuit: iste est verus intellectus istius l.licet Seuer.j.in vlti.col. malè intellexerit tenens fi.l.non loqui de Illustri sed est falsum, quum tota lex loquatur de Illustri, & reten to eodem themate sed in fi. loquitur quando filij nati ex ipsa illustri sunt naturales tantum, & ex licita cõsuetudine concubinatu, forti vt etiam dicam.j.in glo.fi.

34 Vltimo noto † ibi liberę conditionis & ibi ab homine libe.legitimum concubinatum non esse, nisi inter solutú & solutam prout etiam est tex.in l.vnica supra de concu bin.& in auct.licet, & in corpore vnde sumitur supra de naturalibus liberis, & vbi illustris fœmina soluta alteri soluto se inconcubinam dedisset, filiumque ex tali concubinatu suscepisset, talem filium non dici spurium, sed naturalem, & succedere matri quamuis illustri, cum alijs filijs legitimis & naturalibus: text.est sing. hic quem vt dixi supra proximè Seuer.hic malè intellexit.

Sed oppositum vr̃ statnendum esse, sicq; magis debuisset posse succedere matri illustri natus ex ipsa non concubina, sed ad quam clam furtim, & occultè habuisset q̃nq; quis accessum & consuetudinem, q̃ñ natus est ex ipsa concubina, quæ alteri potestatem corporis sui fecisset. nam prohibitio successionis in mulieribus illustribus est propter castitatis obseruantiam quæ in talibus fœminis pręcipua, vt hic dr̃, esse debet: sed magis lęditur castitas ex continua cohabitatione, vii æque incontinentia assidua quam si cognita q̃nque fuerit argumento text.in c.fin.de consuetudine si non castè saltem cautè egisse hæc mulier vr̃ ne dedisse toties malum exemplum. vnde quum castitas mulieris magis lædatur in secundo casu, quam in primo, magis videbatur repellendus filius à successione matris illustris in primo casu legis, quàm in secundo. Respóderi potest prædicta procedere ₰m legem diuinam, ₰m quam tanto grauiora sunt peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam.d.c.fin.secus est ciuili & humana.l.considerata, quæ perpetuam cohabitationem & concubinatum pro licita consuetudine habuit, vt hic dicitur & consequenter ₰m dispositionem legis ciuilis, non tantum hoc casu læditur castitas quátum in primo.

35 Limitatur prædictum notabile † quòd natus ex illustri concubina, matri suæ succedat vnà cum legitimis filijs, vt non procedat in feudo fœminæ secundum feuditas in tit.an mar.lucce.vxo.in vfibus feud.& Cur.in trac. feud.in 3.part.in 2.col.reputantes not.limita. istius l.pro qua decisione videtur mihi casus in tit.si de feud.fue.con trouer. inter dom. & agna.vas. in §.naturales vbi dicitur q naturales filij licet postea legitimi fiant ad succesioné feudi, nec soli nec cum alijs vocantur si non vocantur cũ alijs, ergo legitimi in feudo succedent exclusis naturalib.

36 Gloss. t.ibi meretrix. ergo intelligit hanc legem loqui de meretrice, & sequuntur hic Cyn.Bart.& Paul.de Cast. sed secundum Fulg.& Cornel. non videtur verisimile q mulier Illustris publicè prostituatur. sanior est intelligentia arbitrãtium, in muliere Illustri carnaliter cognita per non coniugatum, vel coniugatum ad non coniugatam accedentem, cum talis coitus lege aliqua temporali pu-

37 nibilis non sit secundum Salyc. & Corn. hic † sequentes gloss.d.l.primæ C. de adulter. vbi Salv. eam etiam sequitur, declarando vt talis coitus puniri non possit criminaliter, agi tamen potest ad thori separationem, vel ad repetitionem dotis per vxorem illius qui talem non coniugatam cognouit, sequitur, Alex.in consil. 174. lib.5.& Soc.in l.Gallus in §.quid si is col.fin.ff.de libe. & posth.& alij relati per Dec.in consi.311.tamen illa gl.in puncto iu ris malè potest sustineri à pluribusq; damnatur, quos hic in 13.col. Seuer.refert & pulchrè Dec.in consil.306. Quæ conclusio confirmatur ex dictis in superioribus, q omnis coitus præter concubinarium & meretricalem damnatus sit, & temporali lege punibilis, sed prædictus coitus, non est concubinarius nec meretricalis, ergo &c.ex quibus cõcludo legem hanc necessariò intelligendam in prima parte de illustri meretrice quæ talem filium spurium susceperat antequam matri.contraheret, ex quo nati fuere postea filij legitimi prout hic innuit Imperator in illis

38 verbis spurium habuerit.† Nec obst. quòd verisimile nó sit talem mulierem publicè prostitui vt supra dicebatur. quia respondeo esse possibile, ideò admittendú vt dicunt Dialectici & probatur in l. sed & si restituatur in §.1.cum ibi notatis.ff.de iud.faciunt quæ scribit Cur.Senior in tra cta.positionum.in t 7.breuiloquio, & super hoc possibili prouidet in principio lex sicuti prouidit inde in fi.l.quan do filij nascerentur ex tali Illustri concubina, & tamé verisimile non videbatur illustrem mulierem se in concubi nam alteri dari debere.sed quid effundimus verba, quum in claris non sit opus coniecturis vt dicitur in l. cõtinuus in §. cum ita.ff.de verb.oblig.nonne.n.hoc clarè apparet

39 ex verbis nostræ.l.ibi cui pater incertus sit?† cõfirmo per not. regulam.l.qui testamento.ff.de test. q quum de vno dubitatur in l. præsupponitur habilitas omni alio respectu, vnde quum in principio le.nostrę dubitetur an spurij cum legitimis succedere possint matri illustri, præsupponitur quòd aliàs possent ipsi matri succedere, sed illud po test tantummodo esse quando ex coitu meretricio nati forent iuxta ea quæ in superioribus vidimus: ideo &c.

Gl.super verbo legitimis est not.& ad eam tanquã magistram semper recurritur, secundum Bar.& scrib.diuidi tur in quatuor partes, in prima declarat tex.in secúda quę est ibi sed an contra, format quęstionem & soluit: in 3.ibi & nota, colligit vnum notab. in quarta & vlt.ibi sed quid

40 quęrit & respon.Circa primam partem † cadunt duo articuli, primus est an text.iste intelligatur ex testaméto vel ab intest.in fine partis: secundus an in natis ex concubina illustri vel ne, circa primum glo.concludit intelligi tex.ab intestato quod verum est vt indicát verba.l.ibi ad materna venire bona.item quia testamentum est facti, & non præsumitur.l. si emancipati.C. de collat. idem tamen ex testamento ac ex liberalitate inter viuos dummodo legitimis non tollatur legitima, lege quum quæritur. & l.parentibus.ff.de inoffi.testa.& patet ex hac l.in superiorib.q̃ hoc prohibet in spurijs natis ex illustri, & postea aduersatiuè loquendo in natis ex concubina aliter statuit, isti igitur capient vt ex intestato ac inter viuos à matre quam

41 uis illustri † nunquid autem exclusus à successione alicu ius, statuto, vel pacto, & renunciatione, intelligatur exclu sus ab intesta.vel etiam ex testamento ponit Bald.in l.pactum in 3.quæstione supra.de colla.& Brun.in tracta.exclusi.fœmin.stan.agna.in 8.arti.quæst.8.fol.34.

42 Circa secundum articulum † licet Seuer.hic in vlt.col. intelligat text. nostrum in vltim. parte quando nati ex concubina non essent ex illustri progeniti, malè tamen sentit quia text. noster semper loquitur retento eodem themate in muliere illustri vt dixi in penultim. & vltim. notabili, quibus addo hoc velle expresse glossellam hic in verbo concubina quæ intelligit de illustri, & ita etiam intelligunt Barto. Salycet. & Corne.in summarijs, & expresisè Bald.

43 In secunda parte quærit not.glo.† an tales naturales & bastardi sicuti ab intestato, vt dictum est, succedunt, ita contra testamentum, & contra voluntatem matris possint succedere, & concludit q sic per text.in l.si suspecta in §.1.ff.de inoffic.testa. licet Seuer.dicat glo.non firmare: vult igitur gloss.quòd naturalis succedat matri etiam contra eius voluntatem, & contra testamentum per dictũ.§. primum licet contra testamentum patris non venit lege.1.ff.contra tabul.secundum Salyc.hic & Paul.de Castr.in d.§.primo quod videtur intelligendum, quando mater non est illustris: vel si illustris sit, non habet

filios legitimos secundum Seuer. hic col. fi. & ita expressè voluit glo. & Paul. de Cast. in d. §. Sed glo. hic vult oppositum, quòd etiam stantibus legitimis prout loquitur ista lex in fine super quo posita est præsens gl. & ita indistinctè intelligunt communiter doct. vt hic per Saly. & Cor. & per Dec. in l. 1. col. pen. C. de contratabu. idque probatur, quia quum succedant matri vnà cum ipsis legitimis vt hac l. dicendum est q præteriti vel indebitè exhæreditati testamentum querelabunt. d. §. 1. secus esset in spurijs Illustrium fœminarum stantibus legitimis, quia non succedunt ab intestato vt hic, ergo nec côtra testamentum, si tamen essent legitimati succederent & ab intest. & contra testamentum vt post Roma. & alios tradit Curt. Sen. in consi. 74. col. 17.

Postremò contra prædicta opponitur, lex ista est pudicitiæ dedicata propter maiorem castitatem & honestatem quæ requiritur in mulieribus illustribus, quã in alijs si ea ratio fuit causa fin. legis, videtur q spurius natus ex illustri muliere illi succedere non debeat etiam non existentibus legitimis, & tamen contrarium decisum est vt supra vidimus, ergo &c. Respondeo q hæc ratio restringitur ad terminos l. nostræ stantibus legitimis, videlicet, & sic etiam fauore legitimorum, aliàs secus.

44 In tertia parte glo. ibi & nota † concludit glo spurium succedere matri sicut legitimum, nisi sit illustris, quo casu cum legitimis non succedit, & ista gl. communiter approbatur vt hic per Seuer. col. fi. Ang. Are. in d. §. nouissimè & Lud. Sard. in tract. de legit. in arti. de succes. spur. in 3. quæstione vbi dicit eam ab omnibus approbari, q spurij succedant matri ab intest. ex testamento & contra testam. probatur in §. nouissimè & in §. vulg. d. l. si suspecta in §. t. ff. alleg. distinctio glo. de illustri in hac l. probatur vt etiam in superioribus dictum fuit: natus ergo ex illustri concu. & sic naturalis & bastardus, ita matri suæ succedit vti legitimi & naturales prout vult hæc glo. in vlti. parte. Sed retenta opinione quam in superioribus firmaui q hodie côcubinatus sit etiam de iure ciuili reprobatus & punibilis coitus, talis non succederet cum legitimis, sed legitimi tantum: & sic ista lex in vlti. parte corrigeretur qđ esset no. sed oppositum est verius quantum ad successionem vt per Ripam quæstione. 28. allegata.

Intelligatis etiam prædictam conclusionem de spurijs in vulgo conceptis, idest ex meretrice natis & ex coitu non punibili, aliàs secus, vt post glo. 3. dicemus.

45 In 4. & vlt. parte gl. est multum no. & famosa † q adulterini, incestuosi, stupratiue nepharij, & cæteri ex coitu damnato & punibili nati nô succedunt matri suæ. §. fi. in authen. quibus mo. na. effi. sui. auth. licet in fin. ff. de naturali. liber. & sequuntur côiter Doct. vt hic per Bart. Sal. & alios Alex. cons. 174. lib. 5. Ang. in d. §. nouissimè & Sard. in 3 quæst. præallegata. vbi dicit non esse recedendum ab ista glossa approbata propter eius auctoritatem, qđ fortasse dixit quia in puncto iuris contrarium teneri potest, quòd imò tales spurij matri suæ succedât vt hic per Cor. qui tamen subiungit in decisiuis non esse recedendum à glo. cuius opinio & sententia quicquid cauillando dicat hic Cor. probatur clarè in d. §. fin. ibi aut damnatis complexibus processerit: & ibi à parentibus &c. fauorabilior enim est causa alimentorum à quibus vita hominis dependet quàm causa successionis vt clarum est, sed à petitione & consecutione alimentorum repelluntur prædicti, ergo multò magis à successione materna. nam inter matrem & filium ex damnato coitu natum, nulla côtrahitur cognatio vt per Alex. in d. consi. 174.

46 Sed iuxta prędicta † cadit notabilis & in practica vtilis quæstio, nunquid prædicti spurij ex damnato coitu nati succedere intra se possint: Alex in præallega. consil. 174. côsuluit, q non contrahitur inter eos vlla cognatio deficiente habilitate extremi matris. Sed Cor. hic latius articulum prosequens oppositum tenet respondens fundamento Alex. licet de eo non fecerit mentionem per l. hac parte & l. si superius. ff. vnde cogna. nec refragatur q remoto medio impossibile sit ad extrema peruenire. remanet enim (dicit) medium matris, quæ extrema côiungit in cognatione, quæ per medium matris caussata producit suum effectum successionis in subiecta habilia: sed non in matre, quia subiectum non est habile propter prohibitionem legis, & attestatur istam esse communem opinionem. idem tenuit Seuer. hic in 25. col in 5. conclusione, & Lud. Sard. in præall. tract. legiti. in articulo de successione spuriorum in 7. q. & inuenio consuluisse Curt. Iuniorem in consi. 123. licet de prædictis non faciat mentionem & in hanc sententiam inclinarunt alij plures vt Math. de Afflict. in decisione regni. 96. vbi sic refert semel iudicatum fuisse per sacri regni consi. regnante Ferdinando.

Sed non est recedêdum ab opinione Alex. qui dicitur esse doctor veritatis & cuius auctoritas his temporibus in excelso Illustrio; adeo loco posita est, vt ab eius responsis non videatur licitum recedere vt per Dec. in cons. 62. col. 1. & quam opinionem in terminis secutus est consulendo Deci. in consil. 31 t. col. 1. & Matth. de Afflict. post alios quos refert loco præall. secûdum quam opinionem latè etiam consuluit Benedi. de Perusio in consil. 108. & 136. qui fuit summę auctoritatis vir & præeminentis sciétiæ vt ait Roma. in consil. 194. incip. in proposita conclusione, & idem post modum consuluit timoratæ côscientiæ vir Io. de Anna. in consil. 95. fretus auctoritate Ant. de Butri. ibi relati & sequitur ibidem Bologni. in additionibus. quare. n. natus ex coitu damnato & punibili matri nô succedit. §. fi. in auth. quibus mo. na. effi. sui? quia non est cognatus quum inter similes non côtingat cognatio ſm Alex. & præfatos facit. l. in princ. ibi nec facile vlla seruilis videtur esse cognatio. ff. vnde cogn. vide quemadmodum non potest talis spurius matri succedere, deficiente cognatione, pariter non succedit alteri collaterali ex latere matris, quæ stirps est & radix sicca & infecta ex qua fructus in ramis nasci nequit, vt patet in originali peccato ſm Bald. in l. fi ff. de verbo. signi. dicentem etiam q vbi principium & origo maculam habet, & vitio aliquo insuccessibilitatis affecta est, tota successio inde sequês eodem morbo afficitur & maculatur vt per illum tex. idem Bal. etiam no. in l. fi. ff. de naturalibus lib. Nec obstat text.

47 in d. l. ex parte † & in d. l. si spurius per quas mouentur scribentes ad oppositû allegati, quia intelliguntur & procedunt in vulgo quæsitis, non tamen natis ex coitu damnato & punibili secundum pręall. quod manifeste probatur, quia in casibus ibi positis iure sanguinis & cognationis inter matrem & filium permittitur successio, qđ non est vbi nati sunt ex damnato coitu solùm, ergo procedunt in vulgo conceptis ex coitu minimè damnato natis. Quis

48 ergo succedet † quû nec iure cognationis, nec iure côsanguinitatis, aut agnationis, horum hereditas ad vllum pertineat vt in d. l. si spiritus? Rñdeo q si nô supersunt vir aut vxor fiscus bona pdicta tanq vacantia cap. l. t. cû ibi no. ff. vnde vir & vxor & de bo. vacan. l. 1. lib. 10. C. ponit Benedi. de Perusio in d. consi. 136. col. fin. est igitur cautela ad exclusionem fisci vt similes testentur, propterea in d. l. si spurius dicitur si intestato decesserit, aliud ergo si condito testamento innuens ad heredem scriptum hæreditatem pertinere. Postremò notâdum † est non valere statutum

49 q dicti spurij succedant vt legitimi, vide Anch. in consil. 320. pri. dubium col. fin. Deci. in c. in præsentia col. 15. de proba. & in consi. 271. col. fin. vbi tamen consuluit valere priuilegium q spurij admittantur in defectum legitimorum, adde Calde. in consil. 4. sub rub. de consti. & consi. 8. qui filij sint legitimi, vbi idem dicit in statuto admittente spurios deficiêtibus ascenden. & descend. q aût valeat statutum admittens patrê ad successionem spurij præsupponit Alex. in cons. 150. lib. 2. cuius contrarium verius videtur per ea quæ scribit Anch. in d. consil. 320. col. fi.

Absoluta Paduæ postri die nonas Iulias. MDXLV.

SVMMA-

SVMMARIVM.

Impositio perpetui silentij nihil aliud est quàm prohibitio iudicis ab inquietatione & molestia, nu.1.

Diffamare quid sit.

Diffamanti potest assignari terminus ad edocendum de iuribus suis, cum comminatione, quòd aliàs non audietur, & inde imponi perpetuum silentium, planè materia expeditur per ampliationes & limitationes, nu. 3. cum seq.

Contra diffamantem competit actio de dolo ad interesse & actia iniuriarum.4.

Ille cui competit exceptio potest iudicem adire, eiusq; offic. implorare vt declaret exceptionem sibi competere.5.

Beneficium istius.l.non datur nisi consista de diffamatione 6.

An requiratur bina monitio ad hoc vt imponi possit silẽtium de quo in hac lege. 7.

Vnica interpellatio & monitio constituit in mora.8.

In intentando beneficio istius legis quis iudex sit adeundus. numero. 9.

Si prouocatus ad iudicium coram alio iudice prouocantis compareat, & petat, coram quo erit agendum, an obstabit exceptio litis pendentia.

Quando prouocatus comparet coram iudice citante & dat petitionem, super quo libello erit procedendum. 11.

Duo libelli contrarij circa idem, an admittantur. 12.

Excommunicatus non, potest intẽtare beneficium istius.l.sed contra ipsum excõmunicatum bene intentari potest.13.

Generale proclam. seu citatio generalis contra quoscunque prætendentes ius in re, vt compareant intra talem terminum cum comminatione quòd vlterius non audientur, non conceditur, nisi ex causa, vt quando scholaris finito studio, vel potestas finito offic. essent de loco recessuri, ad obuiandum fraudibus ne quis expectaret quum pedem in stapha haberent, vel essent accincti itineri, vt eos remorarentur. 3. & 4. cum seq.

De forma citationis & remedio ipsius legis. 15.

An & quando lapso tempore ad agendum vel accusandum assignato, agere vel accusare diffamans prohibeatur. 16. cum sequen.

Post terminum legalem non admittitur purgatio mora. 17.

Cautela pro causidicis in hac materia 18.

Interlocutoria de qua hic, vim habet sententia. 25.

Quæ sit forma libera petitionis & sententiæ, & an sit litis contest. in isto iudicio. 23. cum seq.

Inuitus agere quis aliquando cogitur. 25.

Causa aliquando perditur propter contumaciam. 26.

Tex. legis primæ in fine. C. de asser. tol. quomodo intelligatur. numero. 27.

Trahens aliquem coram diuersis iudicibus pro eadem causa, an & quando causam perdat. 16.

In l. Diffamari. C. de Ingen. Manumiss.

HAec est famosa & practicabilis lex: diuiditur in duas partes, in prima refert factum & laudat. In 2. ponit prouisionem. Secunda est ibi, si igitur. H. & D. in summa contra diffamantem aliquẽ de seruitute potest iudex ad instãtiam diffamati tempus ad proponẽdum & probandum assignare, cui cessanti silentium per sententiam imponitur, ne de cætero inquietet, ꝙ si perseuerarit facere iudex prohibebit & puniet.

1 Præmitto, † ꝙ prohibitio iudicis ab inquietatione & molestia de qua hic, nihil aliud est quàm id quod canonistæ impositionem silentij vocãt secundum Bal. & Alex. in l.2. C. ne fil. pro pat. vbi alia iura allegant, de qua quidem impositione silentij est text. magistralis præ cæteris in cap. in præsentia de prob. vbi omnes scriben. in primis col. & latè Barb. col. 20. cum seq. est etiã tex. not. in c.2. ad fi. de conces. præben. libr. 6. vbi summus Pontifex perpetuum silẽtium imponit, imò Rota semper absoluit cum impositione perpetui silentij vt per Cassadorem in intelligentijs ad regulas cancellariæ in 2. dispositione.

2 Secundò præmitto † ꝙ diffamare propriè est verbum aliquod cõtinens infamiam alicuius proferre vt per Bart. & doct. in l. turpia. ff. de leg. 1. vbi latè Imol. Alex. & Ias. & pulchrè Felyn. in c. inquisitionis in §. quæsiuisti in 2. not. de accus. & secundum præfatos scriben. in hac. l. ponitur secundum impropriam & latam significationem, quamuis dici possit hic etiam propriè tractari de infamia eius qui ingenuus & libertus alicuius dicitur: & fit huiuscemodi diffamatio tam extra iudicium in vulgo, quàm in figura iudicij vt hic per Bal. reputantem no. ad intelligentiam statuti Perusini de diffamante loquentis, vt hic per eum: aliquando diffamare ponitur pro diuulgare famam per diuersas partes, vt per Aug. in 3. de ciuitate Dei, dum de fama Romanorum diuulgata loquitur.

3 Notandum primò est ex isto tex. † id quod diximus in summario, ꝙ contra diffamantem aliquem de seruitute, potest ad instãtiam diffamati præfigi à iudice tempus ad edocẽdum de iure suo, cum comminatione, ꝙ aliàs vltra non audietur: & quamuis hæc lex loquatur in causa status & libertatis, locum tamen habet etiam in causa ciuili seu rei temporalis secundum Inno. in c. conquerente de offi. ord. ad quod plura iura adducit Roma. in consil. 53. incipien. vilis. vbi eleganter consuluit ꝙ licet de iure communi perfecta emptione alicuius rei non possint ad instantiam emptoris proponi banna contra ptendentes ius in re empta, vt compareant infra certum terminum assignatum de iure suo (si quod habent) fidem facturi cum cõminatione ꝙ aliàs non audientur per text. rub. & nigr. supra vt nemo inuitus. fallit tamen contra diffamantes per. l. nostram & alia iura ibi allegata per eum, & sequuntur cõiter scriben. vt per Are. in l. quandiu la. 3. col. 5 ff. de acqui. hæred. Barb. in c. si. col. fin. de emp. & vendi. Georg. Nattam in repe. clem. sæpe in prin. in 35. col. de verb. sign. & Dec. in l. fi. col. 17. versi. vlt. ex doctrina. š. de edi. diui. faciunt etiam quæ de petenti cancellari instrumẽtum post Butr. tradunt Mod. cano. in c. ex literis de probat.

Secundò ampliate vt remedium istius. l. nostræ locum habeat etiam in realibus & nõ solum in petitorio, verum etiam in possessorio. c. in præsentia de proba. vbi Aret. col. 2. Fel. 2. & Perusius. 19. de prob. & Ripa. lib. 1. respon. c. 8.

Tertiò ampliate vt procedat etiam in criminalibus, vt contra me diffamantem de aliquo crimine & accusatione minantem possit practicari remedium. l. nostræ vt per Bar. in l. Titia col. fi. ff. de accus. & Nattam loco præall. facit bonus tex. cum ibi no. in l. si ea. C. qui accus. & regula. Labsentem cum not. per Bart. & alios ibi. ff. de pœnis.

Quartò ampliate prædicta per text. peregrinum in l. si quis libertatem in versi. planè cum no. ibi per Ange. ff. de pet. hær. colligo dicit ibi Ange. vnum singulare ꝙ sicut ei qui directo litem mouere potest, per viam agendi potest causa cognita, statui terminus intra quẽ agat, quo elapso audiri non debet vt hac. l. ita ei qui non potest agere directò sed per obliquum, mouendo litẽ contra vnum in modum contradictionis, deducendo ius suum in iudicium qđ mandat ꝑpetuò notari, & sequitur simpliciter Natta loco præall. sequitur etiam Are. in d. l. quandiu. la. 3. col. 6.

4 Quintò amplia. † vt diffamato contra diffamãtem cõpetat etiam actio de dolo ad interesse, item actio iniuriarum vt post specul. tradit Rom. in preal. consi. & post Bal. Geor. Natta loco præallega. pro vltimo dicto de actione iniuriarum: vide tu text. not. in l. iniuriarum in §. si quis per iniuriã. ff. de iniur. Cæpo. in cautela. 28. incip. ductus.

5 Sextò amplia. hanc materiam † vt quemadmodum diffamatus potest contra diffamantem intentare beneficium istius. l. iuxta prædicta, ita omnis ille cui aliqua

exceptio competit, potest principaliter iudicem adire & implorare eius officium, vt declaret sibi exceptionem cõpetere, & in exceptione sua eum defendat tex.cum gl.singulari in l.si contendat.ff.de fideiussor.vbi per Bar.& scriben.& licet multa dici possent, tamen est conclusio communiter approbata vide Aretin.insti.de excep.in rub.col.17.versi.& est aduertendum & col.25.versic.4. aduertendum.Bar.in l.fi.C.de vsur.pup. Abb.in c.si quis contra in 1.not.de foro compe. Pau.de Cast.in cons.82.in antiquis Fely.in c.in pręsentia col.fi.de proba.in c.sinautem col.fi. de rescrip.& in c.olim ad fin.5.col.illo eo.tit. Soc.consil.94.col.2.& 3.libr.3.vbi dicit ꝙ termini dictæ legis si contendat non videntur differre à terminis.l.nostrę diffamari nisi hoc quia in remedio istius.l actor cogitur agere in termino quo elapso imponitur silentium: sed in terminis.l.nostræ si contendat actor cogitur agere statim, aliàs iudicium super exceptione procedit, & imponitur silentium vt ibi per eum.

6 Limita nunc prædicta not.† vt procedant causa cognita & constito de diffamatione, hoc autem cessante non deberet nec posset à iudice pręfigi terminus ad agendum nec fieri comminatio de qua dictum est, aliàs ab assignatione talis termini appellari posset, & per appellationem rescinderetur ita Bart.in d.l. Titia colum.fina sequuntur simpliciter Aretin.instit.de excep.in rubr.in 17.colum.& Natta loco præallega.colum.34. cum sequenti dicentes sufficere probare hanc diffamationem præcessisse iudicialiter vel extraiudicialiter coram paucis, prout hic dixerit Bald.& supra relatum fuit.bene igitur dixit Bald.in l. secunda supra ne fil.pro patre, non procedere libellum in hac materia nisi procedat actus inquietans: quia super hoc fundatur, idque clare satis & apertè colligitur ex hac lege nostra, & vidi aliàs in actu practico arduam quæstionem, quia ille qui diffamauerat hoc negabat, & se compelli ad agendum non posse contendebat, neque imponi sibi silentium de quo in hac lege, & quia diffamatus id probare non poterat, desiderium obtinere nequiuit, & sic etiam hoc casu locum habet regula.l.qui accusare. C.de edend.vt per Parisium in d.c.in præsentia col.9.quicquid ibi dixerit Imol.

Secundò pro limitatione text.& prædictorum diligenter est aduertendum, ꝙ terminus statutus ad agendum non præiudicat nec excludit volentem agere, nisi intra

7 terminum à iudice bis monitus fuerit vt ageret,† & sic requiritur bina monitio iudicis.§. si autem in anthentica de eccles.titul.ibi semel & secundo admoniti & §. si quis autem non implens in authentica de hære. & falc.secundum Ang.ibidem & est famigerata decisio: quã sequuntur Ang.Aret.& Georg.Natta in locis præalleg.Fely.in c. penul.col.3.de iud.Cap.in cautela.110.incip.quando aliquis & alij quos refert, Ias.in l.fin.col.3.ff.de fer.& in l.2. col.3.vbi Aquen.secunda Cur.tertia Mod. Taur.8.& Ripa.5.ꝟ.de edend.& tradit etiam Aquen. etsi nihil firmet in l.si ex legati causa col.2.de verb.oblig.& Matth.de Afflict.in decisione.264.vbi sic fuisse iudicatum refert. Pro qua opinione pondero istum text.ibi vocitasse diuersam partem.est enim verbum frequentatiuum, quod resoluitur pro frequẽter vocasse, & sic saltem bis.præterea quum agatur de priuatione iuris sui vt videlicet excludatur quis ab agendo vel accusando cautius procedendum est, & sic adhibenda saltem bina monitio arg.text.in c.vbi periculum de elect.in 6.

Sed quòd vnica monitio sufficiat & sic cõtrariam opinionem tenuit Roma.in d.l.quandiu quem sequitur ibi Aret.in 6.col.communem dicens.idem tenet Alex.in l.fi. ff.de fer.& alij quos ibi in 3.col.refert. Ias.& Fel.in c.ex literis col.5.de constitu.vbi dicit rationes Roma.vrgentes. idem tenet Dec.in l.fi.col.17.ꝟ.de edic.diui. & quod sufficiat vnica monitio firmauit gl.in d.§.si quis autem non implens in versi.admonitus.

8 Pro qua opinione facit,† quia ad cõstituendum quem in mora & negligentia, vnica sufficit monitio & interpellatio.l.Titia.§.vsuras.ff.de leg.2.latè Fel.in c.ex literis eo. tit.de consti.scribentes in l.vinum.ff.si cert.pet.

Secundò probatur ista opinio in l.si eo tempore. C.de rem.pign.& in d.l.si ea.ꝟ.qui accusa.vbi in hac materia de vnica tantum monitione fit mentio, & idem probatur in l nostra.ad verbum vocitasse supra ponderatum respon. vt hic B l.col.1.

Tertiò probatur per doctrinam Inno.in c.S.& G.per.petuus de fide insti.approbatam per Bart.& doct.in l.2.ꝟ. de eden. ꝙ semel iussus à iudice exhibere instrumentum. si non pareat priuari possit iure ipsius instrumenti & licet aliqui Mod.ibi intelligant interueniente bina monitione, id tamen est contra mentem & verba Inno.& Bart. & contra prædicta.

Ad text.in d.§.si quis autem non implens.Respondeo. non dici ibi ꝙ bina requiratur monitio, imò loquitur de vnica quæ sufficit vt ibi per gl.& si à die monitionis anni à lege ibi statutum labi permittat & non adimpleat voluntatem defuncti, priuatur iure suo absq; alia monitione, vt per Aret.loco pręalle.Ad §.si autem ꝙ hoc de eccle. tit.respondet glo.in d.verbo admonitus exigi binam monitionem, quia maior ibi imponitur pœna, quum in eo attinenti quis iure suo priuetur, & sibi relictis propter moram & negligentiam, & hunc intellectum ad illum tex.sequuntur communiter docto.vt per Areti. & Dec.in locis præall.valdeq; diuersi sunt termini.nam in casibus prędictorum iurium post negligentiam nõ requiritur alia sententia priuatiua: hic autem requiritur ꝙ silentium imponatur post præfixionem & lapsum termini vt ibidem per Deci. & clare vult hæc lex vt dicam.ꝟ.tamen ante tacitum ad euitan.opinionẽ doctorum laudarem fieri duas monitiones, quia abundans cautela non nocet.

His sic discussis pro declaratione & perfecta intelligẽtia tex.& præsentis materię moueo aliquas notabiles quę

9 stiones in actu practico maximè vtiles & necessarias, † prima erit an in remedio istius.l. diffamari intentando adeundus sit iudex diffamati auxilium.l.implorãtis: an verò iudex aduersarij Alex.in consi.103.lib.5.pluribus rationibus & auctoritatibus concludit ꝙ iudex ipsius diffamati consulens pro quodam laico qui remedium.l.nostræ cõtra quendam Episcopum intentauerat, ꝙ causa debebat tractari & agitari coram seculari ipsius laici diffamati, coram quo erat agendum si Episcopus iudicialiter contra ipsum laicum experiri voluisset iuxta c. si clericus laicum & c.cum sit generale de foro competenti allegando Ant. de But. Abb.Imol.& alios ita tenentes: contrarium tamen tenuit Matth.de Afflic.in decisione regni.268.ea potissimum ratione, ꝙ ille qui ad iudicium alium vocat, etiam petendo illi silentium imponi, actor dicitur, quum voluntariè petat, & ad iudicium alium ꝓuocet.l.in tribus. ff.de iudi.l.libertus cum ibi not.per Bar. Bal.Pau.de Cast. & ipsum Alex.ff.de in ius vocãdo, & ita fuisse iudicatum testatur per Sacrum consil.regni. & hanc opinionem & decisionem regni sequitur Paris.in c.in præsentia col.10. de probatio. Inuenio pariter Decium referre prædictam decisionem regni, & cum ea transire in consi.487.& 686. ꝙ prouocans alium ad causam actor censetur, insertque ad materiam duelli, vt ibi per eum.

Sed non recederem ab opinione Alex.& præalleg. quæ communis videtur.eam enim sequuntur etiam Fely.in c. ea quæ col.1.de re iudi. & in c.sinautem col.fi.de rescrip. Deci.in c.a.col.4.de proba. Natta loco præalle.col.36.& Soc.94.lib.3.& est fundata in bonis rationibus. Non obstat.d.l.libertus cum ibi per præall not.quia Respon.ꝙ licet actor, seu loco actoris videatur, quia prouocauit ad iudicium: tamen quia venit stimulatus propter diffamationem, sicq; necessitatus ne in futurum inquiretur & molestetur venit vt reus, pro reoque respectu originalis fori habendus est vt per Fely.in c.si quis contra col.1.de foro cõpe.& in d.c.sinautem in fine præsertim, quia naturalis

origo causæ magis attendi debet quàm accidentalis.l.qui habet in principio.ff. de tutel. nimirum ergo li respectu fori causa tractanda est vbi tractari deberet, si diffamatus ipse fuisset conuentus: est igitur loco actoris qui ad iudicium alium prouocat: quia tamen non venit sponte nec voluntariè, sed stimulatus propter diffamationem, & naturalis causa magis attendenda est quàm accidentalis, iudicatur vt reus respectu fori, vt causa tractetur & agitet vbi oino ventilari debuisset, si directò egisset diffamans, cui imputãdum est quum huiuscemodi iudicio causam dederit propter diffamationem suam arg.ca.damnum de regu.iur.in 6.ideò consulendo concludit Parisius in cõsi. 80.ad finem lib.quarto, quòd talis qui aduersario silentiũ imponi petit non dr̃ merus actor. Nec obstat quod post alios scribit Alexan. in d.l.libertus reprobando Anto. de But.in c.cum inter de excep. illud enim procedit in excõmunicato qui vt iuris est clarissimi, non potest stare in iudicio nisi pro defensione necessaria, ideo nimirum si non potest implorare nostræ.l.beneficium, quia pro veritate non est defensio præcisè necessaria vt statim dicemus.

10 Secūda dubitatio † si diffamatus plures iudices habeat, & intentauerit beneficium istius legis coram vno petendo perpetuum silētium imponi creditori, inde prouocatus coram alio ex prædictis iudicibus compareat, & agendo petat id quod sibi deberi prætendit, vtrum obstabit exceptio litis pēdentię, & ad quem ex dictis iudicibus sit remittēda causa. Georg.natta loco præalle.col.36.format quæstionem non audens decidere, tu vide subtiliter Sozin.in cons.64.li.3.vbi concludit electionem iudicis actoris esse. c.cum sit generale de foro compe. & ideò causam esse remittēdam ad iudicem per creditorem electum, & coram eo tractandam vt ibi plene per eum sed oppo. vide Fel.in capitu.cum sit generale col.4.de foro compe.

11 Tertia dubitatio † quando ille cui silentium imponi petitur, comparet coram iudice ad quem vocatus est & per viam reconuentionis petit id, super quo silētium sibi impom requirebatur, vtrum procedendũ sit super libello conuentionali, vel reconuentionali, vel super vtroq; Aretin c.in præsentia col.1.& in quinta not. de probat.dicit esse ibi tex.not.quòd prima petitio & libellus conuentionalis resoluitur in vim exceptionis & defensionis, & qđ solummodo proceditur super secunda petitione vt in ti. ipsius.c.in præsentia probatur.vbi iudex condemnat illos fratres simpliciter ad restituēdum res quas indebitè vsurpauerant. ex quo datur intelligi virtutem primæ petitionis esse extinctam, quia si durasset iudex debuisset super ipsa pronunciare.l.de qua re.ff.de iud. & absoluere monachos à petitione facta, qua petierunt monachis silentium imponi sed id non fit nec Summus Pontifex damnat arg. argo &c.& est ratio quia attendi debet ordinarius originalisq; libellus ac magis naturalis licet secũdo loco datus non autem primus, & licet Fely.ibi col.secõda Aret.damnet nihilominus Deci. ibi in 4.& latius Parisius col.9. de-

12 tendunt Aret.respondentes motiuis Fel.† Ex quibus colligitur duos libellos contrarios circa idem non admitti. de quo articulo vide Paul. de Ca.& Lanc. Deci.in l.in tribus.ff.de iud.Fel.in c.inter monasterium col.10.de re.in. Perusin.in cap.dilecto quęstione.17.cum sequenti de appella.& Modernio. Taurin.in repetitione.l.edita col.38. versic. quinto ampliatur.supra.de eden.

13 Quarta dubitatio † vtrum excommunicatus beneficio l.nostræ vti possit implorando officium iudicis, vt declaret exceptionem sibi competere vt imponat actori silentium Ioan.de Anna.in c.dura col.3.de crimi.fal. tenuit ꝙ sic, ex quo ad finem defensionis nõ prohibetur agere appellare, & excipere.

Sed Anto.de But.Abb.Imol.Fely. Deci. Parisius & alij communiter tenent contrarium: quia excommunicato non datur potestas & facultas comparendi in iudicio, nisi quando de defensione eius necessaria agitur c. cum inter. de excep. intelleximus de iudi.hoc autem casu licet propter diffamationem stipulatus ad iudicium veniat non tamē accedit pro necessaria defensione prout requiritur in excommunicato sed voluntariè se offert, ideo &c.vt per Butr.Abba.& Imol.Fely.in d.c.cum inter col.6.vbi Deci. pen. & Parilius col.vltima damnantes opinionem Io. de Anna. sed contra ipsum excommunicatum intentari bene potest remedium istius.le. diffamari, quia pro reo habetur quũ agere necessitetur.ita Fely.in d.c.intelleximus col.pen post inno.& Ant.de Butrio.& natta loco præallegat.col.35. ne quod contra ipsum excommunicatum inductum fuit, in ipsius fauorem & commodum redūdet. per iudicem tamen posset repelli à limine iudicij, quum versetur periculum animæ & fauor publicę vtilitatis, non attenta nec considerata voluntate diffamati vt per Deci. post alios canoni.in d.c.cum inter col. pen.vbi etiam per Parisium in pen.col.pariter.

14 Quinta difficultas † quia secundum Bal. in sua margarita terminus ad agendum non pōt assignari tacenti, nec imponi silētium de quo hic si quis diffamationem ab aliquo passus fuerit, vt eo prætextu fundari possit generale iudicium contra quoscunque prætendentes ius in aliqua re intentando remedium.l.nostræ Bal.& Saly. in auct. siquis ab aliquo.C.de testam.dicunt quòd sic & esse cautelam per quam potest quis omnes prætendentes interesse citari facere & ad agendum compellere, submittēdo personam aliquam quę vadat ipsum diffamando super re ipsa, & sequitur simpliciter Natta loco præalle.

Ego oppositum verius credo, quia remedium istius.l. non datur nisi contra diffamantem, ergo contra alios nõ competeret, nec factum vnius debet posse alteri præiudicare, vt cogatur inuitus contra iuris regulas agere argu.l. si vnus.in §.ante omnia.ff.de pactis.maximè quia machinationibus & malitijs hominum esset obuiādum.l.si fundo.ff.de rei vend.l.vnica.C.de senten.quę pro eo quòd interest profer.pro qua opinione quòd non debeat concedi generale procla.cõtra non diffamantes est decisio Roman.in cons.73.& doct.communiter approbata vt dixi in superioribus nisi ex causa, vt quandoq; scholaris effectus doctor & sic expedito negocio pro quo peregrinabatur, vel potestas, & magistratus finito officio à loco sunt recessuri, & dubitant ne aliqui malitiosi eos vexent & remorentur, expectantes quando habebunt pedem in stapha, itinerīq; accincti erunt, ex hac causa vt obuietur malitijs hominũ cõcedi potest generale proclama & citatio contra quoscunq; prætendentes actionem aliqnam cõtra eos vel habera ius aliquod contra illos, vel in bonis illorum vt compareant intra certum terminum cum comminatione, ꝙ vltra non audientur vt per gl.hic ad fi. magnæ gl.& per Ange.Are.in rub.inst.de excep.col.16. hocque seruat consuetudo dicit Bald. & auctē.si omnes cum ibi no.per doct.C.si minor se ab hær.abstin.ad hoc per Bald.Saly.& præfatos allegata, quæ vult permissam esse generalem citationem quando non habetur notitia in specie de omnibus interesse prætendentibus vt ibi per Paul. de Cast.& alios, non loquitur in terminis nostris, vt quis inuitus agere cogatur, sed quādo minor vult se ab hæreditate in qua sa immiscuit abstinere, & sic termini sunt multum dispares. & ex diuersis & separatis malè infertur.l.fi.ff. de calũ.

15 l.Papi.exuli.ff.de minor.† formam autem citandi in specie vel in genere in materia nostra collige ex hac. l. ibi si defensionibus suis confideret compareat, si de iure tuo confidis, vel si tua interesse putaueris, de qua vide Alexan. in l.de pupillo in §.seruo.ff.de no.ope.nũci.Fel. in c.cum inter col.septima.vbi Deci.5.de excep.vt per eundē Deci. in l.fi.col.15.supra de edic.diui.

16 Sexta dubitatio † an elapso termino per iudicem ad agendum vel accusandum assignato, si diffamāti non fuerit impositum perpetuum silentium agi vel accusari possit tex.hic innuere vr̃ quòd sic, dum processum ad impositionem silentij refert, & ita tenet hic Bald.& latius Fely. in c.pen.col.3.de iud.nisi quando terminus esset præfixus à lege

à lege vel ſtatuto: quia eo lapſo non audiretur, quum fortior ſit excluſio termini legalis quã repudiationis ſecundum Bald. hic, niſi etiam in aſsignatione termini iudex comminationem apposuiſſet, quod niſi cnmpareret non audiretur vlterius ſuper ea re, tũc enim alia impoſitione ſilentij non eſt opus: quia comminatio ſecum executionem traxit, vt ibi per Fely. alij aliter ſentiunt vt per Nattã loco præalleg. col. 33. & ſeq. & pulchre Aret. in d. l. quãdiu col. 6. Quando terminus ſimpliciter à iudice fuit aſsignatus diffamãti ad agendum & lapſus eſt, concludendũ eſt audiri proculdubio debere in iure ſuo diffamãtem, etiam ſi veniat poſt terminum re integra, quum nõ ſit iure ſuo priuatus, niſi poſt impoſitionem ſilentij, videtur velle. l. noſtra & communiter concludunt doct. vt per ſcribentes pręalleg. & Ang. Are. in rub. inſtit. de excep. col. 17. Sed qñ terminus eſſet pręfixus à l. vel ſtatuto, quum ſit peremptorum, & ſtatuatur per modum præſcriptionis, nõ auditur quis poſt terminum legalem † nec admittitur purgatio moræ ſecundum Bald. & præall. pro qua concluſione eſt tex. not. in l. quòd ſi nolit in §. ſi quis ita. ff. de edil. edic. in fine vbi probatur quòd ille qui nõ reſtituit rem infra ſexaginta dies à l. aſsignatos non auditur poſtmodum niſi iuſtam cauſam probet, cur id in termino non fecit, puta quia aliqua iuſta cauſa impeditus fuerit, ergo non ſufficit ſimpliciter rem eſſet integram, quia iſta eſſet iuſta cã quę ſuperueniret poſt terminum, quæ non contigiſſet in termino ſecundum Aretin. in d. l. quandiu. in 7. col. Vbi verò poſt aſsignationẽ termini index pronunciaſſet diffamantem non eſſe audiendum, aut ſilẽtium impoſuiſſet, vt hac l. non audiretur vlterius, ideo Ang. Aret. in præall. rub. de excep. col. 17. cauſidicum admonet † & inſtruit vt lapſo termino aſsignato cautus ſit & ſollicitus in accuſando contumaciã diffamantis non comparentis, petendo pronunciari illum eſſe contumacem, & in termino nõ comparuiſſe ac de cætero ſuper illa re non eſſe audiendũ. Sed ſi in ipſa aſsignatione termini dixiſſet, & ex nunc ſi non egeris in termino pronuncio te non eſſe audiendum, adhuc agens poſt lapſum termini audiretur: quum non ſit lata cauſa præcedente ſecundum Bald. in auct. ad hæc in pe. quæſtio. C. de vſu. ſequitur ſimpliciter Natta loco pręalleg. col. 43. faciũt quæ ſingulariter ſcribit Bal. in l. 2. ſup. qui admitti: ꝙ ſicuti cõminatio poſita in termino de non audiendo effectum interlocutoriæ non habet. l. 1. & toto tit. ſupra commin. vel æpiſtolas, ita & interlocutoria lata in aſsignatione termini; quamuis ſecus dicat, ſi poſt terminum feratur quia tunc præexiſtentem cauſam habet contumaciam, ſcilicet eius qui non comparuit in termino, † ſed oppoſitum firmauit ſubtilitatum princeps Aretin. in d. l. quandiu col. 6. poſt Innoc. & Ange. ibi relatum quum interlocutoria poſsit ſub conditione ferri. l. à diuo pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re. iud. l. cum iudex. C. de ſenten. vbi omnes ſcriben. ideo impleta conditione per nõ comparitionem, iudex habet cãm præexiſtentem, vt ex tunc interlocutoria valeat ſicut dicimus in ſententia excõmunicationis q̃ ſub conditione fertur. c. pręterea de appella. in quam ſententiam cõcurrit etiam Ang. Aret. in pręalle. rub. de excep. col. 17. licet de pręall. non faciat mentionẽ.

Septima dubitatio † ſi diffamans cui fuit ꝑ iudicem aſſignatus terminus, puta trium menſium ad faciẽdam fidem de iuribus ſuis, veniat intra ipſum terminum, & experiri incipiat, ſed non perficiat, nec intra terminum de iuribus ſuis edoceat, vtrum poſteà excludatur à proſecutione ſui iuris: diceret aliquis ꝙ ſic, quum non ſatisfecerit aſsignationi ſibi per iudicem factæ. Sed cõtrarium verius videtur, quia iſtud remedium locũ habet contra ceſſantem: ſed quando vocatus non ceſſauit, verùm venit ad cauſam, & incepit agere, licet non perfecerit, non debet excludi. ſumus. n. tunc in terminis iuris communis, aliàs ſequeretur iudicem poſſe tollere beneficium à lege datũ de termino ad finiendum cauſam à tempore litis conteſ. iuxta. l. properandum de iud. quod non eſt dicendum, ſolum ergo imponi poterit perpetuum ſilentium quando nihil fecit & ſoluit, ſed ſi libellum dederit & cauſam agere cœperit, tunc videtur quòd poſsit cauſam proſequi ſecundum tempus & terminos. d. l. probandum: quod eſt diligenter notandum: cogitandum tamen eſt.

Octaua dubitatio † ſi poſt pronũciationem ꝑdictam, vel impoſitionem ſilẽtij, pars nolit acquieſcere quod erit remedium? Reſpon. ꝙ iudex coget parere ſententiæ ſuæ & inobedientem etiam mulctabit vt hic in ſi. ſentit text. & in ſummario ponit Bal. facit. l. vnica. ff. ſi quis ius dicẽti non obtempere. & notat hic glo. in verbo ſententiam. & vidi aliàs confinari in loco remoto magnum quendam virum, quia veniebat contra ſententiam principis per quam ſibi fuerat perpetuum ſilentium impoſitum.

Nona dubitatio † an à prædicta impoſitione perpetui ſilentij, vel à declaratione & pronunciatione de non audiendo vlterius diffamantem appellari poſsit: Bal. hic concludit ꝙ ſic. quemadmodum enim in prima limitatione dixi ab aſsignatione termini ad agẽdum appellari poteſt, ergo fortius à ſententia, & ſimiliter appellari poteſt à denegata audientia iudicis vt per Peruſinum in c. ex ratione & in c. cum ceſſante de appella. & Cur. in l. 1. col. 13. ff. de iur. om. iudi. quod ſi non appellaretur à declaratione, & pronunciatione, vel ab interloquutoria prædictis in rẽ iudicatam tranſirent, Bart. in l. 1. per illum textum. C. de. relat. habetque pędicta interloquutoria impoſitionis ſilentij vim diffinitiuæ, quum aliam poſt ſe non expectet vt per Fely. in rub. de re iud. col. 1. & pen.

Decima & vltima dubitatio † quæ ſit forma libelli petitionis & ſententię in remedio iſtius legis ponũt hic Bal. & Saly. Ang. Are. & Natta in locis pręall. debeo. n. narrare diffamationem ſtatus mei, vel iuris mei contra veritatem in mei dedecus & damnum: & dicere ꝙ intereſt mea nõ diffamari, & in cauſa etiam ciuili diffamãtem non habere ius aliquod contra me, vel in bonis de quibus contenditur, ideo petere ipſum diffamantem ad iudi. euocari, illique aſsignari terminum infra quem agat vel experiatur & de iure ſuo doceat, & eo non agente pronunciari eum de cętero non eſſe audiendum & imponi ſibi perpetuum ſilentium per officium iudicis, quod imploratur ſecundũ ſcribentes præalle. & intentata hac practica conſtito de diffamatione & ſubſecuta citatione neceſſe erit diffamãte non comparente ad hoc vt poſtmodum non audiatur in termino, vt ſuperius dixi, accuſare eius contumaciam & pronũciari facere eum fuiſſe in termino ſibi aſsignato contumacem, & de cætero eum non eſſe audiendum impoſito ſuper ea re ſilentio vt hac. l. cum præall.

Nec erit neceſſaria litis conteſtatio † ſuper hoc libello diffamatorio, quia talis petitio tendit ad pręparationem cauſæ ſecundum Bal. hic & Saly. dicentẽ ꝙ probata diffamatione & cõtumacia iudex ꝓnunciabit vt in libello petitur eundem diffamantem de cætero non eſſe audiendũ ſi velit petere, vel in terminis legis noſtrę ſi velit dicere diffamatum ſeruum ſuum eſſe, non autem pronunciabitur libe. quia hoc non petijt, nec de libertate probauit, vt hic per Bal. quum ergo non requiratur in hoc iudicio diffamatorio litis conteſtatio, vt ẽt late ponit Soz. in c. quoniã frequenter folio ſeptimo. in l. ſal. vt lite non conteſt. recipiẽtur teſtes ſuper probatione diffamationis lite non conteſta. contra regulam dictę rub. vt lite non conteſt. vt poſt Ant. de Butr. in c. cum olim in verſi. tertius intellectus de teſt. ponit Natta loco præall. col. 35. verſi. non autem.

Glo. in verbo ſentẽtiam, diuiditur in quinq; partes in prima declarat textũ. vno modo, In ſecunda alio. In tertia addit de pœna ſeu mulcta contra inobedientem infligẽnda: In quarta opponit & ſoluit. In quinta & vltima colligit argu. ad quæſtionem de ſcholari &c. Secundam ibi vel dic. Tertia ibi & etiam. Quarta ibi item cõtra: quinta & vltima ibi & ſunt hæc. In principio gl. iſta prima lectura glo. quòd hic proceſſum fuerit ad diffinitiuam ſententiam lite non conte. non eſt bona, neque tenenda, quia

diffamans